Digitized by Google

6
1-D
17

74
F.
29

6
1 K
12

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-1.D.17

(15.3.3.)
74
F
29

74
E
53

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

Digitized by Google



Digitized by Google

JOHANNIS LOMEIERI
Zutphanienſis.

EPIMENIDES
Sive
DE
VETERUM GENTILIUM LUSTRATIONIBUS
SYNTAGMA.

Nunc ſecundis curis auctius editum, tabulis illuſtratum, indiceque pariter Rerum & Verborum locupletiſſimo adornatum.



ZUTPHANIÆ,

Sumptibus { JOHANNIS a SPYK, & DANIELIS SCHUTTEN, } { Bibl. Zutphanienſis. Bibl. Daventrienſis.

CIϽ IϽ C C.

m 6th
747

Digitized by Google

Illuſtribus ac Præpotentibus DOMINIS.

D. FREDERICO vander CAPELLEN, Domino in *Boedelhof*, *Hagen*, *Eſſelt*, illuſtris hujus Collegii Præſidi.

D. HENRICO WILHELMO van WESTERHOLT, Domino in *Hakfort* & *Scherpezeel*, Toparchæ in Baar & Lathum, Baroni Hæreditario Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ.

D. JOANNI van LINTELO, Domino van de *Marſch*, in Curia Gelrica extra ordinem Senatori.

D. STEPHANO ANDREÆ van WINSHEM
D. JOANNI EVERHARDO ten BROEK, } Urbis Zutphaniæ Conſulibus.

D. JOANNI THEODORO van HEECKEREN, Domino in *Berlham*, in Curia Rationum Gelrica Senatori, urbis Dotechemii Cos.

Illuſtris Collegii Ordinum inclyti Comitatus Zutphaniæ Deputatis.

ET

Ampliſſimo ac Conſultiſſimo Viro

D. GISBERTO opten NOORT, Jur. Utr. Doctori, urbis Zutphaniæ Cos. Illuſtri huic conſeſſui â ſecretis.

(*) *Nobi-*

Digitized by Google

Nobiliſſimis Ampliſſimis Clariſſimis DOMINIS.

D. ADRIANO VALCK, J.C.

D. STEPHANO ANDREÆ van WINSHEM.

D. BARTOLDO van DIEMEN, territorii Zutphanienſis Proprætori.

D. JOANNI van ESSEN, J.C. ad Comitia potentiſſimorum Ordd. Generalium Aſſeſori & Delegato.

D. GISBERTO opten NOORT, J.C.

D. THEODORO SCHIMMELPENNINCK vander OYE, ad Comitia Præfecturæ maritimæ apud Friſios Delegato.

D. JOANNI EVERARDO BENIAMINI van GOLTSTEIN, ſimiliter adComitia Præfecturæ Maritimæ apud Friſios Delegato.

D. JOANNI EVERARDO ten BROECK.

D. ARNOLDO WENTHOLT, J.C. Ordd: Tetrar: Zutphan: â ſecretis.

D. JOANNI JACOBO GANSNEB, Dict: TENGNAGEL, Comitat: Zutphan: Quæſtori primario.

D. HER-

Digitized by Google

D. HERMANNO van BAYEN.
D. GUALTERO SLOOT.

Inclytæ Civitatis Zutphaniæ Conſulibus.

D. BERNARDO CREMER.
D. BARTOLDO WENTHOLT.
D. PHILIPPO van ESSEN, Jur. Utr. Doctoribus: ampliſſimo huic ſenatui á ſecretis.

Niſi Majores noſtri, ea, quæ ſummo ſtudio ac lucubrationibus conſecuti ſunt, ſcriptis tradita divulgaſſent, certè poſterior ætas ex illorum labore & vigiliis, illos uberrimos fructus capere non poſſet, qui maxima cum voluptate ſimulque omnium utilitate quotidie percipiuntur. Imo clariſſimorum virorum innumera documenta & monumenta ſquallore ac ſordibus obſita perpetuo jacerent: Igitur vetus omnino & ab omni antiquitate repetitus mos fuit, quo doctiſſimorum virorum ſcripta non ſolum typis excuſà publicæ fiant lucis, utque ab interitu & tenebris vindicentur, ſed & tales tantoſque ſibi patronos quærant, quorum auctoritate & nominum fulgore gloriâ & ſplendore adverſus joilos & momos conſiſtant, Inſtituti hujus non ignarus fuit *Doctiſſimus* LOMEIERUS,

 dum

Digitized by Google

dum primam hujus ſyntagmatis de Veterum Gentilium Luſtrationibus editionem, Vobis: (*illuſtres & præpotentes Ordinum hujus inclyti Comitatus Zutphanienſis Deputati*) ante annos quam plurimos obtulerit & dedicaverit, Voſque Genios Tutelares deputaverit; ad hunc ergo morem in dedicanda hac iteratâ editione & nos confugimus, & ſyntagma hoc elaboratiſſimum, perpolitum, adauctum, & tabulis æneis illuſtratum, noſtris typis evulgamus, Vobiſque *Illuſtres ac præpotentes Ordines*, & Vobis *Nobiliſſimi Ampliſſimi & Clariſſimi Conſules* ea qua par eſt reverentia humanitate & obſervantia. (conſilio & ope BERNARDI PLEGERI juris utriuſque Doctoris) dedicamus & dono mittimus: Poſthumus hic liber eſt, utpote deſtitutus authore & parente ſuo, quem æterna & vera Majeſtas, rectiſſimus Judex, & indulgentiſſimus pater, in ſumma æternaque gloria vivere permittat, cujus obitus quamvis eccleſiæ, ſcholæque noſtræ, nobis, & omnibus bonis fuerit acerbiſſimus, Attamen πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον ἢ ὕστερον, dixit olim Archinus apud Athenæum, quæ Horatius lib. 2. ode 3. ſic tranſtulit:

Omnes eòdem cogimur, omnium
Verſatur urna: ſerius, ocyus
Sors exitura.

Certe

Certe ſi unquam vir longiore vitâ dignus fuit, erat hic, in quo optimo ſene & eruditio & candor certabant, ſed non hominis eſt ſibi vitæ terminos præſcribere, nam Venuſinus Vates (quem maximè in deliciis habent & admirantur docti) ſic canit:

Fugaces labuntur anni, nec pietas
Moram rugis & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæque morti.

Nos igitur & poſt ipſum obitum gratulamur autori, cum effluxo etiam ætatis ſuæ clymacterico anno de ſervitute in libertatem, de ærumnis ad fœlicitatem, de caligine ad lucem, de periculis in tutum, de morte ad vitam, de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad ſummum bonum, de caducis ad æterna, de terrenis ad Cœleſtia, & ab hominum colluvie ad angelorum contubernium traductus ſit: Cumque ſpartam quam nactus erat, dum in vivis fuit, recté & rité ornaverit: Hunc itaque doctisſimi auctoris partum poſthumum ab invidorum morſibus veſtra auctoritate ac ſplendore fovendum ſuſcipite, nullus enim tam bonus liber in lucem emittitur, qui non poſt obitum authoris inſectatores mox, quamvis indoctos, inveniat, mortuo enim Leoni ſæpius inſultant Lepores: Hunc

Digitized by Google

ergo librum amplisſimis veſtris nominibus, ut obſervantiæ & gratitudinis noſtræ teſtem L. M. Q. offerimus, ut illi honoris, gloriæque ex veſtro patrocinio, quam plurimum accedat: ſit igitur Viri præſtantisſimi gratus vobis Typographi veſtri labor, illumque favore veſtro & indulgentia proſequimini, interea, *Nobilisſimi Amplisſimi Domini*, vobis fœlicia & fauſta vovemus, precamur, utque *Deus optimus Max.* Vos ſalvos, incolumes, omnibuſque corporis & animi bonis diu florentes tueatur ac conſervet, utque in omnibus conſiliis ac adminiſtrationibus veſtris vos regat, fortunet, ad inclyti hujus Comitatus & primariæ ejuſdem Civitatis bonum & decus, veſtramque perennem gloriam: Quod ut felix fauſtumque velit eſſe *Supremus mundi Moderator*, ex animo ſuppliciter iterum atque iterum optamus & vovemus: Zutphaniæ pridie Calend: Septembr. 1700.

Illuſtriſſ. & Ampliſſ. DD. V. V. humillimus & devotiſſimus cliens

JOHANNES vander SPYK,

Ordinum & Civitatis Typographus.

ARNOL-

ARNOLDI MONENII,

Eccleſiaſtae Daventrienſis,

ad benevolum lectorem

P R A E F A T I O.

QUanquam, Benevole lector, vino, ut veteri verbo dici ſolet, vendibili non opus ſit ſuſpenſa hedera, neque liber hic ſingularis de Luſtrationibus Veterum Gentilium alieni oris egeat praeconio, tamen Typographi, hujus operis nitidiſſimam iterantes editionem, me rogarunt, ut qualemcunque adderem praefationem, quo limatius curatiuſque in publicum prodiret. Praeterquam quod hoc officium mihi humanitatis Chriſtianaeque caritatis leges facile imponunt, nolui in hoc honeſtae virorum publico pro virili inſervientium petitioni eo minus deëſſe, quod mihi Viri Clariſſimi, Joannis Lomeieri, jam laboribus ſuis defuncti, memoria in aeviternum cara eſſe debet. Fuit enim mihi cum viro hoc, de Eccleſia Chriſti meritiſſimo, ab iis annis, quibus in vicinia viximus, pares munere, licet aetate diſpares, non ſolum aliquod amicitiae commercium, ſed & ille, ut erat ad conciliandas neceſſitudines facilis, varia benevolentiae ſuae ſignificatione animum meum erga ſe aſſidue provocavit, ſibique certis & publicis obnoxium fecit argumentis. Quum autem inveteratus mos & vulgaris exigat conſuetudo lectorem praemonere de auctoribus eorumque moliminibus, quae ſalutifera Lucinae typographicae ope in lucem prodeunt, quid ego praefari neceſſe habeam, plane dubius haereo. Ipſus enim hoc fecit Lomeierus, totum vitae ſuae (qua longi-

ore

ore frui digniſſimus erat, ſi hoc cum ſanctiſſimis divinae Providentiae rationibus potuiſſet componi) curriculum cum erudito orbe communicans Dierum Genialium Decadis ſecundae diſſertatione, cui *Zutphaniae* nomen impoſuit; cui etiam ſolummodo ad quartum Nonarum Decembrium anni proximi ſupervixit; quanquam hoc nimis dolendum, quod ſumma tantum carpſerit & Delibaverit capita ὁ μακαρείτης. Et de opere ipſo multis ſermocinandi neceſſitatem mihi ademit ipſa Viri amiciſſimi diligentia, qui prioris editionis proöemio Syntagmatis hujus ſcribendi occaſionem fœtuſque literarii ortum & progreſſum accurato deſcribit ſtylo. Meliuſque ſane hoc defungeretur officio vir aliquis, ab eloquentiae donis inſtructiſſimus nominiſque Lomeierani amantiſſimus, ſive Jacobus Perizonius, ſive Theodorus Janſſonius Almelovenius, qui Graecas Latinaſque literas cum iis artibus, quae ad humanitatem ſpectant, meritiſſima cum laude in Batavorum & Sicambrorum docent Athenaeis, ſive denique Samuël Pitiſcus, Gymnaſiarcha Trajectinus, inter veteres Lomeieri noſtri ſodales & commilitones primipilus. Quandoquidem autem, ut nunc eſt, egomet mihi, licet omnibus rebus imparatiſſimo, quicquid eſt hujus oneris imponi paſſus ſum, accipe, Benevole Lector, quae de redivivo hoc Epimenide tua ſcire intereſt. Damus tibi denuo Veterum Gentilium Luſtrationes, opus egregium & exaſciatum, in quo generoſi Lomeieri noſtri conatus ſeſe omnibus liberalis eruditionis ſtudioſis copioſe probant, & cum praeſtantiſſimo ingenio abundantique undique doctrina regina rerum modeſtia & ſanctiſſimum veritatis ſtudium pulcerrime decertant. Prodit autem opus ipſum multo, quam ante annos undeviginti, politius limatum, uti cuique utramque editionem con-

contendenti facillime pateſcet, rerumque non contemnenda acceſſione locupletatum, ſive varietatem ſive copiam ſpectes; adeo ut ſi unquam magnos, nunc incredibiles diligentiſſimis tam profanarum, quam ſacrarum literarum cultoribus ſpondeat & polliceatur fructus. Hoc in me non modo recipere auſim, Candide Lector, ſed & reciperet, ſat ſcio, ſi adhuc ſuperaret aethereaque aura veſceretur, Vir pari fama & meritis Stephanus Le Moyne, Galliae quondam ſuae Palladiſque Batavae decus nunquam interiturum. Quanti enim fecerit τ̃ μακαρίτlω, quidque ante annos aliquam multos de Luſtrationum Gentilium Syntagmate cenſuerit, docebit unumquemque Viri Celeberrimi judicium, quod, hiſce auribus hauſtum, praefationi huic ſive tanquam emblema aliquod & ornamentum adjicere, ſive aliorum eruditorum judiciis addere, quae publice ubique proſtantia, hanc etiam praefationem continuo excipient. Accidit enim anno labentis ſeculi LXXXIII. ut Lomeierus noſter egoque cum aliis Synodorum Belgicarum delegatis Hagae eſſemus Comitis ad luſtranda Synodi Nationalis, quae Dordraci habita eſt, commentaria, ſimulque Eccleſiarum Gallo-Belgicarum nomine nobis adeſſet Reverendus Le Moyne. Hic, quum inter acceptas redditaſque utrimque ſalutes auctorem noſtrum, quem oculis ſuis nunquam uſurpaverat, nomine ſuo audiret compellari, extemplo virum eruditiſſimum percunctari, num eſſet ille Lomeierus, qui ſcripſiſſet, de Luſtrationibus Veterum, annuentique abſque reſponſo, dum ingenuus pudor genas perfunderet, animum his verbis addere, aeſtimare ſeſe illum eſſe Theologum, qui ſacras literas conetur illuſtrare ex antiquitatibus & ritibus Veterum. Uti nobili hoc praeconio noſter ſeſe Scaligeris, Caſaubonis, Druſiis, Heinſiis,

Grotiis, Capellis, Bochartis aliiſque permiſtum agnovit Achivis, ita ſupremus ejus felicitati hic cumulus acceſſit, quod laudatorem non ſolum habuerit elegantiſſimum, ſed etiam laudatum virum, qualis Hectori Naeviano, teſte Cicerone, olim obtigit. Operi porro huic ad meliorem intellectum additae ſunt tabulae aliquod aeneae, quas calculo ſuo probavit, dum vivebat, ὁ μακαρίτης, quaeque licet non feliciter admodum nec per omnia ad deformata exempla reſpondent, copioſe tamen teſtabuntur de propenſiſſima illius voluntate lucubrationibus ſuis, quae aetatem ferent, rem publicam Chriſtianam & literariam demerendi. Quibus nominibus tibi, Candide Lector, Epimenidem hunc meliori nota commendo, fœtum Lomeieri noviſſimum, cui tamen ultima non defuit lima, locupletes ſi indices excipias, quos indefeſſa Reverendi Joannis Everhardi Meieri, Eccleſiae, quae Auguſtanam Confeſſionem apud Daventrienſes ſequitur paſtoris concinnavit induſtria. Tu fruere Lomeieri noſtri laboribus, diligentiam & eruditionem ejus pro virili aemulare, ſupplicibuſque ſupremum rerum arbitrum precibus fatiga, ut lux illa, quam Eccleſiae ſuae hac tempeſtate & his oris accendit, majora indies incrementa capiat, univerſumque brevi impleat orbem. Plura non addo, hoc honore contentus, quod hac praefatione, quam virorum bonorum deſideriis negare religio erat, ſimul licuerit mihi ſinceri gratique amici officio defungi. Vale, Benevole Lector, & meis pro Eccleſia Chriſtiana conatibus etiam favere perge. Dabam Daventriae, Saliorum Francorum metropoli. A. D. IV. Non. Jun. anni aerae Chriſtianae CIↃ IↃ CC.

Teſti-

Teſtimonia & Judicia Virorum
Eruditiſſimorum
DE
JOHANNE LOMEIERO,
ejuſque libro.

Journal de ſçavans, de l'An MDCLXXXI.
Par le Sr. A.D.L.R. tome Neuviéme, p. 292.

JOHANNIS LOMEJERI Zutphanienſis de Veterum Gentilium Luſtrationibus Syntagma. In 4 Ultrajecti. *Et ſe trouve à Paris chez Antoine Cellier.* 1681.

LA pluſpart des anciens Payens eſtoient perſuadez que l'on ſe rendoit agreable aux Dieux par la vertu, qu'on les offençoit par le vice, & que les mechans s'attiroient leur colere & leurs vengeances principalement par les crimes qui bleſſoient la ſocieté civile. Ils ne demeuroient pas neanmoins bien fermes dans cette maxime, & c'eſtoit avec raiſon que les premiers Chreſtiens leur reprochoient, que pour plaire à leurs divinitez imaginaires, ils commettoient des actions condamnées par l'equité, ou par la pudeur naturelle. Ces Infideles croyoient auſſi qu'il y avoit de certains moyens d'expier les crimes, c'eſt à dire de s'en purifier & de s'exempter ainſi des châtimens que la juſtice du Ciel faiſoit tomber ſur les mechans. C'eſt de ces ſortes d'expiations Religieuſes, mais ſuperſtitieuſes, que l'Auteur traite dans cet ouvrage, qui eſt aſſurément plein d'erudition, & où il éclaircit quantité d'endroits des anciens Ecrivains Grecs & Latins.

Apres donc avoir monſtré que le Demon s'eſt efforcé de ſe faire adorer ſous le nom de tant de fauſſes divinitez, & qu'il a voulu avoir des Autels & des ſacrificateurs, il traite de diverſes choſes que les Payens regardoient comme peché, & qu'ils eſtimoient porter malheur à celuy qui les faiſoit. Il parle en ſuite des predictions de ces châtimens, puis de ces châtimens mêmes, & enfin des Luſtrations*, ou moyens que les Payens employoient pour ſe purifier.*

Ces Luſtrations ne regardoient pas ſeulement les perſonnes en particulier mais les Villes entieres, les armeés, le beſtail, les champs &c. De-là vient le mot de Luſtrum *pour ſignifier l' eſpacede cinq ans, parce que de cinq ans en cinq ans on purifioit Rome, & même d' autres Villes.*

Il y avoit pluſieurs manieres d' expier. On y employoit quelque fois les quatre Elemens en particulier, car on lavoit, on evantoit ou même on vanoit, & on faiſoit paſſer par le feu. On uſoit dans ces luſtrations des herbes & d' autres productions de la terre, on s' y ſervoit auſſi des oeufs, parce que par une plaiſante imagination, ils croyoient que l' oeuf renfermoit les 4. elemens, d'une façon particuliere. Selon cette ideé la coque exterieure ſeche & froide reſſemble à la terre, On y trouve un eſprit chaud & humide, qui participe ainſi aux qualitez de l' air. Le blanc froid & humide tient de la nature de l' eau, & enfin le jaune eſt comme un Globe de feu.

Judicium eruditorum Germanorum de JOHANNIS LOMEJERI Zutphanienſis Syntagmate de Veterum Gentilium Luſtrationibus impreſſo Ultrajecti. 1681. in 4.

GEntiles etiam ex naturæ lumine cognoviſſe Deum ita deteſtari peccata & ſcelera hominum, ut niſi illa fuerint prius expiata, juſtas eorum pœnas, bella, famem, peſtem & alia id genus mala immittat, erudito commentario demonſtrare aggreſſus eſt *Johannes Lomejerus*, autor nominis haud obſcuri. Primum in originem & cauſas Luſtrationis Veterum inquirit, ac quare Gentiles tot inventis ceremoniis a peccatis ſeſe purgare, divinumque numen placare inſtituerint, exponit. Inde progreſſus, ordine non malo, cauſas (ut in ſcholis vocant) quatuor, cum variis circumſtantiis deſcribit, Deos gentilium καθαρσίους & ἀλεξικάκους poſtquam allegaſſet, contra Stoicos & Epicurum, Diis iram abjudicantes, diſputat: ſigna irati Numinis Varia colligit, & multis ſcriptorum veterum teſtimoniis confirmat. Tria purgationis genera, Servio ad VI. Æneid. Virgilii obſervata, fuſius quam quiſquam alius declarat. Refutat etiam Judæorum opinionem, qui ex Geneſ. 1:8. colligunt Angelos ſecunda creationis die lapſos eſſe, quia non legitur additum:

Digitized by Google

tum: *Vidit Deus quod eſſet valde bonum.* Tandem ſpicilegium quorundam παραλειπομένων inſtituit, ac nonnulla luſtrationum genera peculiaria recenſet. Quibus expoſitis, gentilium hanc ſuperſtitionem per Doctores, concilia, & Imperatores Chriſtianos abrogatam eſſe tradit:

ANTONIUS BORREMANSIUS.

ὁ μακαρίτης, epiſt. ad auctorem, data A. D. XV. Kal. Octob. CIↃ IↃ LXXXI.

OCcupor in præſenti legendo tuo opere de Luſtrationibus Veterum. Dudum eſt quod utiliorem librum non viderim, & pleniorem omnigenæ eruditionis. Oſtendis ſane, Lomejere præſtantiſſime virum te eſſe prodigioſæ lectionis, & ſtupendæ diligentiæ. Quotquot literas amant magno tibi obſtrinxiſti beneficio. Mihi multum gratulor, quod te talem mihi amicum habeam, quales Belgica noſtra habet pauciſſimos. Ipſum librum non deponam priuſquam totum devoravero. Adhuc multa negotia me detinuerunt, quo minus deſiderio meo ſatisfacere potuerim. Jam pinguius otium nactus paſcam animum elegantiſſimis epulis. &c.

Benevolo

LECTORI

JOHANNES LOMEIER

S. D.

BEllum rerum omnium patrem eſſe, veteri jactatum eſt proverbio. Philoſophi quidem ex Lite omnia prognata eſſe decreverunt, rerum naturam ex contrariis omnia producentem contemplantes: Martem autem rerum novandarum & mutandarum cauſam eſſe, fatales Imperiorum & Rerumpublicarum everſiones ac periodi abunde docent. Quis autem libros ex bello gigni crediderit? quoniam humaniorum artium cultricibus Sororibus, perpetuum cum Pallade quidem commercium, cum Bellona autem eſt diſſidium. Sed tamen hinc larga ſcribendi materia hiſtoricis omni tempore eſt ſuppeditata, nec minus Poetis arma viroſque canentibus: Nec temere Orphei ſtatua, Alexandro M. in Darium proficiſcente, ſudavit, quaſi Poetarum laborem præſentiſceret. Hoc etiam ſyntagma noſtrum, B. L. bello Gallico debes, e cujus ardore, ut πυριγενὲς, in lucem productum eſt. Cum enim, Zutphania noſtra, anno hujus ſeculi LXXII. occupata, triſte hoc incendium per vicinas provincias longe lateque circumferretur, nihilque aliud niſi agrorum vaſtationes, pecuniarum exactiones, multorum civium ea de cauſa ad carcerem damnationes, ſcholarum & eccleſiarum everſiones, mulierum & puerorum gemitus, militum in publico concurſiones, intra privatos parietes cum civibus contentiones, adeoque omnia undique miſere turbata & concuſſa videremus; & in futurum omnia apparerent triſtiora: Conſilium cepi alio animum avertendi, quodcunque temporis a moleſtiſſimo ſcholarum, quibus tum præeram, onere vacuum

conce-

Digitized by Google

concedebatur, *ita tranſigendi*, *ut tum adorandam Dei providentiam ac juſtitiam in peccatis hactenus ſatis impune graſſantibus, puniendis conſiderarem: tum etiam mentem publicis privatiſque calamitatibus feſſam, amœnioribus literarum ſtudiis recrearem. In quem finem veterum gentilium luſtrationes illuſtrandas ſelegeram. Interea, Deo ita dirigente, Galli urbe noſtra exceſſerunt, ego autem ad eccleſiæ miniſterium vocatus, aliis gravioribus curis ab his ſtudiis ſum avulſus, mihique idem quod Auguſtino contigit, qui*, epiſt. 131. *ad Memorium Epiſcopum, ita ſcribit*: Poſteaquam mihi curarum eccleſiaſticarum ſarcina eſt impoſita, omnes illæ delitiæ fugere de manibus, ita ut vix nunc ipſum codicem inveniam. *Amicorum tamen voluntatem, petitionem, juſſionem contemnere nolui, contentus tam diffuſe, quam ſuſceperam, materiæ partem aliquam tradidiſſe, neque enim tantæ rei me ſatisfacturum eſſe ſperavi unquam. In magna ſylva feras quam plurimas indaganter capere boni venatoris eſt, non omnes cepiſſe nulli culpæ fuit. Malevolis ſi prolixe me hic excuſarem, magno conatu magnas nugas agerem: cum invitis nulla aut eloqentia, aut eruditio placere poſſit, animum vero jam prejudicio occupatum in tuam ſententiam trahere ſi nitaris, nihilo plus agas quam ſi ſurdo fabulam narres. Ego vero meos labores, ut olim Æſchylus fabulas ſuas* χρόνῳ ἀνατίθεμαι. *Tu autem, B. L. adeſto æquo animo, cognoſce & judica, ſpectandus tibi, an exigendus ſim prius.*

A D

AD

Virum Clariſſimum

JOHANNEM LOMEIERUM,

QUUM

LUSTRATIONES GENTILIUM

Denuo ederet

QUod tua luſtravit dudum praecordia lumen
Doctrinae, & cultis imbuit ora ſonis,
Haud ſinit obſcura merſum caligine, inerti,
Lomeiere, tuum repere nomen humo:
Dum multâ illuſtras & purâ luce viciſſim,
Utile priſcorum pagina quicquid habet.
Dum nunc divinos aperit tua cura receſſus,
Promitque ex adytis abdita quaeque ſacris.
Ludicra nunc Grajae gentis myſteria pandit,
Quoſve olim coluit credula Roma Deos.
Te duce, jam dudum licuit cognoſcere ritus,
Queis mala credebat crimina poſſe lui.
Queis ſe, queis Urbem luſtrabat ſtulta vetuſtas,
Si Quae vel leviter fulmine tacta forent.
Ut thure, utque molâ curarit ſomnia ſalſâ,
Ut Venerem vivo flumine proluerit.

Quid

Digitized by Google

Quid referam, ut currens cum ſectâ pelle lupercus
Ridiculo patriam more piarit humum?
Quid? quod participi nec Funeris eſſe licebat,
Ni mox purgarent ignis & unda virum?
Græca ſuperſtitio, verique ignara, recepit
Multa quidem ex ſacris ritibus Abramidum.
Sed ſolidi nihil aut veri perſpexit in illis
Atque ita conſtituit februa vana ſibi,
Quae tamen, & quoſvis, luſtrent vel ſola nocentes,
Atque Deos habeant mox ſibi morigeros.
Talia Tu nuper nos, *Lomeiere*, docebas,
Jam tunc ab doctis omnia puncta ferens.
Et tamen illa novae decreſti reddere limae,
Pulchrius artifici perpolienda manu.
Scilicet ut feros opus hoc bene duret in annos,
Et faveant meritis poſtera ſecla tuis.
Salve docte ſenex, & fortunate laborum:
Nectimus, en, vivo debita ſerta tibi.
Nulla tuas unquam carpent oblivia laudes,
Major poſt cineres ſed tibi ſurget honos.
Oppida multa jacent, quorum nec rudera reſtant,
Quorum nec fama eſt Nominis ulla ſuper.
Tu vives etiam, vivis quum Te eximet aetas,
Et magna ſemper parte ſuperſtes eris.

JAC. PERIZONIUS.

In editionem ſecundam Auctoris.

COLLEGÆ

D. LOMEJERI

DEFUNCTI.

DUm quatuor poſt luſtra paras luſtralia demum
Splendidiore aſtro, Te rapit hora necis.
Lumina clauduntur, latitant ſub tegmine mortis
Membra, tuis ſtudiis feſſa labore ſacris.
Fortunate ſenex, nunc Tu nos deſeris omnes,
Per varios caſus tranſis ad aſtra poli.
Dicite Pierides lugubria carmina mecum,
Luctiſonæque ſimul plectra movete lyræ.
Lugete, Ille Ovium Paſtor, Columenque juventæ,
Ereptus terris vivit in arce Dei.
Vivat, & oſſa cubent, donec mens neſcia fati
Aſſocietur iis, cœlica regna tenens.
Vive, valeto diu, captans nova gaudia vitæ,
A mundo ulterius non repetende, vale.
Ah mihi ſurripior! tacito ſub pectore volvens,
Res has mundanas, illicò quàm pereant.

Quàm

Digitized by Google

Quàm nihil immoti linquant hæc climata mundi,
  Quàm nihil æterni Tethyos unda ferat.
Stemmata nobilium quidam impoſuere ſepulcris,
  Aſt ea cum tumulis interiére ſuis.
Ædificare domos aliis placet eſſe ſuperſtes,
  Vel pictis tabulis innotuiſſe juvat.
Fruſtrà: Poſteritas aufert, aut lenta vetuſtas
  Conſumit tandem, aut texit iniqua dies.
Plus prodeſt, quum poſt obitum bene geſta loquantur,
  Lethum hominem potuit tollere, geſta nequit.
Sic *Lomejere* manent ſcriptis monumenta laboris,
  Fama perennis erit, mors niſi corpus habet.

Ἐις φιλίας τεκμήριον,
ABRAHAMUS BECKER,
Senior Eccleſiæ Zutphan.
Paſtor.

In Rev. Clariſſ. Sacriſque & Humanioribus Literis Doctiſſimi p.m. Viri,

D. JOH. LOMEIERI,

Paſtoris nuper & Profeſſoris Zutphanienſis digniſſimi, ſuique in Profeſſionis munere Collegæ honorandi,

DE

VETERUM GENTILIUM LUSTRATIONIBUS SYNTAGMA,

Secundis curis præclarè auctum.

Pleraque magnarum ſunt parva exordia rerum;
Nil citò perfectum, nihil omni parte politum
Primò oritur; natæ creſcunt cum tempore plantæ;
Creſcit homo; ingenium creſcit creſcentibus annis;
Et longò ſaliens curſu fit rivulus amnis:
Sic Lomeieri melioribus, ecce, ſecundis
Accrevit tandem Veterum Lustratio curis,
Prodeat ut *priſcis luſtrandi ritibus aucta*,
Auctaque *præclarè dictis*, *ex ære figuris*:
Auctorem luge defunctum, Lector Amice,
Et meliora manu poſtremâ hæc perlege Scripta,
Plurima te *Veterum luſtrâſſe* Volumina dices,
Et ſibi Scriptorem nomenque decusque parâſſe.

L. M. Q.

Johannes Flenderus.
Profeſſor & Rector Zutphanienſis.

IN

Digitized by Google

IN OBITUM

Plurimum Reverendi Clariſſimi Doctiſſimique

VIRI

JOHANNIS LOMEIERI

ZUTPHANIENSIS

cjuſque

DE

VETERUM GENTILIUM LUSTRATIONIBUS

SYNTAGMA

Poſthumum, adauctum & tabulis aneis illuſtratum.

Sentiit *Aonidum Patronus*, & *anchora ſacra*,
  Quam properum, querulum, quam breve vita bonum.
Et *Libitina Viro* neſcivit parcere *docto*,
  Hinc *Muſa* & *Charites* fletibus ora rigant.
Mors ſua ſceptra tenet toti communia mundo,
  Omnibus obſcuras injicit illa manus.
Mors feſtinatis incidit ſtâmina penſis
  Et LOMEJERUM funeris hora tulit.
Nos infelices! tua nos abſentia curis
  Urit, & immemores non ſinit eſſe tui.
O quoties animo venerandæ frontis imago,
  Et docti ſpecies oris honeſta ſubit,

Digitized by Google

Et placidi mores; & fandi lactea vena,
  Et non moroſo tincta loquela ſale!
Ut te ſpectaret, patriam non linquere *Grajus*,
  Advena non longas horruit ire vias.
Mollivit tantos ſpectandi cauſſa labores
  Et JANUM merces ſola videre fuit.
At quia nec nobis doctæ dulcedine linguæ
  Nec LOMEJERI jam datur ore frui:
Nunc ſupereſt cultis mentes advertere libris
  Et quodcunque vigil cura paravit opus.
In quibus & liber hic ſupra caput extulit omnes
  Hunc qui *præluſtrem* dixerit eſſe *Virum*.
Ergone præluſtris Veterum luſtratio? ſcriptis
  Quæ quondam doctis eſt celebrata tuis.
Illa ſuo quæ ſe commendat lumine ſcripta
  Sat ſolidæ laudis, ſat quoque lucis habet.
Haud opus eſt igitur rutilum face quærere Phæbum,
  Non opus eſt hedera vendibilique mero.
Panditur his lucens *Veterum Luſtratio* libris,
  Hinc luci & populo ſunt monumenta ſuo.
Quæ modo per totum lucet *Luſtratio* mundum
  Extendet toto nomen in orbe tuum.
Gallia liligeros vibrans præſtantior axes,
  Gallia qua veſtrum nomen ad aſtra tulit:
Hæc tua conſpiciens, illuſtribus aucta papyris,
  Diſcutiet famæ poſthuma ſcripta tuæ.
Et ſibi funeſtos, Regina Lutetia, cultus
  Sumet, & in vultu ſigna doloris erunt.

Fons

Fons ibi caſtalius, doctarum ſacra ſororum
Excolit, & ſtudium nobile ſemper amat.
Ergo & vade liber, niveis circumdata pennis
Fama: per occiduas te vehet uſque plagas.
Et tua jam totum volitabit fama per orbem,
Et LOMEJERI fama perennis erit.
Inſula teſtis erit, toto quam dividit orbe
Pontus, & aſſiduo verberat unda ſalo.
Teſtis erit veteri regnata Tuiſtone tellus
Quæ LOMEJERI ſcripta probare ſolet.
Teſtis & extremo qua cingitur India Gange
Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
Et *patria* eſt teſtis, teſtis *Zutphania* noſtra
Qua nemo Muſis charior ante fuit.

Ita uxoris ſuæ ἐν ἁγίοις
Vitrico accinebat.
BERNH. PLEGER.
J. U. D.

Digitized by Google

Εἰς τὴν

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ

ΛΩΜΕΙΗΡΟΥ

Περὶ τῶν Καθαρισμῶν τῶν Ἐθνικῶν Βίβλον.

ΕἸ ΛΩΜΕΙΗΡΟΝ λίπεν ἡ ψυχὴ δὲ ϗ ἀλκή,
Ἀλλὰ ὅμως ζώει ἔτι, ϗ μὴ κάτθανε πάντως.
Τὸν γὰρ Μουσάων θεράποντα ῥα ἔποι' ἐῶσι
Θνήσκειν Πιέριδες, ταὶ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.
Κάτθανε μὲν θνητὸν, ζώει δὲ τὸ ἄμβροτον ἀνδρὸς
Αἰεί, ϗ θανέειν οὐκ ἐιάσκουσιν ἐκεῖναι
Εὔχαπται ςέλιδες θ' ἅμα ϗ πολυηχέες αὐτοῦ,
Καὶ μάλα τοῦτ' ἔργον, τό περ ἔμπαλιν εἰσορόων φῶς,
Ἔργον, ὃ φωλίζει λαμπρῶς, πρὸς ἃ λοῦτρα βαδίζειν,
Καὶ πῶς φοιβάζειν τὸ δέμας Ζαθέοισι Καθαρμοῖς
Λύματα θ' ἁγνίζειν πανθ', ὡς χόλον ἐξαλέασθαι
Ἀθανάτων ὀξὺν, πεφιλήκασιν ἔθνεα τυφλά.
Οὕτως ἄσβεστον τοῦδ' ἀνδρὸς τὸ κλέος ἔσαι,
Οὕτως ϗ θανέων ζώει, ϗ ζήσεται αἰεί.

SLATERUS.

EPISTOLA

Clariſſ. Literatiſſimique Viri,

D. SAMUELIS PITISCI,

Gymnaſiarchæ Zutphanienſis, nunc Ultrajectini, ad Auctorem.

TUum de Veterum Luſtrationibus librum mihi in agro hærenti ſuburbano tabellarius recte in manus tradidit. Feriarum harum, quæ ingenuæ pigritiæ jus nobis dederunt, tempore, rus ex urbe, tanquam e vinculis, evolare; & ut animus procul negotiis ex Scholaſtico ſtrepitu reficeretur, & aures convitio defeſſæ conquieſcerent,

Jacere modo ſub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine,
Laberentur altis interim dum ripis aquæ:
Quererentur in ſylvis aves,
Fonteſque lymphis obſtreperent manantibus,
Somnos quod invitaret leves.

equidem deſtinaveram; ſed quam primum tuas curas evolvere cœpi, omnes ruris quamvis amæni delicias contemſi, & membra ſub fagi patulæ tegmine ſtratus, antequam illas ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν (pedes & caput præpoſtere dum pono, non vituperabis ſat ſcio; illo enim ordine in Pluto poſuiſſe Ariſtophanem juxta mecum ſcis) legiſſem, lumbos neque exporrexi, neque extuli. Hac itaque dape ebrius eaſdem tibi remitto, & quidem (Si in ruſticatu ſane ſentire, aut ſcribere quid poſſum) non ſine meo applauſu. Condidiſti, vir Reverende, chartas

Digitized by Google

μεγάλῃ (ὦ ζῶε) καὶ ἀκελβεῖ σπουδῇ τε καὶ ἐπιμελείᾳ πεπονημένας. In illis (Jovem lapidem juro) quod reprehendat, non inveniet Zoilus; & quod probabunt, qui, quod Religio, quod patitur fides, decernere ſolent. Laudo, & admiror ingenii tui dotes, quibus tot laboribus mutandis par es. Macte vir Reverende, curas haſce tuas prælo digniſſimas prælo cura committas. Typographum, qui illas ſuis deſcribat typis quære, & invenies. Si tibi apud exteros induſtriæ teſtimonium habituro hoc meum placuerit judicium, illud cæterorum amicorum votis & εὐλογίοις inſerere tibi integrum erit. &c.

II.

Dum luſtras oculo veterum monumenta ſagaci;
Dum teris aſſidua Scripta hodierna manu;
Dumque Paleſtinæ, Grajæ, Latiæque Minervæ,
Perluſtras docti, ſcrinia, quicquid habent;
Denique præluſtri dum illuſtras multa labore;
Quæ ſine te cœca nocte ſepulta forent:
L O M E J E R E, tibi quæ ſolvat grata vetuſtas,
Nec quæ poſteritas præmia reddat, habet.
Bibliotheca, tuis illuſtrius aucta papyris,
Cœpit in aprico pulchrior eſſe loco;
Nec tam doctorum titulis, numeroque librorum,
Quam L O M E J E R I laude, ſuperba fuit.
At quando ex tetris *Veterum luſtratio* luſtris
Excita, & ſcriptis eſt celebrata tuis;
Ille dies, inquam, tibi luſtricus obtigit; & te
Præluſtrem dici juſſit, & eſſe virum.
Doctaque Poſteritas (quæ, nunc quoque lurida, fati
Incuſat leges, invidiamque vocat,
Quod, præmaturis dum *Cruſius* occidit annis,
De Servis nequiit liber abire *Liber*)

Sæpe

Sæpe tuos grata perluſtrans mente labores,
Pro te, proque tua vota ſalute facit.
Sollicitaque Deos & voce & corde precatur,
Ut vitæ adjiciant plurima luſtra tuæ:
Quo luſtrando libros illuſtria plurima promas,
Queis illuſtrari ſecla futura queant.

Hæc, invito licet Apolline, accinebat; qui a te bene vivendi initium magna ex parte accepiſſe ſe gaudet,

HENR. MEILINGIUS,

Eccleſiæ Borgenſis Paſtor: nunc autem Grollanæ.

III.

Cor ſtupet! errorum quantum mortalibus olim
Noxia miſcuerit miſeris aconita Tonantis
Æmulus impurus; delirum faſcinat orbem
Dira ſuperſtitio, diſtringit turba Deorum
Mille quot orcus habet, cœlum quot, terra, quot undæ
Sponte ſua ratio cœcas inventa ſacrorum
Turpia quæ dictu docuit ludibria mentes!
Ira Deum, jus fasque innatum & conſcia culpæ
Pectora, ſi Numen temeratum, aut alma cruore
Innocuo fœdata parens, ſi qua horrida cœlo
Sævit hyems, ſi qua annonæ vis ingruit arctæ,
Peſtiferum aut terras afflavit ſidus, & arma
Ingratæ ſuperi immittunt ultricia genti;
Somnia ſollicitant animum præſaga, Sacrasve
Dextra rubens arces tetigit Jovis, augur, haruſpex
Inſuetæ voces, oracula, ſpectra minantur,
De cœlo ſervat vates, oſtentaque ſtragem,

Mon-

Monſtraque ſunt vanæ portendere credita genti.
Hinc ergo iniuſtæ molis *Luſtratio* nata
Hinc trepidant omnes pacem implorare Deorum,
Et res infeſtos cœlos divina fatigat.
Qua cura, & ritu, quando, quæ ſigna litabant;
Hæc LOMEJERUS monimentis eruta priſcis
Magnus erat, Lector, qui corpus legit in unum;
Utile opus, dignumque viro, & laudabile utroque
Pollice, quod livor præſens ſi dente maligno
Appetit, ut ſolet; æqua tamen mirabitur olim
Poſteritas; *Si qua illuſtris ſic læta revixit*
Bibliotheca: Suis nunc ſtabit & inclyta Sacris
Semper & egregie vero *luſtrata* vetuſtas,
Ut ſi quis laterem demens abſterſerit unda.
Perge, Pater venerande, decus laudesque tueri
Uſipetum, propriæque domus memorabile nomen
Lomejeranæ totum differre per orbem.
Non tam averſus equos patria Sol jungit ab urbe
Zutphania, non tam nobis præcordia finxit
Omnipotens pejore luto; ſi foverit artes
Mæcenas, mentemque bonam pretium comitetur,
Marſilios, alios & *Dammannos*, *Cruſiosque*
Et *Lomejeros* cernas, alioſque *Wilhelmos*.
Naturæ dotes ſed avara intercipit ætas.

ANT. à BILERT.

Eccleſiæ Geeſteranæ Paſtor: nunc Lingenſis, atque hic in illuſtri ſchola litt. human. Profeſſor.

JO-

JOHANNIS LOMEIERI
EPIMENIDES,
SIVE
DE VETERUM
GENTILIUM
LUSTRATIONIBUS,
SYNTAGMA.

CAPUT I.

Luſtrum & luſtrare a λῦτρον, *vel* λύτρον. *Lues* λύθρον. *luſtra in ſylvis. luſtrum tempus quinquennale. luſtrare; circumire. quid* λύτρον *contra Socinum ex Grotio. Placamen.* ἱλασμὸς, καθαρισμὸς. *Piare.* λύτρωσις. ἀντίλυτρον. כפר חטא אשם τελετή. *Synonyma alia. Expiatio politica: religioſa.*

NOminis ἔτυμον non ex Latio, ſed ex Græcia, quod Latinis vocibus non infrequens, petendum eſt. *Luſtrum* vel eſt a λῦτρον, & λύω, Paulus enim, Feſti mutilator, primam hujus vocabuli ſylabam aliquando produci ſignificat: vel a λύτρον & λύω, unde & Latinum *Luo*, & a λυτρῦν *luſtrare*. Utrobique unica interponitur litera: Sic a *rodo* eſt *roſtrum*, a *plodo ploſtrum*, a *moneo monſtrum*, a *tranſeo tranſtrum*, a *fluo fluſtrum*. Vid. Voſſ. etymol. in Luſtrum: & Becman. Orig. ling. lat. in luo. p. 628. 630.

Hanc originationem ipſa vocabulorum ſignificatio indicat Idem Paulus: *Lues eſt diluens uſque ad nihil, tractum a Græco* λύειν.

 hinc

hinc dictum lutum, terra humore ſoluta, & luſtratio qua quid ſolvitur ac liberatur. hinc & λύτρα ἀπὸ τῆς λύσεως, *ideſt, ſolutione auri.* Nonius: *Lues a rebus ſolvendis propoſita.* Sed & *lues* pro ſcelere 4 Georg. v, 454. *Magna lues commiſſa.* Heſychius: λύτρον, τίμημα λύτρα καθάρματα. λυτήρια καί πάντα τὰ διδόμενα εἰς ἀνάκλησιν (leg. ἀπάλλησιν) ἀνθρώπων. Hinc Ἕκτορος λύτρα, *Hectoris luſtra* vertit Ennius. Apud Pollucem, lib. 7. cap. 29. laudatur drama Æſchyli Φρύγες, ἢ λύτρα. Caſaubonus in Athenæum, lib. 2. cap. 11. hujus fabulæ titulum judicat fuiſſe Φρύγες, ἢ Ἕκτορος λύτρα, cujus argumentum ex Iliad. Ω,

Ejuſdem originis eſt λύθρον. Euſtath Odyſſ. X. λύθρον, ὁ ἐξ αἵματος μολυσμὸς ὃν χρὴ ἀπολύσασθαι, παρὰ τὸ λύω, ἀφ᾽ οὗ λύω, ἐξ οὗ καὶ λῦμα τὸ κάθαρμα, καὶ λυμαίνω τὸ ἀποκαθαίρω. Γράφεται δὲ διὰ τοῦ θ τὸ λύθρον τοῦτο, πρὸς διαστολὴν τοῦ λύτρου, ὃ ἐπὶ αἰχμαλώτων τίθεται. Idem. Iliad. Λ. λύθρον ἐστὶν ἀκαθαρσία αἵματος μετὰ κόνεως, δεομένη λύματος, ἤγουν καθάρσεως. Didymus item ad Iliad. Υ verſ. ult. ὁ ἐκ τῆς πολεμικῆς ἐργασίας μολυσμὸς, ἢ τὸ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος ἀνθρώπειον αἷμα λύθρον καλεῖται.

Heſychius: λύθρον, μαστιγοφόρον, ἰχὼρ αἵματος τὸ ἀπὸ φόνου, καὶ ὁ ἐξ αἵματος καὶ κόνεως μόλυσμα. ὁ μεθ᾽ αἵματος φόνος. ἀπὸ τοῦ λύειν τὸν ἐναντίως τοῦ θορεῖν. ἢ τὸ ἐκ τοῦ αἵματος μόλυσμα Item: λύθρῳ, φόνῳ ἢ τῷ ἐκ μάχης μολύσματι συνισταμένῳ δι᾽ ἱδρῶτος καὶ κόνεως, καὶ αἵματος. Senſus eſt: λύθρον *notare immunditiem, ex ſanguine pulvere & ſudore humano, purgatione indigentem; ſcribi autem per* θ *ad differentiam* λύτρου, *quod pro captivis datur.*

Luſtra, ait Paulus, Feſti abbreviator, *ſignificat lacunas luſoſas, quæ ſunt in ſylvis aprorum cubilia, a qua ſimilitudine, ſi qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere.* Addit: *Et cum ejuſdem vocabuli prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem.* Varro, lib. 5. L. L. *Luſtrum nominatum tempus quinquennale, a luendo, hoc eſt, ſolvendo, quod quinto quoque anno vectigalia, & ultro tributa per Cenſores ſolvebantur.* Ovid. lib. 4. de Pont. eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt:
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Iſid. Orig. lib. 5. cap. 37. *Luſtrum eſt,* πενταετηρὶς *id eſt, quinquennium, quod quinto anno dicitur condi, propter Olympiades a Romanis. adhuc enim Conſules, adhuc æra nondum erant. Eſt enim quinquennale*

nale tempus. Ideo vero ſic vocatur, eo quod cenſu per quinquennium in Republica peracto, urbs Roma luſtrabatur. Serv. ad 1. Æneid. v. 287. *Luſtrum dictum, quod poſt quinquennium unaquaque civitas luſtrabatur.* adi Scalig. de emend. temp. p. 482. 483.

Quoniam autem luſtratio, hoc eſt, expiatio, ambiendo fiebat, hinc μεταληπτικῶς *luſtrare* ſignificat *circumire*, & ſic *circumſpicere, patefacere*, vid. Non. Marc. cap. 4. §. 277. Gloſſ. veteres: περιέρχεται, *luſtrat*. Gloſſar. Iſidori: *Luſtro, vagator.* Luſtrum ſolis, periodus ſolis, annus. Manil. lib. 3.

Luſtra decem tribuit ſolis, cum menſibus octo.

Nos ad primariam expiandi ſignificationem flectimus.

Λύτρον, definiente Grotio, in libro de ſatisfactione Chriſti (cujus hic veſtigia premimus) eſt proprie *res aut factum, quo movetur quiſpiam ut aliquem incommodo alioquin affecturus, eo liberari patiatur.* Socinus immerito ad ſolam captivitatem reſtrinxerat, cum & ſervituti, & exilio, & morti, & omni incommodo a quo liberari poſſumus, ea vox conveniat. Nam & origo, λύω ſcilicet, ad ea quoque pertinet, & communis uſus non refragatur. deinde, & in eo erravit Socinus, quod λύτρον proprie dictum velit accipi ab aliquo, detinente ſcil. captivum. Nam ſi vox accipiendi proprie accipiatur, ut in definitionibus fieri ſolet, aptari factis non poteſt, ſed rebus ſolis: At factis quoque poteſt ſatis fieri, & liberatio impetrari, atque hoc præcipue apparet in ea liberatione, quæ fit per pœnæ tranſlationem, pœna autem proprie non accipitur a quopiam, ut Grotius dicto libro, *cap.* 2. probavit. Præterea acceptionis vox proprie ſumta, ſi non dominii tranſlationem, certe utilitatem aliquam accipientis indicat: At in pœna non ſpectatur propria utilitas punientis, ſed commune bonum, & ordo rerum. Acceptor ergo hic nullus eſt; niſi libeat admodum improprie acceptorem dicere judicem, tanquam juris & æqui ac boni communis curatorem. λύτρον nihilominus locum habet & in pœna. Ita Zaleuci oculus λύτρον fuit oculi filii: & in decimatione, qui puniuntur λύτρον ſunt totius legionis. Imo ipſe Jeſus Chriſtus, filius ille hominis venit dare animam ſuam λύτρον pro multis. *Matt.* 10. 28. *Marc.* 10. 45. ita ut ejus morte nos redemti ſimus, & a pœna liberati. Deoque reconciliati, qui ante ejus hoſtes eramus. Eodem modo Latini voces *Luſtrum*, & *luſtrare* uſurparunt,

parunt. Luſtrare urbem eſt eam a pœna liberare per luſtrum, hoc eſt, per pœnam ſuccedaneam, quod piaculum dicitur. ſic Duces luſtrarunt exercitum Romanum, & Thebas Menœceus, de quo mater apud Papinium:

LUSTRALEMNE feris ego te, puer inclyte, Thebis
Devotumque caput vilis ceu mater alebam.

Ad quem locum vetus ſcholiaſtes. *Luſtrare civitatem* [illegible] *hoſtia Gallicus mos eſt.* *Luſtrare* dicit, quod Cæſar lib. 6. de [illegible] Gall. *placare Deorum immortalium numen.* Non quod plane [illegible] verba ſint ſynonyma, ſed quod in pœnis ſatisfactoriis coinci[illegible] placamen & luſtrum, Gr. ἱλασμὸς & λύτρον. quæ ut pagani [illegible] falſo credita, ita in re vere credita Apoſtoli ſenſu eod[illegible] uſurpant. Itaque in epiſtola ad Hebræos pro eodem λύτρωσις & [illegible]ρισμὸς, ut apparet cap. 9. v. 12. 13. 14. 15. 22. 23. Ideo [illegible] loco καθαρίζειν & ἁγιάζειν eſt reatum tollere, ſive efficere remiſſionem, ut v. 22. exponitur. Chriſtus per ſeipſum effecit [illegible] καθαρισμόν. Heb. 1. 3. Chriſtus καθαρίζει conſcientiam ab [illegible] mortuis. Heb. 9. 14. hoc eſt, a reatu & pœna, pœnæque [illegible]re conſcientiam liberat. quod autem h[illegible] in locis eſt καθαρ[illegible], hoc ipſum ſimili ratione dicitur ῥαντίζειν, & λύειν, v. 22. q[illegible]ſpicit etiam vaticinium Zach. 13. 1. Eodem ſenſu dixit Johannes, Apoc. 1. 5. λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν Item i[illegible] cap. 7. ſanguis Chriſti καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, & v. 9. [illegible]guntur ἀφιέναι & καθαρίζειν. Argumentatur Apoſtolus a co[illegible]ctis: ſi in luce ambuletis, habetis mundationem, hoc eſt, remiſſionem per ſanguinem Chriſti, quia nemini in luce ambulanti imputantur peccata. Baptiſtæ vero prædicatio, Chriſtum agnum nominantis, qui mundi peccata tollat, cum ſacrificia expiatoria reſpiciat, plane non permittit nos *tollere peccata* aliter interpretari quam *reatum tollere*, hoc enim faciebant expiatoria ſacrificia. Neque aliud eſt εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, Heb. 9. 26. quam πρὸς τὸ καθαρίζεσθαι ἡμᾶς, πρὸς τὸ γίνεσθαι ἡμῖν ἄφεσιν ut ex v. 22. apparet. Illa autem ἀθέτησις ἁμαρτίας facta eſt διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, dicto verſu 26.

Huc faciunt & ἱλάσκεσθαι, εἰρηνοποιεῖν, καταλλάσσειν, ἀποκαταλλάσσειν, Lat. *placare, pacare, conciliare, aut reconciliare;* Item *propitiare,* tum actus ipſe, tum id quo actus peragitur, Gr. ἱλασμὸς, La-

tinis

timis *placamen* dicitur, quo ſenſu Chriſtus rurſus dicitur ἱλασμὸς pro peccatis noſtris. 1. Joh. 2. 2. & ἱλαστήριον per fidem in ſanguine ipſius. Rom. 3. 25. nam ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Heb. 9. de verbis καταλλάσσειν, & ἀποκαταλλάσσειν vide Rom. 5. 10. 11. 2. Cor. 5. 18. Eph. 2. 16. Col. 1. 20. Sophocl. Ajace Maſtigophoro:

> Ἀλλ' οἴχεται τοι πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς
> Γνώμης, θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.
> *Sed converſus eſt ad prudentiſſimum*
> *Conſilium, ut Diis concilietur iratis.*

Ubi chorus id exprimit, quod Ajax ante dixerat:

> Ἀλλ' εἶμι πρός τε λοῦτρα καὶ παρακτίους
> Λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ,
> Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς.
> *Sed abeo ad lavacra, & maritima*
> *Prata, poſtquam ſordes expurgavero meas,*
> *Iram gravem evitem Deæ.*

ubi Diis conciliari, καταλλάττεσθαι θεοῖς, idem eſt quod *iram ipſorum effugere.* Sic ergo victimis dicebatur *placari* Numen; reus ipſe, aut homo, aut populus *purgari* ſive, antiquo verbo, *Februari*; peccatum ipſum *piari* atque *luſtrari*. Quare eadem ſacrificia dicebantur ἱλαστικὰ, ἁγνιστικὰ, καθαρτικὰ: Lat. *placamina*, *februa*, *piamina*. Vox ἱλάσκεσθαι ad victimas ab Homero, aliiſque ſæpe aptatur. ἁγνίζειν τὴν πόλιν καθαρμοῖς eſt apud Plutarchum in Romulo. hoc ἁγνίζειν quoque ἁγίζειν & ἁγιάζειν dicitur. Phryx Adraſtus homicidio pollutus καθαρσίου ἐδεέτο, opus habuit ſacro expiatorio. *Herod. lib.* 1. Crœſus ipſum ἐκάθηρε, expiavit; quæ κάθαρσις, expiandi ratio apud Lydos & Græcos eadem. Apud Hermogenem eſt: Μηδὲ καθηράμενος ἀπὸ τῶν ἀσεβημάτων. Plato 2. de Rep. pro eodem ponit λύσεις & καθαρμοὺς ἀδικημάτων. Plutarchus in Romanis καθάρσια interpretatur ἀποτρόπαια, hoc eſt, averrunca, iram divinam avertentia. *Placandi* voce apud Virgilium alioſque in ſacris nihil frequentius; cujus vim Horatius ita expreſſit: *Mactata veniet lenior hoſtia.* Livius ſæpe: *Pacem Deos expoſcere.* Plinius pecori gratiam eſſe dicit in *Deorum placamentis.* Ovid. 1. Faſtor. victimis ait *homini Deos conciliari*: quæ vox cum *placandi* voce idem valet.

Purgare & purificare ex Græco ἁγνίζειν tranſlatum inde ſumitur, quod reatus immunditia quædam videtur. Purificandi vox eſt apud Suetonium & Plinium. *Purgare mœnia luſtro*, dixit Lucanus.

Sed receptius eſt *luſtrare*. Sic *exercitum Suovetaurilibus luſtrare* eſt apud Livium. Ovidius 13. *Metam.* per *expurgare* exponit.
—— *Ego luſtror ab illis Expurgante nefas novies mihi carmine dicto.* Servius apud Virgil: 3. Æneid. *Luſtramurque Jovi*, exponit *purgamur, piamur.* Seneca in Troad: *Luſtrale ſacrum*, explicat ipſe, *quo piantur rates.* Papinius Menœcea dixit *caput luſtrale* quod ſic exponit:

Terrigenam cuncto patriæ pro ſanguine poſcunt.

Item: —— *Date gaudia Thebis*

Quæ pepigi, & toto quæ ſanguine prodigus emi.

Luſtrale ergo *ſacrum* eſt, quod *ſanguine emit* id eſt, *redimit* Notandumque inprimis, ſæpiſſime cum de ſacris expiatoriis agitur, ſanguinis fieri mentionem, quia ex vetuſtiſſima Dei lege, Noacho data, *Gen.* 9.4. atque inde ad populos omnes propagata, ſanguis eſt vice animæ, ac propterea animæ nomine appellatur. Virg: *Sanguine quærendi reditus, animaque litandum*, quæ verba Macrobius ex Trebatio explicans, eas hoſtias ait *animales* fuiſſe appellatas.

Piari proprie dicuntur ipſa peccata, hoc eſt, lui; ſive ſolvendo pœnam debitam, ſive aliud quid, quod pœnæ debitæ in locum ſuccedit. Virg. —— *& culpam miſerorum morte piabunt.*
hoc eſt, *efficient ut luantur.* Plinius: *Luxum populi expiare ſolent bella.* Cicero: *tua ſcelera Dii immortales in noſtros milites expiaverunt.* Apud eundem ſæpe eſt, *ſcelera ſupplicio expiare* & apud Salluſtium, *cædem cæde, ſanguinem ſanguine expiare.* Imo & *ſupplicii* vox primo in ſacris fuit, unde ad pœnas tranſlata eſt. Sed in ſacrificiis piare eſt luere per ſucceſſionem rei alterius in locum pœnæ debitæ. Plautus:

Men' piacularem oportet fieri propter ſtultitiam tuam,
Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum?

Hinc auctor diſtichorum quæ Catonis nomen præferunt, ait:

Cum ſis ipſe nocens moritur cur victima pro te?

Ubi *pro te*, eſt, *tuo loco*, atque ibidem eos qui victimas offerunt ait alterius morte ſalutem ſperare. Hinc *piacula* proprie ipſa *ſacrificia:*

crificia: *Ea prima piacula ſunto.* 6. Æneid. Horat. *teque piacula nulla reſolvent.* Ovidio *piamina*

Februa Romani dixere piamina Patres.

cujus vocis vim ipſe mox exprimit, *quo crimina noſtra piantur.* *Et piamenta* Plinio. Improprie *piacula*, *crimina* propter quæ piacula debentur; ut recte Servius ad illud Virg: *Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.*

Quanquam autem, ut diximus, piare proprie eſt luere, ideoque ille ipſa pœna, aut peccato, id eſt, reatu & debito proprie dicatur: cœpit tamen ſumi pro ſignificationis propinquæ vocibus placare & luſtrare. Sic *Cereris numen expiandum* dixit Cicero. Sic Livius: *ut cædes manifeſta aliquo piaculo lueretur, imperatum eſt patri ut filium expiaret*, id eſt, luſtraret. Sic Seneca in Troad: dixit *piare rates*, id eſt, claſſem luſtrare. *Prodigia* quoque *piare* dixit Tacitus, pro facinoribus ob quæ orta ira prodigiis indicabatur. Locus eſt ubi de Judæis agit: *evenerant prodigia, quæ neque hoſtiis, neque votis piare fas habet gens ſuperſtitioni obnoxia, religionibus adverſa.* Ex his manifeſto apparet ſacra luſtralia ſive piamenta pertinuiſſe ad placandum numen, & ſic impetrandam impunitatem commiſſorum, quod Plinius ita exprimit: *Vetus priſcis temporibus opinio obtinuit, februa eſſe omnia quibus malefactorum conſcientiæ purgarentur, delerenturque peccata.*

[illegible] eſt λύτρωσις & ἀπολύτρωσις *redemtio*, quæ quamvis improprie qualemcunque liberationem ſignificet, etiam cui λύτρον non intercedit. Rectius tamen ac proprie definitur: *Liberatio alicujus ab incommodo, λύτρῳ intercedente.* Sic Maro *redemtionis* vocem proprie uſurpavit, cum dixit: *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* Liberatur Caſtor a morte perpetua, λύτρῳ intercedente, morte fratris alterna. Significantior vox eſt ἀντίλυτρον qua utitur Paulus 1 Tim. 2. 6. Vox ἀντὶ in compoſitione aut contrarietatem aut commutationem ſiniſicat. In hac autem materia contrarietas locum non habet: ſignificatur ergo compenſatio. Neque alia forma Græce dicuntur ἀντίψυχοι, qui pro altero morti ſe devovent, ut ipſum liberent. Sic *ἀντίλυτρον eſt tale λύτρον, in quo liberator ſimile quiddam ſubit ei malo, quod ei imminebat qui liberatur.* Eſtque egregia ejus vocis quaſi περίφρασις, Gal. 3. 13. *Chriſtus ἐξηγόρασεν redemit nos ab execratione factus pro nobis execratio.*

Apud

Apud Hebræos occurrit verbum כפר quod inter alia etiam re-
dimere notat. Gr. λύτρον. Exod. 21. 30. item ἐξίλασμα. Pſal. 49. 8. *Placare*. Gen. 32. 20. אכפרה LXX. ἐξιλάσομαι. Huc facit illud Salomonis, Prov. 13. 8. כפר Gr. λύτρον *viri ſunt divitiæ ejus*: quod ſimile eſt iſti ſententiæ Job. 2. 4. *quicquid habet aliquis id pro vita ſua daturus eſt*. Eſt enim & hic divitiarum uſus, quod multorum iram, aut juſtam aut injuſtam poſſint placare, atque ita noxam imminentem avertere, juxta illud:

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque

Ac plane eſt in iſta gnoma commodorum, quæ ſecum fert utraque fortuna elegans comparatio: *Dives habet quo placet iratum, pauper ira aliena minus eſt obnoxius*. Sic & חטא Gen. 31. 39. eſt *luere*, unde & hoc cœpit ad expiationem ſignificandam ulterius, quæ primo quidem tribuitur victimis, ut Heb. 9. 13. & 14. deinde Sacerdoti propter victimas quas exhibet, ut ſæpe Levitico: poſtremo etiam iſtam luitionem admittenti, ut Pſ. 51. 9. תחטאני Gr. ῥαντιεῖς. Hactenus fere ex Grotio, cujus verba hic [illegible] raſſe non piget.

Voces אשם & חטאת ſignificationis ſunt fere ejuſdem. Eodem certe ſenſu occurrunt Lev. 5. 1 — 7. 11. Utraque & peccatum & ſacrificium denotat. Quas circa priorem ſignificationem differentias excogitarunt Abrabenel, Abenezra, Grotius, Saubertus, aliique rejecit Outramus, *lib.* 1. *de ſacrif. cap.* 13. § 8. Eam tamen culpam præcipua quadam ratione אשם dictam exiſtimat, quæ vel reo dubia erat, unde victima pro noxa dubia, vel proximo damnum inferebat, unde ortum habuit victima pro noxa certa dicta; quæ ſi Nazaræos, funeſtatos, hominesque lepra pollutos demſeris, quorum, quia tum victimis pro peccato, tum etiam victimis pro noxa dictis purgandi erant, nulla hic habenda ratio eſt, nemini imperata fuit, niſi his, qui ita contra Deum, ut & contra proximum etiam, peccaverant. Tales utique erant, qui ſacra inſcii defraudabant, quippe quod Sacerdotibus damno fuit. Lev. 5. 15. Tales etiam qui rem alienam apud ſe depoſitam, aut inventam, aut vi ereptam, aut interverſam jurejurando abnegabant. Lev. 5. 2. 3. 4. Tales denique (neque enim plures erant, quibus erat hoc ſacrificii genus legis juſſu imperatum) quorum in Hebræa, ſervo Hebræo deſponſata, libido for-

te

te lapſa erat. Utpotę qui & ſponſæ verberum auctores erant, & ſponſo dedecoris & doloris. Lev. 19. 20. 21. Quæ autem peccata per חטאת expianda erant, quatuor conditionibus definierunt Judæi, apud Outramum *lib.* 1. *de ſacrif. cap.* 12. §. 2. Primo ſi contra legem vetantem; deinde ſi incogitato fieret; tertio ſi factis ſubjiceretur, non dictis tantum, aut cogitatis; ultimo ſi tale etiam eſſet, quale quidem cogitato factum peccantis exitio luendum erat. Equidem חטאת latioris ſignificationis videtur, quia & peccatum, & reatum ex peccato contractum complectitur. Pſ. 109. 7. אשם vero ad ſolum reatum reſtringitur. Clotzius, *lib.* 1. *de dolor. an. Chriſti*, *conſider.* 14. §. 5. rejectis Vatabli, Auguſtini, Gregorii, Lyrani, Toſtati, Eugubini, Riberæ, Franzii &c ſententiis, arbitratur voculas illas interdum quidem indifferenter uſurpari, neque ſemper nimis ſcrupuloſe diſtinguendas eſſe, ſed in materia tamen ſacrificiorum, ubi אשם & חטאת diſtinguuntur, חטאת peccatum dici, quod ſive per ignorantiam, ſive ſcienter, ſive contra Deum, ſive contra proximum, ſive opere, ſive cogitatione à perſona privata commiſſum eſt: אשם verò, ſive delictum dici, quod à perſona publica, cujus exemplum ad alios trahatur, perpetratum eſt; atque ſic חטאת ſive ſacrificium pro peccato eſſe quod pro *perſona privata*, aut qualicumque: אשם ſive ſacrificium pro delicto autem illud, quod pro *perſona publica*, ſive Sacerdote, ſive Principe, ſive alia quadam, cujus exemplum ad alios trahitur, etiam pro illo, qui publice cum ſcandalo aliorum peccarat, offerebatur. Quicquid ſit utrumque Meſſiæ tribuitur: אשם quidem Jeſ. 53. 10. חטאת autem ſive περὶ ἁμαρτίας. Rom. 8. 3. coll. cum Heb. 10. v. 6. & Pſ. 40. 7. adde 2. Cor. 5. 21.

Inter ipſa autem ſacrificia eiſdem nominibus deſignata illud interfuiſſe conſtat, quod ad אשם ſacrificium pro noxa alii prorſus pecudum ſexus, aliique ritus adhibendi eſſent, ac qui ad חטאת ſacrum pro peccato factum adhiberi rite potuerunt. Enim vero ad ſacra pro noxa dicta arietes ſemper agnive maſculi adhibendi erant, quorum in ſacrificiis pro peccato nullus omnino uſus erat. Sed & ſanguis victimarum pro peccato altarium cornibus, *Lev.* 4. victimarum pro noxa aræ lateribus aſpergendus erat. *Lev.* 7, 2. Adde quod ſacra pro peccato dicta univerſo Judæorum cœtui imperata eſſent, at nulli, niſi ſinguli homines, alia illa facere

B juſſi

Digitized by Google

Apud Hebræos occurrit verbum כפר quod inter alia etiam *redimere* notat. Gr. λύτρον. Exod. 21. 30. item ἐξίλασμα. Pſal. 49. 8. *Placare*. Gen. 32. 20. אכפרה LXX. ἐξιλάσομαι. Huc facit illud Salomonis, Prov. 13. 8. כפר Gr. λύτρον *viri ſuæ divitiæ ejus* quod ſimile eſt iſti ſententiæ Job. 2. 4. *quicquid habet aliquis id pro vita ſua daturus eſt*. Eſt enim & hic divitiarum uſus, quod multorum iram, aut juſtam aut injuſtam poſſint placare, atque ita noxam imminentem avertere, juxta illud:

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque

Ac plane eſt in iſta gnoma commodorum, quæ ſecum fert utraque fortuna elegans comparatio: *Dives habet quo placet iratum; pauper ira aliena minus eſt obnoxius*. Sic & חטא Gen. 31. 39. eſt *luere*, unde & hoc cœpit ad expiationem ſignificandam uſurpari, quæ primo quidem tribuitur victimis, ut Heb. 9. 13. & ſeq. deinde Sacerdoti propter victimas quas exhibet, in ſæpe Levitico: poſtremo etiam iſtam luitionem admittenti, ut Pſ. 51. 9. תחטאני Gr. ῥαντιεῖς. Hactenus fere ex Grotio, cujus verba [illegible]raſſe non piguit.

Voces אשם & חטאת ſignificationis ſunt fere ejuſdem. Eodem certe ſenſu occurrunt Lev. 5. 1.—7. 11. Utraque & peccatum & ſacrificium denotat. Quas circa priorem ſignificationem differentias excogitarunt Abrabenel, Abenezra, Grotius, Saubertus, aliique rejecit Outramus, *lib.* 1. *de ſacrif. cap.* 13. § 9. Eam tamen culpam præcipua quadam ratione אשם dictam exiſtimat, quæ vel reo dubia erat, unde victima pro noxa dubia, vel proximo damnum inferebat, unde ortum habuit victima pro noxa certa dicta; quæ (ſi Naziræos, funeſtatos, homineſque lepra pollutos demſeris, quorum, quia tum victimis pro peccato, tum etiam victimis pro noxa dictis purgandi erant, nulla hic habenda ratio eſt) nemini imperata fuit, niſi his, qui ita contra Deum, ut & contra proximum etiam, peccaverant. Tales utique erant, qui ſacra inſcii defraudabant, quippe quod Sacerdotibus damno fuit. *Lev.* 5. 15. Tales etiam qui rem alienam apud ſe depoſitam, aut inventam, aut vi ereptam, aut interverſam jurejurando abnegabant. Lev. 5. 2. 3. 4. Tales denique (neque enim plures erant, quibus erat hoc ſacrificii genus legis juſſu imperatum) quorum in Hebræa, ſervo Hebræo deſponſata, libido for-

te

te lapſa erat. Utpote qui & ſponſæ verberum auctores erant, & ſponſo dedecoris & doloris. Lev. 19. 20. 21. Quæ autem peccata per חטאת expianda erant, quatuor conditionibus definierunt Judæi, apud Outramum *lib.* 1. *de ſacrif. cap.* 12. §. 2. Primo ſi contra legem vetantem; deinde ſi incogitato fieret; tertio ſi factis ſubjiceretur, non dictis tantum, aut cogitatis; ultimo ſi tale etiam eſſet, quale quidem cogitato factum peccantis exitio luendum erat. Equidem חטאת latioris ſignificationis videtur, quia & peccatum, & reatum ex peccato contractum complectitur. Pſ. 109. 7. אשם vero ad ſolum reatum reſtringitur. Clotzius, *lib.* 1. *de dolor. an. Chriſti, conſider.* 14. §. 5. rejectis Vatabli, Auguſtini, Gregorii, Lyrani, Toſtati, Eugubini, Riberæ, Franzii &c ſententias, arbitratur voculas illas interdum quidem indifferenter uſurpari, neque ſemper nimis ſcrupuloſe diſtinguendas eſſe, ſed in materia tamen ſacrificiorum, ubi אשם & חטאת diſtinguuntur, חטאת peccatum dici, quod ſive per ignorantiam, ſive ſcienter, ſive contra Deum, ſive contra proximum, ſive opere, ſive cogitatione à perſona privata commiſſum eſt: אשם verò, ſive delictum dici, quod à perſona publica, cujus exemplum ad alios trahatur, perpetratum eſt; atque ſic חטאת ſive ſacrificium pro peccato eſſe quod pro *perſona privata*, aut qualicumque: אשם ſive ſacrificium pro delicto autem illud, quod pro *perſona publica*, ſive Sacerdote, ſive Principe, ſive alia quadam, cujus exemplum ad alios trahitur, etiam pro illo, qui publice cum ſcandalo aliorum peccarat, offerebatur. Quicquid ſit utrumque Meſſiæ tribuitur: אשם quidem Jeſ. 53. 10. חטאת autem ſive περὶ ἁμαρτίας. Rom. 8. 3. coll. cum Heb. 10. v. 6. & Pſ. 40. 7. adde 2. Cor. 5. 21.

Inter ipſa autem ſacrificia eiſdem nominibus deſignata illud intercediſſe conſtat, quod ad אשם ſacrificium pro noxa alii prorſus pecudum ſexus, aliique ritus adhibendi eſſent, ac qui ad חטאת ſacrum pro peccato factum adhiberi rite potuerunt. Enim vero ad ſacra pro noxa dicta arietes ſemper agnive maſculi adhibendi erant, quorum in ſacrificiis pro peccato nullus omnino uſus erat. Sed & ſanguis victimarum pro peccato altarium cornibus, *Lev.* 4. victimarum pro noxa aræ lateribus aſpergendus erat. *Lev.* 7, 2. Adde quod ſacra pro peccato dicta univerſo Judæorum cœtui imperata eſſent, at nulli, niſi ſinguli homines, alia illa facere

 juſſi

juſſi erant, quæ ſacra pro noxa dici ſolent. Id tamen utrumque illud genus cum altero plane commune habuit, quod neutrum niſi legis juſſu, neutrum voto aut voluntate rite factum cenſeretur. Id enim ſacrorum ſalutarium & holocauſtorum proprium fuit, quod ex Maimonide & Abrabenele probat Outramius, *libro dicto*, *cap*. 13. §. 9.

Græcis frequentiſſima vox eſt τελετή. Hanc expiationem ſignificare docet Budæus *in comment. ling. Gr.* & Platonem ait appellaſſe τελετὰς ludos & ſacrificia, dicitque eſſe λύσεις & καθαρμοὺς τῶν ἀδικημάτων. Addit locum ex Luciano, ubi ait Servatorem noſtrum crucis ſupplicio affectum ὅτι καινὴν τελετὴν εἰσήγαγεν ἐν παλαιστίνῃ. Apulejus lib. 11. Metam. ſacra Iſidis *teletas* vocat. Vere Auguſtinus lib. 3. de Trinit. cap. 10. ſcripſit: *Diabolum animas deceptas illuſaſque præcipitaſſe, quum polliceretur purgationem animæ, per eas quas* τελετὰς *appellant transfigurando ſe in Angelum lucis per multiformem machinationem in ſignis & prodigiis mendacii.* Ratio notationis non eadem datur. Alii enim a τελεῖν, id eſt, *ſumtum facere*, derivant, quia ſacra ſine ſumtu fieri non poterant, unde *ſine ſacris hereditas* in proverbium abiit apud Plautum Capt. act. 4. ſc. 1. id eſt, ſine ulla incommoda appendice: ut explicat Feſtus. Athenæus dipnoſoph. lib. 2. cap. 3. τελετάς τε καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους, καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτὰς, τῶν εἰς αὐτὰς δαπανημάτων ἕνεκα. Τελεῖν γὰρ τὸ δαπανᾶν. καὶ πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες, καὶ εὐτελεῖς οἱ ὀλίγα. *Teletas vero etiamnum appellamus feſtorum ſolenniores celebritates, cum arcanis ac myſticis quibuſdam ritibus traditas, ob illam quæ fit impenſam. Eſt enim* τὸ τελεῖν *ſumtum facere, unde* πολυτελεῖς *qui pecunia multum inſumunt*, εὐτελεῖς *qui parum*. Aliis magis arridet alia originatio, nempe a fine & ſcopo ſacrorum, quem τέλος dixerunt. Finem autem interpretantur perductionem animæ ad illum ſtatum in quo erat priuſquam deſcenderet in corpus. Olympiodorus in Platonis Phædonem: Σκοπὸς τῶν τελετῶν ἐστιν, εἰς τέλος ἀναγαγεῖν τὰς ψυχὰς ἐκεῖνο, ἀφ᾽ οὗ τὴν πρώτην ἐποιήσαντο κάθοδον ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς. *Scopus ſacrorum eſt animas reducere ad illam perfectionem, a qua, tanquam principio, olim exciderunt.* Ultimum vero finem & fructum horum myſteriorum eſſe dicebant, quod initiati poſt mortem cum diis eſſent habitaturi, quum non initiati in cœno & luto ſeſe eſſent volutaturi.

Plato

Plato in Phædone: Κινδυνεύουσιν οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες, ὀ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Qui hæc ſacra nobis inſtituerunt non mali quidam fuiſſe videntur, ſed revera olim ſignificari, quod quisquis non initiatus ad inferos deſcenderit in luto jacebit: qui vero luſtratus & initiatus illuc venerit cum diis habitabit.* Atque hæc aliorum etiam fuit ſententia.

Apud Pollucem, onomaſt. lib. 1. c. 1. ſynonyma ſunt καθήρασθαι. μίασμα ἐκνίψασθαι. ἄγος ἀποπέμψασθαι. μύσος λύσασθαι. ἀπολύσασθαι. ἀποτρέψασθαι. ἀποδιοπομπήσασθαι. Sed ad nominis explicationem ſatis.

Non agimus hic de expiatione civili, per quam ſatisfit læſis & alioquin ulturis, quæ ſuos quoque ritus habuit. Livius lib. 1. cap. 14. *Romulus bello quidem abſtinuit, ut tamen expiarentur Legatorum injuriæ, Regiſque cædes, fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt.* & lib. 9. cap. 15. *Pontius Herennii filius, Samnitium Imp. ut expiaret Conſulum ignominiam, ſub jugum cum cæteris eſt miſſus.* Hercules Iphiti à ſe occiſi liberis mulctam pependit pretium quo venditus erat, ſuaſore Apolline, ut facilius expiaretur. *Diod. Sic. lib.* 4. *cap.* 31. Sic expiationis ſacræ ritus in prætextum æquitatis inventus videtur, ut qui jure abſolvi non poſſent, veluti religioſa quadam ceremonia, ac divina ope liberarentur. Scilicet quod Philoſophia ſummæ poteſtati civili tribuit, id fabulæ ad Deos referunt, quo ſenſu expiatio criminum reſpondet reſtitutioni famæ, & honoris infamibus indultæ. *Sacra* autem, de quibus nunc agimus, *Luſtrationes ſunt actiones & ceremoniæ religioſæ, inſtigante* κακοζηλίᾳ *diaboli, obſtetricante hominum ſuperſtitione ac* ἐθελοθρησκείᾳ *a gentibus inſtitutæ, & ſolennibus perſonis, rebus, ritibuſque adhibitis peractæ, quibus ſe a peccatis purgare, mala avertere, Numenque placare conabantur.*

CAPUT. II.

Diabolus æmulatus veri Dei nomen, opera: Hiſtoriam ſacram fabulis involvit: ſuos habuit ſacrorum Antiſtites. Ciſta in ſacris Bacchi, Iſidis, Cereris. gentes circumciſæ, lotiones Leviticæ Chriſtum reſpiciebant. Baptiſmus, aliaque apud idololatras.

VEriſſime ſcripſit Tertullianus, apolog. cap. 47 *Omnia adverſus veritatem de ipſa veritate conſtructa ſunt, operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris.* Primus enim ſacerrimorum horum ſacrorum fons in illa diaboli κακοζηλίᾳ quærendus eſt, qua, tanquam Dei ſanctiſſimum, & creaturis incommunicable in *Jovis* & *Iacchi* titulis idololatricis profanavit, ut aliqua ſaltem veri Dei nomine ſuperbiret. Stupenda Dei opera in omnium rerum creatione, diluvio Noachico, confuſione linguarum, & turris Babylonicæ deſtructione anilium fabularum portentis ita involvit, ut ea unquam facta eſſe

Nec pueri credant, niſi qui nondum ære lavantur:

Fabuloſa gentilium Heroum hiſtoria ſacræ hiſtoriæ corruptela eſt. Quis enim *Saturnus* Cœli filius, niſi *Adamus* Dei filius, nomen a סתר *occultando* ſortitus, quia in paradiſo vocem & conſpectum Dei fugiens latebras quæſivit? Quæ Eva niſi אשה Ægyptiorum *Iſis? Tubal-Kain* fabrorum pater *Vulcanus* eſt: ejuſque ſoror *Naema*, a pulchritudine dicta, *Venus. Noachus Janus*, ſpectans πρόσσω καὶ ὀπίσσω, qui utrumque viderat mundum, dictus a יין quod vinum notat, quia & vitem coluit, & vino obrutus ludibrium filio debuit, qui *Chamus* in Jove *Hammone* revixit, ut ex *Japheto Iapetus* factus eſt. Nonne in *Baccho* videmus *Moſem?* in *Hercule* monſtrorum domitore *Samſonem?* in *Typhoeo Ogum* gigantem? quæ fuſius exequuntur qui gentilium idololatriam deſcripſerunt.

Verus Deus ſuos habuit miniſtros tum Ordinarios, Sacerdotes, Le-

Levitas: tum extra ordinem, Prophetas, Naziræos: Diabolus ſuos habuit Pontifices Maximos, Sacerdotes, Flamines, Flaminicas, Veſtales, Augures, extiſpices, aruſpices, aſtrologos, Vates, Sibyllas, & qui alicui Deaſtro capillos ſuos conſecrabant ſcilicet Naziræos.

Præcipuum ſacrarii apud Hebræos inſtrumentum fuit Arca fœderis, quæ in ipſo adyto collocata tabulas legis manu Dei ſcriptas ſervabat, tecta operculo, typo ſcil: Chriſti, ἱλαστήριε. Hæc diabolus æmulatus eſt. ciſtas inter ſacra habuerunt cultores Bacchi: Val. Flacc. :2. Argon.

Tympanaque, & plenas tacita formidine ciſtas.

Iſidis: Apull. lib. 11. *Ferebatur ab alio ciſta, ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis.* Cereris: Arnob. lib. 5. adv. gentes: *Eleuſiniorum veſtrorum notas & origines producunt turpes antiquarum elogia literarum: ipſa denique ſymbola, quæ rogati ſacrorum in exceptionibus reſpondetis: Jejunavi, atque ebibi Cyceonem, ex ciſta ſumſi & in calathum miſi, accepi, rurſus in ciſtulam tranſtuli*, quæ totidem fere verbis ex Clem. Alexandr. προτρεπτ. πρὸς ἐλλ. mutuatus eſt Arnobius.

Ceremonias in ſui honorem maxime torquere voluit Princeps hujus mundi. Circumciſionem fœderis divini σφραγίδα, Diaboli inſtinctu, alii extranei a fœdere Ægyptii, Colchi, Æthiopes, Troglodytæ imitati ſunt.

Non tantum ſacrificia, ſed & lotiones luſtrationeſque plurimas Deus, ſapientiſſime infantili Eccleſiæ ſuæ ætati proſpiciens, inſtituerat: ſi quis impuri quid attigiſſet: ſi immundo ſomnia viſu nocturnam veſtem, ventremque ſupinum maculaſſent, &c. aqua luſtrabantur. Si quis cadaver aliquod attigiſſet, cinere juvencæ ruſæ ſolenniter combuſtæ, aqua & hyſſopo luſtrabatur, ex lege: *Num.* 19. Reſpicientes fide ſanguinem Chriſti purgantis nos ab omni peccato. Quid hic Diabolus? Audiamus Juſtinum Martyrem apol. 2. pro Chriſtianis: *Id lavacrum, quia Dæmones ex Prophetis didicerant, effecerunt, ut qui adeunt templa ſeipſos aſpergant, priuſque offerant illis gratos nidores atque libamina, aut etiam totos ſe abluunt, antequam ſubeant delubra eorum: nam & calceis exutos introire ſacrorum cauſa jubent ſacrifici, dum iidem genii æmulantur quoddam quod Moſi Prophetæ accidiſſe ſciunt.*

 Novi

Novi Teſtamenti ſacramentorum prius animæ luſtrationem in aquæ lavacro obſignat: alterum ſpiritualem κοινωνίαν corporis & ſanguinis Domini per externa panis & vini ſymbola confirmat. Et hæc contaminare voluit impurus genius. Tertull. de baptiſ. cap. 5. *Hic quoque ſtudium Diaboli agnoſcimus, res Dei æmulantis, cum & ipſe Baptiſmum in ſuis exercet.* Juſt. Mart. apol. modo dicta circa finem: *Quod in Mithræ myſteriis imitari mali dæmones conati ſunt, panem & aquam poculum initiandis eos apponere, cum quibuſdam incantationibus, poteſtis diſcere.*

Plurima ſimul complexus eſt Tertullianus de præſcript. adv. hæret. cap. 40. *Diabolus*, inquit, *ipſas quoque res ſacramentorum, in idolorum myſteriis æmulatur, Tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos, expiationem delictorum de lavacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ: ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid? quod & ſummum Pontificem in unis nuptiis ſtatuit? habet & virgines, habet continentes. Cæterum ſi Numæ Pompilii ſuperſtitiones revolvamus, ſi ſacerdotii officia, inſignia & privilegia, ſi ſacrificialia miniſteria & inſtrumenta, & vaſa illa ſacrificiorum & piaculorum, & votorum curioſitates conſideremus, nonne manifeſte diabolus moroſitatem legis Moſaicæ imitatus eſt?*

Unicus ejus ſcopus eſt hac ratione Evangelii ſalutarem potentiam retundere, non ſecus ac Magi Ægyptii miracula per Moſen facta, præſtigiis ſuis ita ſunt imitati, ut cor Pharaonis obdureſceret. Eleganter hæc expreſſit Tertullianus, apolog. cap. 47. *Itaque & ridemur Deum prædicantes judicaturum. Sic enim & Poetæ & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus. proinde decachinnamur. Sic enim & Pyriphlegethon apud mortuos amnis eſt. Et ſi paradiſum nominemus, locum divinæ amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum, maceria quadam igneæ illius Zonæ a notitia orbis communis ſegregatum, Elyſii campi fidem occupaverunt.*

Ritus autem a Moſe populo Iſraëlitico traditos, ab Ægyptiis derivatos eſſe, eoſque paululum hic illic emendatos, & politico ſcilicet aliquo ſchemate incruſtatos, *Marſchami* quidem & *Spenceri* opinio eſt, quorum hic mea in hoc capite verba reſpexit: *lib. 3. de legg. Hebr. ritual. diſſert. 5. cap. 1.* verum hanc doctiſ-

ſimo-

ſimorum virorum ſententiam veru jugulante accuratiſſime tranſfixit Clar. *Hermannus Witſius, in Ægyptiacis*, ut ſi vel tantillum adderem, Iliadem poſt Homerum canere jure merito videri poſſem. Inſignem in his refellendis operam quoque collocarunt Rev. & Doctiſſimus *Baſnagius Flotteman villeus* in exercitationibus ſuis Hiſtorico-Criticis: p. 664—677. & Clar. *Waejenus* in *variis ſacris*, ubi Spenceri diſſertationem de Hirco Azazel, accuratiſſime excuſſit: ut & Clar. *Joh. Meyerus* in ימים טובים ſive diatriba de feſtis.

CAPUT. III.

Superſtitio μορμολύκειον, *Hujus a religione diſcrimen. Lactantius Ciceronem immerito caſtigavit. Timor Dei duplex. quid religio? quid ſuperſtitio? Gentilium religio ſuperſtitio. Hujus filiæ duæ* πολυθεότης & ἐθελοθρησκεία.

SI quis ignem in aquam aut lapides conjiciat, facile eum extingui; At vero ſi in linum, ſtipulam, pulverem pyrium, aliamve materiam quæ facile ignem concipit, momento flammam excitari animadvertas: Sic ignita Satanæ jacula, in cor vera religione imbutum incidant, facile repelluntur, contra vero ſi animus vana ſuperſtitione ſit occupatus; quæ alter hujus mali fons eſt, & quaſi mater, ex qua pater tenebrarum quælibet idololatriæ monſtra pro lubitu gignit.

Superſtitionis a Religione diſtantiam aſtruere conatus eſt Cicero, 2. de nat. Deor. *Non enim*, inquit, *Philoſophi ſolum, ſed etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut ſui liberi ſibi* ſuperſtites *eſſent*, ſuperſtitioſi *ſunt appellati. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, retractarunt, & tanquam*, relegerent, *ii dicti ſunt* religioſi *ex* religendo, *tanquam ex* eligendo eligentes, *ex* deligendo deligentes, & intelligendo intelligentes. *His enim omnibus*

bus ineſt vis legendi *eadem quæ in* religioſo. *Ita factum eſt in ſuperſtitioſo & religioſo alterum vitii nomen, alterum laudis.*

Verum Lactantius, *lib.* 4. cap. 28. hanc diſtinctionem ineptam judicat, quia in iiſdem diis colendis & ſuperſtitio & religio verſatur, quid enim afferetur cauſæ, cur precari pro ſalute filiorum ſemel religioſi: & idem decies facere ſuperſtitioſi eſſe hominis arbitrandum ſit? Si hora prima, ergo & tota die: ſi una hoſtia placabilis, placabiliores utique hoſtiæ plures: quia multiplicata obſequia demerentur potius quam offendunt. Non enim nobis odioſi videntur ii famuli, qui aſſidui & frequentes ad obſequium fuerint, ſed magis chari. Cur igitur ſit in culpa, & nomen reprehenſibile ſuſcipiat, qui aut filios ſuos magis diligit, aut Deos ſatis honorat, laudetur etiam qui minus? Quod argumentum etiam ex contrario valet: Si enim totos dies precari & immolare criminis eſt, ergo & ſemel. Si ſuperſtites filios ſubinde optare vitioſum eſt, ſuperſtitioſus igitur & ille, qui etiam raro id optaverit. Aut cur vitii nomen ſit ex eo tractum, quo nihil honeſtius, nihil juſtius optari poteſt? Nam quod ait religioſos a relegendo adpellatos; qui retractent ea diligenter, quæ ad deorum cultum pertineant, cur ergo illi, qui hoc ſæpe in die faciunt, religioſorum nomen amittant, cum multo utique diligentius, ex aſſiduitate ipſa, relegant ea quibus dii coluntur? Hoc autem verum putat Lactantius eſſe diſcrimen, quod religio veri cultus ſit, ſuperſtitio falſi. Intereſſe quid colas, non quemadmodum colas, aut quid precere. Gentileſque omnes ſuperſtitioſos tantum non religioſos, Chriſtianos ſolos religioſos eſſe contendit. Nomenque religionis non a *relegendo*, ſed a *religando*, ſive vinculo pietatis deductum eſſe judicat, quod hominem ſibi Deus religaverit, & pietate obſtrinxerit, quia ſervire nos ei ut Domino, & obſequi ut Patri neceſſe eſt. Lucretium ergo hoc nomen melius eſſe interpretatum, non qui filios ſuos ſuperſtites optant (omnes enim optamus) ſed aut eos qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtites, celebrant imagines eorum domi, tanquam deorum penatium. Nam qui novos ſibi ritus aſſumebant, & in deorum vicem mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hos ſuperſtitioſos vocabant. Eos vero qui publicos & antiquos

tiquos Deos colerent, religioſos nominabant. Unde Virgilius,

Vana ſuperſtitio, veterumque ignara Deorum.

Sed cum veteres quoque Deos inveniamus eodem modo conſecratos eſſe poſt obitum, ſuperſtitioſi ergo qui multos ac falſos Deos colunt. Chriſtiani autem religioſi, qui uni & vero Deo ſupplicant.

Quamvis autem ſecundum Lactantium judicem, gentes a vero Deo veraque adeo religione alienas ſuperſtitionis inſimulantem: cum tamen aliquo modo in Ciceronem injurium eſſe puto. Non enim in cultus objecto, ſed in gradu ac modo hanc collocat diſtantiam. cum, etiam in Cimmeriis ethniciſmi tenebris, non omnem Deorum metum laudabilem eſſe viderit. quod etiam ſacræ literæ aſſerunt, vid. Exod. 20. 20. & 1. Joh. 4. 18. Religionem igitur cultum Dei ex amore; ſuperſtitionem eorundem Deorum cultum, ſed ex metu ſolo profectum eſſe voluit: qui quidem metus rationis expers animum perturbat, territumque ligat, unde metum δεῖμα, q. *ligamentum* Græci dixerunt: ut habet Plutarchus, *de ſuperſtit. cap.* 3. Religioni frænum in manu appinxit Theod. Beza. Idem, quamvis aliquo modo dilute, dixit Seneca epiſt. 47. *Deo ſatis eſt quod colitur & amatur, non poteſt amor cum timore miſceri.* Rectius, epiſt. 123. *Superſtitio error inſanus eſt, amandos timet, quos colit violat.* item lib. 2. de Clem. cap. 5. *Religio Deos colit. ſuperſtitio violat.* Maximus Tyrius, *ſerm.* 4. pietatem a ſuperſtitione ſic diſtinguit. Εἰ δέ ἐστι καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεοὺς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῷ, ὁ δεισιδαίμων κόλαξ θεοῦ. Καὶ μακάριος ὁ εὐσεβὴς φίλος θεοῦ, δυστυχὴς δὲ ὁ δεισιδαίμων: *Si quid hominibus cum Deo commune eſt, homo pius amicus Dei eſt, ſuperſtitioſus adulator; Et ſobrius quidem cultor Deique amicus beatus, ſuperſtitioſus autem miſer.* Plutarchus Δεισιδαιμονίαν ſive ſuperſtitionem definit, δόξαν ἐμπαθῆ, καὶ δέους ποιητικὴν ὑπόληψιν, ἐκταπεινοῦσαν καὶ συντρίβουσαν τὸν ἄνθρωπον, οἰόμενον μὲν εἶναι θεοὺς, εἶναι δὲ λυπηροὺς καὶ βλαβερούς. *Opinionem turbulentam, quæ timorem homini incutiat, eumque conſternet ac deprimat, exiſtimantem quidem eſſe Deos, ſed eos acerbos damnoſoſque putantem.* Rabbini Deum aut δαίμονα יראה *metum* vocarunt, Sanhedr. cap. 7. §. 10. ſeductor alium ad idololatriam incitat his verbis: יש יראה במקום פלוני *Eſt Deus (metus) in loco iſto.*

Digitized by Google

videantur Theophraſti characteres, *cap. περὶ δεισιδαιμονίας*, & Plutarchus, *de ſuperſtit:* Verum ergo Religionis & ſuperſtitionis diſcrimen hoc eſt: Religio veri Dei verus eſt cultus, complectens omnia officia, vero Deo, ex ejus mandato, debita: Superſtitio autem non tantum eſt cum creatura creatoris loco colitur, ſed etiam cum verus Deus colitur modo non legitimo. *Vide latius differentem Giſbert. Voetium part. 3. diſpp. ſelectarum, tit. De ſuperſtitione.*

Intereſt quidem, Lactanti, quid colas: ſed maxime quoque intereſt quemadmodum colas, aut quid precere. Non enim quilibet cultus Deo acceptus eſt. *Fruſtra me colunt docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.* Matt. 15. Nec quidvis a Deo petendum, ſed ſecundum voluntatem ejus. 1. Joh. 5. 14. Omnis ergo gentilium religio vaniſſima fuit ſuperſtitio, quæ falſos Deos commentitio cultu celebrabant. Religionem illi, ut virtutem, in mediocritate ponebant: Superſtitionem autem, ut in exceſſu peccantem, vitio vertebant, quæ inepta diſtinctio eſt, & a Lactantio jure merito caſtigata. In religione non audiendus Neoptolemus qui paucis philoſophandum dixit, nec Africanus qui nimium diligentes non amabat. Καταχρηστικῶς etiam religioſi dicti ſunt, qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſe alligaverant, *vide Agell. noct. attic. lib. 4. cap. 9.*

Quin & ipſe Cicero omnes gentiles ſuperſtitioſos eſſe docet, 2. *Tuſc.* Balbum ſic loquentem faciens: *Videtiſne igitur, ut a Phyſicis rebus, bene atque utiliter inventis, ratio ſit tracta ad commentitios & fictos Deos? quæ res falſas genuit opiniones, erroreſque turbulentos, & ſuperſtitiones pene aniles.* Audiamus & Auguſtinum lib. 4. de civ. Dei. cap. 30. *Quis non intelligat eum* (Ciceronem) *conari, dum conſuetudinem civitatis timet, religionem laudare majorum. eamque a ſuperſtitione velle ſejungere, ſed quomodo id poſſit non invenire? Si enim a majoribus illi appellati ſunt ſuperſtitioſi, qui totos dies precabantur & immolabant, nunquid non & illi qui inſtituerunt, quod iſte reprehendit Deorum ſimulachra diverſa ætate & veſte diſtincta Deorum genera, conjugia, cognationes? Hæc utique cum tanquam ſuperſtitioſa culpantur, implicat iſta culpa majores talium ſimulachrorum inſtitutores atque cultores, implicat & ipſum, qui quantolibet eloqui*

loquioſe in libertatem nitatur evolvere, neceſſe habebat iſta venerari: nec quod in hac concione diſertus inſonat, mutire auderet in populi concione. Agamus itaque Chriſtiani Domino Deo noſtro gratias, non cœlo & terra, ſicut iſte diſputat, ſed ei qui fecit cœlum & terram, qui has ſuperſtitiones, quas iſte Balbus, velut balbutiens vix reprehendit, per altiſſimam Chriſti humilitatem, per Apoſtolorum prædicationem, per fidem Martyrum, pro veritate morientium, & cum veritate viventium, non ſolum in cordibus religioſis, verum etiam in ædibus ſuperſtitioſis, libera ſuorum ſervitute ſubvertit.

Politica autem μεγαλοπρέπεια religioni mixta ſuperſtitionem auxit an extinxit? Ariſtoteles certe, *lib.* 4. *Eth. cap.* 2. ad Magnificentiam refert τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα, καὶ κατασκευὰς, καὶ θυσίας, ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον. Donaria quæ Diis dicantur, apparatus, & ſacrificia, & res religioni impenſas cum ludis, largitionibus, & epulis publice præbitis comparat. Et Pompejus Magnus, theatro ſuo ſolo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animadverſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum ſed Veneris templum nuncuparit, cui ſubjecimus, inquit, gradus ſpectaculorum. Ita damnatum, & damnandum opus templi titulo prætexuit, & diſciplinam ſuperſtitione deluſit. *Tertull. de ſpectac. cap.* 10.

Superſtitio duas peperit filias πολυθεότητα & ἐθελοθρησκείαν Πολυθεότης revera ἀθεότης. Gentiles Deorum copia laborantes ἄθεοι vocantur Apoſtolo. *Eph.* 2. 12. cum enim in objecto cultus errarent, propriæ imbecillitatis conſcii, quodvis arripuerunt cui innitere ntur: Theophyl. in Act, 17. Δεισιδαίμων λέγεται, ὁ δεδιὼς τὰ δαιμόνια. ὁ πάντα σεβάζων, καὶ ξύλον, καὶ λίθον καὶ πνεῦμα. *Superſtitioſus dicitur is, qui timet dæmonia, qui omnia pro numine colit, & lignum, & lapidem, & ſpiritum.* In Petronii Arbitri fragmentis hæc θεογονία ex ſuperſtitione orta ſic deſcribitur:

Primus in orbe Deos fecit timor; ardua cœlo
Fulmina cum caderent, diſcuſſaque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad Ortus
Luſtrata dejectus humo, Lunaque ſenectus,
Et reparatus honos: hinc ſigna effuſa per orbem,

Et permutatis disjunctus menſibus annus
Projecit vitium hoc: atque error juſſit inanis
Agricolas primos Cereri dare meſſis honores:
Palmitibus plenis Bacchum vincire: Palemque
Paſtorum gaudere manu: natat obrutus omnis
Neptunus demerſus aqua. Pallaſque cavernas
Vindicat. Et voti reus, & qui vendidit orbem,
Jam ſibi quiſque Deos avido certamine finxit.

Tanta autem Deorum gentilium tandem copia extitit, ut Varro neceſſarium judicaverit eorum contexere catalogum, veritus ne perirent, *non incurſu hoſtili, ſed civium negligentia: de qua eos, velut ruina, liberare voluit, & in memoria bonorum per hujuſmodi libros recondi, atque ſervari utiliore cura, quam Metellus de incendio ſacra Veſtalia, & Æneas de Trojano excidio Penates liberaſſe prædicatur.* Auguſt. lib. 6. de C. D. cap. 2.

Ἐθελοθρησκία & in objecto & in modo cultus errat, fœcunda idololatriæ mater, damnata Paulo. *Col.* 2. 23. hinc innumerabiles ceremoniæ de quibus Theophraſtus *Character. cap.* 17 περὶ δεισιδαιμονίας, & Plutarchus. *cap.* 4. & 11. Addam hæc ex Horat. lib. 2. ſat. 3.

Frigida ſi puerum quartana reliquerit, illo
Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus
In Tiberi ſtabit, caſus Medicuſve levarit
Ægrum in præcipiti, mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.
Quone malo mentem concuſſa? Timore Deorum.

Et Lucret. lib. 5.

Et quibus ille modis divûm metus inſinuarit
Pectora, terrarum qui in orbi ſancta tuetur
Fana, lacus, lucos, aras, ſimulacraque divum.

CAP.

CAPUT. IV.

Θεοὶ καθάρσιοι. Certi. Superi. Jupiter, Juno Soſpita, an Siſpita? Veſta, Apollo, Sol, Diana. Ceres, Bacchus, Venus Cluacina, Neptunus. Lua mater. Hercules ἀλεξίκακος. Amor. Plures Dii conjuncti· Θεοξένια. Inferi. mors. Pluto. Proſerpina. Februarius menſis. Medioxumi, Genii. Incerti, quare ſic dicti? Deorum nomina incerta, nomina occulta. Eorum evocatio & exceſſus. Deus ignotus Athenienſium. Act. 17. Cabiri.

Filia Superſtitionis natu maxima πολυθεότης innumerabilem Deaſtrorum multitudinem eſſe ſatis indicat; Omnes tamen & ſingulos ad dicendum ſuffragium, quaſi per præconem, non evocabo: Eſſet enim ἐκκλησία συγκεχυμένη. Comitia hæc ſine maxima eorum parte facile celebrari poſſunt. Multi eorum Dii minorum gentium, & quaſi Senatores pedarii partes aſſenſibus implent. Quamvis inter ſe invidia flagrantes expoſtulent, ut apud Ovid. 5. Faſt. Flora;

Nos quoque tangit honos, feſtis gaudemus & aris,
Turbaque cæleſtes invidioſa ſumus.

Aliorum tamen ingratiis, aliquos tantum in ſepta cogam, neglectis cæteris.

Dii in luſtrationibus culti, vel certi erant vel incerti: quam diviſionem nobis præivit Varro, qui, *apud Auguſtin. lib. 7. de Civ. Dei, cap.* 17. in iis libris, quos rerum divinarum & humanarum inſcripſit, Deos diſpeſcuit in certos, & in incertos. Nam trium librorum extremorum primum de Deis certis abſolvit, alterum vero de Deis incertis quoque aggreſſus dicitur.

Certi erant de quorum nominibus ac numinibus, adeoque cultu ac placatione certo perſuaſi eſſe dicebantur.

 At-

Digitized by Google

Atque hi vel Superi, vel Inferi, vel tandem Medioxumi quo-rum ἐπωνυμίαι ex Julio Polluce, lib. 1. tales: θεοὶ ἱκέσιοι, [illegible], ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, καθάρσιοι, ἀγνῖται, φύξιοι, σωτῆρες, παλα[illegible]. Item lib. 5. cap. 26. οἱ μὲν δαίμονες, οἱ λύοντες τὰς ἀρ[illegible], ἀλ[illegible] λέγονται, ἀποτομπαῖοι, ἀποτροπαῖοι, λύσιοι, φύξιοι. οἱ δὲ κυρ[illegible] ριοι, ἀλιτηριώδεις, προστρόπαιοι, παλαμναῖοι. Et lib. 8. cap. 12 [illegible] θεὸς ὀμνῦναι κελεύει Σόλων ἱκέσιον, καθάρσιον, ἐξακεστήριον, *A*[illegible] vocat Macrobius *ſaturn. lib.* 3. *cap.* 20.

Dii ſuperi vel ſinguli ſeorſim colebantur, vel plures conjunct[illegible].

Inter ſingulares primum locum jure ſuo obtineat *Jupiter*, n[illegible] alius eum occupet, Saturni inſtar deturbetur. Hic ergo [illegible]ιος dictus Herodoto, *lib.* 1. quem invocavit Crœſus Adr[illegible] expians. Euſtath. in Odyſſ. X. circa finem: Διοπομπεῖν κα[illegible] ἀποπεμπεῖν ἐφαίνετο, τὸ διὸς ἀλεξικάκου ἐπικλήσει ἐκπέμπειν τὰ φαῦλα. ubi [illegible]ξίκακος dicitur. Idem φύξιος, Schol. Apoll. Argon. 4. φ[illegible] Ζεὺς, ὁ βοηθῶν τοῖς φυγάσι, καὶ πρὸς ὃν καταφεύγουσιν. cui κα[illegible] Ἱκέσια exhibuit Pauſanias, ut infra, *cap.* 13. videbitur. Cu[illegible] ara apud Argos erecta. *Pauſan. Corinthiac.* Virg. 3. Æn[illegible].

Luſtramurque Jovi, votiſque incendimus aras.

Apud Livium, *lib.* 2. ludi magni inſtaurati dicuntur *Jovi*, qu[illegible] T. Latinius, an T. Annius, *Val. M. lib.* 1. *cap.* 7. an An[illegible], *Macrob. Saturn. lib.* 1. *cap.* 11. homo de plebe ſomnio [illegible] fuiſſet, prioribus ludis præſultatorem *Jovi* diſplicuiſſe. S[illegible], in Plauti Amphitruone, *act.* 2. *ſc.* 2. *Jovem prodigialem* v[illegible], quia mola ſalſa, aut thure placatus prodigia depellat.

Huc pertinet Jupiter ἀπόμυιος qui & ἀπομυίαος & μυιαγρ[illegible], cui Elei fecerunt ex Herculis inſtituto, narrante Pauſania, *lib.* 5 cum enim Jovi porriciens muſcas abigere non poſſet, Muſcarum depulſori hoſtiam mactavit: cum autem perlitatum eſſet, omnes repente muſcæ trans Alpheum evolarunt. Idem בעל זבוב *Baalzebub*, Deus Palæſtinis in urbe Ekrone cultus, ut ex hiſtoria Ahaziæ patet. 2. *Reg.* 1. cui adſtipulatur Plinius, cum Achorem ſine dubio ex Ekron, ſeu Accaron urbis nomine vocans, lib. 10. cap. 28. *Invocant Cyrenaici Achorem Deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereunt, quando litatum eſt illi Deo.*

Deo. Hujus tantum erat nomen apud Palæſtinos, ut Judæi etiam ſic principem dixerint dæmoniorum. Matt. 12. 24. Marc. 3. 2. Luc 11. 15. Ac Diaboli quidem a quibuſdam comparantur muſcis, quod ſint ſpiritus in aëre volantes. Credibile autem eſt, Palæſtinos hunc cultum in Cyrenaïcam attuliſſe. Satis enim notum pleraſque Africæ fuiſſe colonias Phœnicum: ut & ipſam Carthaginem. *vid. Bochart. Canaan. lib.* 1. *capp.* 24. 25. 37. Solebant etiam gentiles numinibus ſuis nomina indere ab inſectis, quibus ſe liberari ab iis putabant. Sic Hercules dictus ἰποκτόνος interfector vermiculorum vites infeſtantium, qui Græcis ἶπες. Item κωνωπίων culicum depulſor Oetæis cultus. *vid. Alex. ab Alex. lib* 1. *cap.* 13. Per ἐκφαυλισμὸν vero dictus è בעל זבול Beelſebul, id eſt, *Dominus ſtercoreus*, ſimili ratione ac Bethel, quod eſt *Domus Dei*, priuſquam idololatria iſthic ad lapidem, ubi recubuerat Jacob, exerceri cœpit, factum deinceps eſt *Beth-Aven*, ideſt, *Domus vanitatis*. Porro Romæ, in ædem Herculis in foro boario nec muſcæ, nec canes intrarunt. *Plin. lib.* 10. *cap.* 29. Tradunt aliqui in palatio Toletano unicam tantum conſpici muſcam; in Venetiis nullam, quia idolum quoddam ſub limine ejus conditum ſit. *Bodin.* Neque hoc omittendum videtur Baalſebub per appoſitionem dici poſſe, ſcil. Non Dominus muſcæ, ſed Dominus Muſca: Joſephus, antiq. lib. 9. cap. 2. μυιώδην vocat. In hiſtoria Ahaziæ, 2 Reg. 1. Græci legunt: ἐν τῷ Βααλ μυῖαν θεὸν Ακκαρών. forte quia Muſcæ ſpecie apparet. Narrat Nicolaus Remigius, *dæmonol. lib.* 1. *cap.* 23. Si magos alicujus rei monitos eſſe oportet & homines præſentes colloquium impediunt in muſcam migrare dæmonem, ſic vicinas auribus partes ſubire, quo propius, quæ vult, inſuſurret. confirmat hoc teſtimonio Claudiæ Simonetæ, Caſteleti, Anno. 1588. 111. Kal. Octob. damnatæ.

Jovi *Junonem* jungimus. Hæc Varroni Cos. Rom. irata, quod formoſum puerum, in templo Jovis, ad excubias tenendas collocaſſet, quaſi alterum Ganymedem metuens, cauſa fuit infelicis illius pugnæ, quæ apud Cannas contigit, ideoque hoc factum, poſt aliquot annos memoria repetitum, ſacrificiis expiatum eſt. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 1. *Lactant. lib.* 2. *cap.* 17. Hæc ſcilicet ma-

matrona Tonantis cauſas irarum, ſævoſque dolores animo excidere haud paſſa eſt, niſi ſtudioſe admodum placata. *tantæne animis cæleſtibus iræ?* Februatæ cognomen habuit, teſte Feſto. Philologia, apud Mart. Capell. *lib.* 2. *de nuptiis Philol.* ſic Junonem alloquitur: *Fluoniam, Februalemque ac Februam mihi poſcere non eſt neceſſe, cum nihil contagionis corporeæ ſexu intemerata pertulerim.* Alii *Febralem*, Romani *Februlem* vocabant. Menſe Februario ſacra ei fiebant, ejuſque feriæ Lupercalia, qua die mulieres februabantur a Lupercis, amiculo Junonis, id eſt, pelle caprina, quare hic *dies februatus* appellatur. Kalendæ omnes, inprimis Februariæ Junoni ſacræ. 2. Faſt.

Principio menſis Phrygiæ contermina Matri
Soſpita delubris dicitur aucta novis.

Soſpita Junonis cognomen eſt: ſed *Siſpitam*, contra antiquum morem, legendum eſſe ait Feſtus; & ex numiſmatibus oſtendit Ezechiel Spanhemius, ut & ex quadam inſcriptione, quæ *Junonem Siſpitam*, & *Jovem Siſpitem* habet, *diſſert.* 2. *de uſu & præſt. numiſm.* Huic omnes conſules faciebant. *Cic, pro Muren. fin.*

Succedat *Veſta*. Cum ignis in æde Veſtæ extinctus, bello Punico ſecundo, plus cæteris prodigiis animos hominum terruiſſet, non tantum ea Veſtalis, cujus cuſtodia noctis ejus fuerat, juſſu Pontificis flagro cæſa eſt, ſed etiam, quanquam nihil portendentibus Diis, negligentia tantum humana accidiſſet, hoſtiis majoribus procurari, & ſupplicationem ad Veſtæ haberi placuit. *Liv. l.* 28.

Apollo, etiam ἀποτροπαῖος titulo ornatus. Ariſtoph. Avib. ſc. ἐποποῖ. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε. Demoſthenes Orat. adv. Midiam, oraculum habet Jovis Dodonæi: Ἀπόλλωνι ἀποτροπαίῳ βοῦν θῦσαι, *Apollini malorum depulſori bovem mactandum.* Ἀλεξίκακος Athenienſibus nominatus. *Macrob. Saturn. lib.* 1. *cap.* 17. A Romanis quoties ludis ab illo denominatis placatus eſt? qua de re carmina Vatis Martii, qui Cannenſem cladem prædixerat conſulta, & libri Sibyllini a X viris inſpecti: *Liv. lib.* 25. *cap.* 12.

Romæ inter arcem & Capitolium ædes fuit Vejovis, ejuſque in ea ſimulachrum ſagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ ad nocendum. quapropter cum Deum plerique *Apollinem* eſſe dixerunt,

runt, [illegible]labaturque illi ritu humano capra, ejuſque animalis figmentum juxta ſimulacrum ſtabat. *A. Gell. noct. Att. lib.* 5. *cap.* 12. Inſcriptione antiquæ. APOLLINI CONSERVATORI. Horat. lib. 1. ſat. 9. v. ult.

——— *Sic me ſervavit Apollo.*

[illegible] ut IOVI LIBERATORI ſanguinem ſuum moriens [illegible] *Tacit. annal.* xv. *cap.* 64. an vero his Jeſum Chriſtum Liberatorem deſignaverit, adeoque Seneca inter Chriſtianos [illegible], dubium eſt. infirmum ſane hinc ducitur argumentum. [illegible] *Lipſ. diatr. de vita & ſcript. Senec. cap.* 7. & 8. [illegible] *p.* 297.

[illegible] Luſtrationibus a Judæis idololatris cultus. Jeſaia. 66. 17. [illegible] המקדשים והמטהרים אל הגנת אחר [illegible] *ſanctificantes & luſtrantes ſe in* [illegible] *post unum in medio.* De hoc loco interpretes diſſentiunt. [illegible] Maſorethas ſecuti, pro אחד legunt אחת fœm. *unam*, ſubintelligentes *ciſternam*, quæ in medio horti, pone ciſternam aliquam [illegible], in loco ſegregato ſe luſtraverint. Aliorum ſententias [illegible] Interpp. Belgæ, inter quas & hæc, quæ vocem אחד [illegible] *Solem* refert. Hunc apud Aſſyrios cultum nomen ADAD [illegible], atque id *unum* notare ſcripſit Macrobius, *lib.* 1. *Saturn. cap.* 23. ubi manifeſtus librariorum error, ACHAD enim ſcribendum erat, ideoque ſenſus ille Scaligero videtur aperti[illegible]: ſebruationes & luſtrationes Deo illi, ſive idolo, fieri, quem Deum ipſi vocant *Achad*, id eſt, *unum*; idque in medio hortorum, qui illi Deo dicati. Qua de re legatur Voſſius, *de idol. gent. lib.* 2. *cap.* 6.

Diana: Hæc Trojanis irata, cum ventorum flatus inhiberet, [illegible]que Græcis immitteret, propter cervam ab Agamemnone [illegible], immolata Iphigenia placanda fuit, de quo mythologi. Melampus Prœti filias furentes e ſpelunca, arcanis quibus[illegible] ſacris & expiationibus extraxit, eaſque in vicum Λουσοὺς dictum duxit, atque in *Dianæ* templo luſtratas inſania liberavit. Deam autem ejus templi Præſidem ἡμερασίαν, ideſt, placabilem deinceps nuncuparunt Clitorii. *Pauſan. in Arcad.*

Ceres: Cicero, *act.* 4. *in Verrem:* Cum Tib. Graccho occiſo, atroci ac difficili Reip. tempore, metus ex oſtentis portenderetur:

D tur:

tur: P. Mutio, L. Calpurnio coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos; in quibus inventum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio Xvirali, ſacerdotes P. R. cum eſſet in urbe Cereris pulcherrimum & magnificentiſſimum templum, tamen uſque Ennam profecti ſunt, tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur.

Bacchus: qui M[illegible] dictus, non a ficu, e qua hujus Dei [illegible] cies apud Naxios fiebat, quod mortalibus ficum [illegible], quam Naxii Μειλίχια vocant, ut eſt apud Athenæum, *dipnoſ. lib.* [illegible] *cap.* 5 Sed potius quod ſit mitis, blandus, placidus, ſicut Jupiter quoque Μειλίχιος, cujus ſimulachrum e candido marmore, Polycleti opus fuit apud Argivos. *Pauſan. in Corinth.* [illegible] M. Antonium, Epheſum ingredientem, viri puerique Panum [illegible] præceſſerunt, teſte Plutarcho, fœminæ Baccharum [illegible] hederis, thyrſis, pſalteriis, tibiis, fiſtulis perſonabat urbs. Διονυσον [illegible] ἀνακαλουμένων χαριδότην καὶ Μειλίχιον. ἦν γὰρ ἀμέλει τοιοῦτος [illegible] ἡ πολλοῖς ὠμηστὴς, καὶ ἀγριώνιος. *Appellabant eum Bacchum benignum ac blandum: & erat ſane nonnullis talis, multis tamen* [illegible] *trux.* Sic ſcilicet [illegible]μηστὴς opponitur Μειλιχίῳ. Plutarch. [illegible] Captis tribus filiis ſororis Xerxis ad Pſyttaliam inſulam ab Ariſtide, miſit eos ad Themiſtoclem, καὶ λέγουσι κατά τι λόγιον [illegible] τῶς Εὐφραντίδου κελεύσαντος ὠμηστῇ Διονύσῳ καθιερωθῆναι. *Ferunt* [illegible], *ex oraculo quodam, Vate præcipiente Euphrantide, Omeſtæ Baccho immolatos.*

Venus Cluacina: quæ purgatrix, expiatrix. Cluere enim purgare eſt, & apud ejus locum purgati ſunt verbena myrtea, qui propter captas virgines pugnare voluerunt. Plin. lib. 15. cap. 29. Cluo enim quaſi colluo i. e. purgo.

Neptunus qui ποσειδῶν τρόπαιος dicitur apud Athenæum *lib.* [illegible] *cap.* 2. cui piſces ſacrificavit Sarpedon. Et thynnorum piſcatores votum faciebant Neptuno ἀλεξικάκῳ, ſive Averrunco, ne pe ne ξιφίας piſcis accedens rete laceret, vel delphinus thynnis opem ferat. Atque iidem poſt felicem capturam immolabant Neptuno thynnum, qui primus captus eſſet, atque id ſacrificium [illegible] dixere. Quod ex Æliano, & Athenæo docet Voſſius, *de* [illegible] *gentil. lib.* 9. *cap.* 7.

Mer-

Mercurium dormituri invocabant, quod ſomnum conciliare credebatur: lectulorum autem pedes in ejus effigiem efformabant; ut has ἀλεξητῆρας, *averruncas* imagines habentes terribile quidem non metuerent, majore autem etiam in ſomnis voluptate fruerentur *Didym. in Odyſſ.* ψ: *v.* 198.

Lua mater, quæ fortaſſe a luendo ſic dicta eſt. Liv. lib. 8. cap. 1. *Armorum magna vis, tum inter caſa corpora hoſtium, tum in caſtris inventa eſt, ea Luæ matri dare ſe conſul dixit*, Scilcet poſt hoſtium cædem piamentis opus erat. Lunam vero pro *Lua* legendum eſſe contendit Dempſterus ad Roſin. *lib.* 2. *cap.* 8. quia noctis & Lunæ præſidio multa aggrediebantur Imperatores. Siculi Dianam Lyen cognominarunt, quia ab ea morbo eſſent infeſto liberati. *C. Rhodig. lect. antiq.* 13. *cap.* 34. Nobis autem *Lua* Bellona videtur, cui ſcilicet arma conſecrata ſint. nec originatio abludit, quæ à diſſolutione eſt. Heſych: λύα, ςάσις. Item λύα, pro quo viri docti legunt λύη, ςάσις μάχη, διαφορά. Et hinc deducta, λυάζει, ςασιάζει. λυαὶ, ςάσεις, διαφοραί. λυάζαι, ςασιάζει, διαφέρεσθαι.

Hercules Ἀλεξίκακος. quod ἐπίθετον Herculi proprium eſſe ait Scholiaſtes Ariſtophanis, *in Nub.* Ulpianus Schol. in Orat. Demoſth. adv. Midiam: ἐπειδὴ ἀνέγνω μαντείας, ἐν αἷς ἐγέγραπτο, ὅτι ἔδει θύειν ἡρακλεῖ ἀλεξικάκῳ, ϗ κνισᾶν τὰς ἀγυιάς. *Poſtquam recitavit oracula, in quibus ſcriptum fuit ſacra facienda eſſe Herculi malorum depulſori, & vicos luſtrandos.* Hercules Defenſor in marmore priſco, quod exhibet Lipſius ad Tacit. annal. 2. excurſ. F.

HERCULI DEFENSORI.
PRO. ITU. ET. REDITU.
D. CLODI. SEPTIMI.
ALBINI. CÆSARIS.
D. CLODIUS. D. L.
FELIX.
ACTOR. CÆSARIS. N. D. D.

Ultimum verſum, ſic legit Lipſius: *Actor Caſaris noſtri dedicavit.* Verum Sertorius Urſatus de notis Rom. pag. 9. *Actor Caſaris Numini dedicavit:* vel, *Numini dicatiſſimus.* De Hercule *Sotere*, Spanh. *de numiſm, p.*383.

Amor: Zeno Cittienſis Amorem Deum eſſe Libertatis, Amicitiæ, Concordiæ largitorem & procuratorem exiſtimabat, itemque auxiliatorem in iis, quæ ad reip. ſalutem ſpectant: itemque a Lacedæmoniis, Cretenſibus aliiſque cultus, ut eſt apud Athenæum, *dipnoſ. lib.* 13. *cap.* 1. 2. vid. infra, *cap.* 31.

Aliquando plures Dii in ejuſdem honoris ſocietatem admiſſi. Luæ matri Mars & Minerva acceſſerunt *Liv. lib.* 45. poſt ludos, quos victis Macedonibus dedit Æmilius Paullus, omnis generis arma, cumulata in ingentem acervum, precatus *Martem, Minervam, Luamque matrem, & cæteros Deos*, quibus ſpolia hoſtium dicare jus faſque eſt, ipſe Imperator, face ſubdita, ſuccendit: ubi non Lunam, ſed Luam legendum docuit Turnebus *adverſ. lib.* 16. *cap.* 20.

Scipio capta & everſa Carthagine arma, machinas, naves Ἄρει ϗ Ἀθηνᾷ καθιέρωσε κτ τὰ πάτρια. *Marti & Minervæ dicata ſacravit more majorum.* Appian. Alex. in Libycis. Tarquinius Priſcus, victis Sabinis, ſpolia hoſtium, quæ *Vulcano* voverat, ingenti cumulo accendit. *Liv. lib.* 1. *cap.* 37. *Caſtori & Polluci* ſacrificavit Alexander M. fœdum de Clito ſomnium expiaturus, *Plut. in Alex.*

Romæ propter gravem peſtilentemque omnibus animalibus æſtatem, per dies octo *Apollini, Latonæ, Dianæ, Herculi, Mercurio, Neptuno*, Lectiſternium factum, atque hoc primum lectiſternium fuiſſe Romæ inſtitutum ait Livius *lib.* 5. quod quin ratione primum eſſe potuerit ambigi poſſet, cum aliud prius factum ſit a Valerio Poplicola, qui primus cum Bruto Conſul fuit, cujus meminit Val. Max. *lib.* 2. *cap.* 4. Sed illud ἐναντιοφανὲς tantum non eſt, ut propterea Valerius cum Livio ſit committendus. Illud enim lectiſternium, quod Livius primum fuiſſe ait, ex oraculo librorum Sibyllinorum inſtitutum eſt: Poplicola autem ſecutus eſt exemplum Valeſii, vitæ ruſticæ, ſed viri locupletis. Deinde Livianum illud in honorem Deorum ſuperorum; hoc Valerianum Diti ac Proſerpinæ, Diis inferis factum fuit.

In omnium communiter Deorum honorem inſtitutum a Græcis eſt feſtum θεοξένιον. Latini communicarium appellant diem & Pandicularem C. *Rhodig. Lect. antiq. l.* 12. *c.* 1. Heſychius:

θεο-

θεοξένια κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. Plut: de ſera num. vindicta: Ἀναμνήσθητι δὲ καὶ τῶν ἔναγχος τῶν θεοξενίων, καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μερίδος ἣν ἀφαιροῦντες τῆς Πινδάρου κηρύττουσι λαμβάνειν ἀπογόνους. *In mentem revoca nuper celebrata Theoxenia, & preclaram illam portionem quam eximiam præco edicit Pindari poſteros accipere debere.* Polemon apud Athenæum, lib. 9. Sancitum, inquit, apud Delphos eſt, qui in ſacrificio Theoxeniorum gethyllida maximam Latonæ intuliſſet, de menſa partem caperet. Theoxenia Apollini ſacra fuerunt apud Pellenenſes, de quibus in Achaicis Pauſanias. Athenis potiſſimum Theoxenia fuiſſe celebrata videtur Caſaubono, *in Athen. lib. 9. cap.* 3. quia inter propria hujus Reipublicæ inſtituta hoc fuerit, quod θεοὺς ξένους colerent quam plurimos, unde ara θεῷ ἀγνώστῳ de quo Paulus in Actis, & nos in fine hujus capitis.

Diis Inferis luſtrationes quoque inſtituebantur. Pythag. χρυσ. ἐπ. 3.

> Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων,
> *Inferos dæmonas reverere, legitima ſacrificans.*

ubi δαίμονες καταχθόνιοι non ſunt Dii terreſtres, ut vertit Seberus, aut Dii minorum gentium, ut idem in commentario explicat; Et Hierocli καταχθόνιοι ſunt ἐπιχθόνιοι, nempe οἱ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυνάμενοι, καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν, *qui Rempublicam habere poſſunt ac domicilium ſupra terram.* Sed inferi. Pluto enim ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων, ab Euſtath. ad Iliad. O. vers. 188. Ζεὺς καταχθόνιος vocatur. Heſychius. Ζεὺς καταχθόνιος, ὁ ἅδης. quem Virgilius 4. Æn. v. 638. *Iovem ſtygium* appellat: Et καταχθονίους non tantum ἐπουρανίοις, ſed etiam ἐπιγείοις opponit Apoſtolus, Phil. 2. 10. eo nomine demortuorum animas deſignans. ὑποχθόνιοι, Subterranei dicuntur Porphyrio, de antr. Nymph. ὡς γὰρ τοῖς μὲν ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε, καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα &c. *Sicut enim Diis cœleſtibus templa, delubra, & aras ſtatuerunt; Terreſtribus & Heroibus focos; Subterraneis autem ſcrobes & fana &c.* ut Medea, apud Ovidium, 7. metam.

> —— *egeſta ſcrobibus tellure duabus*
> *Sacra facit: cultroſque in guttura velleris atri*
> *Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.*

Sic Dion. Halicarnaſſæus, lib. 6. τοὺς θεοὺς τοὺς οὐρανίους ἵλεως εἶναι :

 καὶ

ϗ δαίμονας τοὺς καταχθονίους. *Deos cœleſtes propitios eſſe, ac demones [illegible] feros.* Perinde ut Euripides, in Hecuba: Κήρυσσε δὲ τοὺς τῶν [illegible] τοὺς τ' ὑπὸ γαῖαν. *Suplica diis cœleſtibus, & illis qui ſub terra ſunt.*

Mors alibi neglecta, quia numen implacabile, apud Gaditanos culta fuit, ut quæ ſit ἡ κοινὴ ἀνάπαυλα, ϗ ὁ τελευταῖος ὅρμος. *communis quies & ultimus portus.* Hinc Philoſtratus: τὸ θάνατον μόνοι [illegible] παιωνίζοντας. *Soli hominum feſtis cantibus mortem celebrant.* At [illegible] nomine potuit Pluto intelligi, quem מות id eſt, mortem P[illegible]ces appellarunt.

Areimanius Deus malus a Perſis herba omomi cum ſanguine jugulati lupi placatus. *Plut. de Iſide & Oſir.*

Inferorum autem Regem *Plutonem*, Reginamque *Proſerpinam* inprimis placabant: Feſtus in Seculares ludi: *Populus Romanus in agro Tarquinii antea repertam aram Diti ac Proſerpinæ conſecr[illegible], in extremo Martio campo, quod Tarentum appellatur, demiſſam in [illegible] terram pedes fere viginti, in qua pro malis avertendis Populus Rom. ſacra facere ſolitus erat.* Origo horum ſacrorum fuit a Valeſio, homine inter Sabinos illuſtri, qui arboribus ejus de cœlo tactis [illegible] exuſtis, liberis etiam morbo correptis, voce monitus eſt, ut Tarentum liberos abduceret, atque ibi calefactam aquam Tib[illegible], in Ditis Patris & Proſerpinæ foco illis libandam daret. loco reperto cum aram extructurus eſſet, fodientibus lapicidinariis [illegible]perta eſt ara jam facta, cum inſcriptione, DITI AC PROSERPINÆ. itaque furvis hoſtiis mactatis nocturna p[illegible]vigilia ibidem exegit. Hæc autem ara tali ex cauſſa extr[illegible]. Bellum inter Romanos & Albanos erat, cum jam utrinque in [illegible]mis eſſent, quidam prodigioſa facie, pelle nigra amictus, cl[illegible]vit: Ditem Patrem atque Proſerpinam imp[illegible]ſſe: r[illegible]m [illegible] ſub terra prius ſibi facerent, quam ventum ad manus eſſet. quibus dictis evanuit. Romani ſpectro territi & aram ſub terra ſtruxerunt, & facta re ſacra, defoſſam ad altitudinem viginti pedum aram occultarunt, ut Romanis exceptis, aliis omnibus [illegible] ignota foret. hanc reperit Valeſius, qui deinceps appellatus eſt Manius Valerius Tarentinus, quod a Diis Manibus in Tarento liberorum valetudinem impetraviſſet. Anno poſt exactos Reges primo cum peſtis urbem occupaſſet, P. Valerius Poblicola, ma-

ctato

ctato in hac ara Diti Patri ac Proſerpinæ bove nigro nigraque bucula, urbem peſte liberavit. Deinceps morbis & bellis ingruentibus ex oraculis Sibyllinis eadem ſacra facta, ut latiùs narrat Zoſimus, *hiſtor. lib.* 2. *Val. M. lib.* 2. *c.* 4. M. Varro de originibus ſcenicis, lib. 1. *Cum multa portenta fierent, & murus ac turris, quæ ſunt inter portam Collinam & Exquilinam de cœlo tacta eſſent, & ideo libros Sibyllinos XVviri adiſſent, renuntiaverunt, uti Diti Patri ac Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hoſtiæ furvæ immolarentur.*

Plutonem pluribus animalibus, in profundiſſimam cavernam actis placant Indi, teſte Æliano, *de animal. lib.* 16. *cap.* 16.

Hinc Pluto *Februus* dictus. Iſid. Orig. lib. 5. cap. 33. *Februarius nuncupatur a Februo, id eſt, Plutone, cui eo menſe ſacrificabatur, Nam Januarium Diis Superis, Februarium Diis manibus Romani conſecraverunt. Ergo Februarius a Februo, id eſt, Plutone, non a Febre, id eſt, ægritudine nominatur.* ideo Numa hunc menſem anno addidit. 1. Faſt.

At Numa, nec Janum, nec avitas præterit umbras,
Menſibus antiquis præpoſuitque duos.

Eadem ratio eſt, quare hic menſis olim fuerit ultimus, 2. Faſt.

Qui ſacer eſt imis manibus imus erat,

Beda de rat. temp. cap. 12. *Secundum Numa dicavit Februo, id eſt, Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur.* Varro, lib 5. de L. L. *ab Diis infereis Februarius appellatur, quod tum his parentetur.* Servius ad. 1. Georg. v. 43. *Februus autem eſt Ditis pater, cui eo menſe ſacrificatur.* Juba Maurus apud Athenæum, *lib.* 3. Februarium vocatum tradit a ſacris quibus ſubterranea terriculamenta & pavores depellantur, & quia vita functis inferiæ ſolvi ſoleant. Ovid. 2. Faſt.

Eſt honor & tumulis animas placare paternas,
Parvaque in extructas munera ferre pyras.
Parva petunt manes, pietas pro divite grata eſt
Munere, non avidos Styx habet ima Deos.

Circe, apud Homerum, Odyſſ. K. verſ. 516. & ſeqq. Ulyſſi præſcribit modum placandi κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν, quem & ipſe Odyſſ. Λ. ſecutus eſt. Similia ſacra deſcripta a Virgilio, 5. Æneid. Lucano,

cano, lib. 6. Silio Italico, lib. 13. Obſervandum etiam, quod Apollonii Scholiaſtes ad v Argon. notavit: ἔντομα τὰ σφάγια τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. τοῖς δ᾽ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσι. *Inciſa, victimæ mortuis ſacræ, quia in terra capita reſecant. hoc enim modo fit Diis inferis. Superis autem collum ſurſum flectentes ſacrificant.*

Mercurius χθόνιος, unà cum *Furiis* placatus viſo ſpectro. *Phlegon Trall. de reb. mirab. cap.* 1.

De Diis Medioxumis ſic Apulejus de Deo Socratis, ex Platonis ſententia: *Sunt quædam divinæ mediæ poteſtates, inter ſummum æthera & infimas terras, in iſto interſitæ aeris ſpatio, per quas & deſideria noſtra, & merita ad Deos commeant, hos Græco nomine δαίμονας nuncupant: inter terricolas cœlicolaſque vectores, hinc precum, inde donorum, qui ultro citroque portant hinc petitiones, inde ſuppetias; ceu quidam utriuſque interpretes & ſalutigeri. Per hos eoſdem, ut Plato in ſympoſio autumat, cuncta denuntiata, & Magorum varia miracula omneſque præſagiorum ſpecies reguntur. Eorum quippe de numero præditi curant ſingula, proinde ut eſt eorum cuique tributa provincia, vel ſomniis conformandis, vel extis fiſſiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oſcinibus erudiendis, vel vatibus inſpirandis, vel fulminibus jaculandis, vel nubibus coruſcandis, ceteriſque adeo per quæ futura dinoſcimus.* &c. Hinc θρησκεία τῶν ἀγγέλων damnatur Paulo, *Col.* 2. 18. & *Angelici* inter Chriſtianos hæretici. Hi autem genii curabant non tantum populos, urbes, regiones, vias: ſed etiam homines ſingulares, de quibus vide Cenſorinum, de die natali, *cap.* 2. & ſcriptores ab Henr. Lindenbrogio ad eum indicatos. Martian. Capel. lib. 2. de nuptiis Philologiæ. Huc referendi Lares, de quibus vide Voſſium, *de idolol. lib.* 9. *cap.* 33.

Incertis Diis duabus de cauſis ſacra fiebant, quarum prior ſi ipſum Dei nomen ac numen eſſet ignotum: Altera, ſi in obſcuro eſſet cui Deo eſſet ſacrificandum.

Vera Deorum nomina gentilibus ignota fuiſſe certiſſimum eſt, ideoque Pontifices, notante Servio, ad 4. Æneid. v. 577. ſic precabantur: *Jupiter, Optime, maxime, ſive quo alio nomine te appellari volueris.* & Æneas:

Sequi-

— Sequimur te, ſancte, Deorum Quiſquis es —
cum tamen ſatis animadvertiſſet, cum omnia Mercurio ſimilem fuiſſe. Livius *lib.* 1. *cap.* 2. De Ænea, qui jam mortalitatem expleverat, quemque Jovem Indigetem appellarunt: *Quemcunque eum dici jus faſque eſt.* Indigetum enim nomina non vulgabantur. *Feſtus.* Orpheus apud Clementem Alex. ſtrom lib. 5.

Ἄφθιτον, ἀθάνατον, ῥητὸν μόνον ἀθανάτοισιν.

Æternum, immortalem, fandum duntaxat immortalibus.

Tireſias apud Statium 4. Thebaïd. v. 516.

Et triplicis mundi ſummum quem ſcire nefaſtum eſt,
Illum ſed taceo.

Ad quæ verba ſic commentatur Lactantius, an Luctatius? *Dicit Deum Demogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet: Infiniti autem Philoſophorum, Magorum, Perſæ etiam confirmant revera eſſe, præter hos Deos cognitos, qui coluntur in tempus, alium principem & maxime Deum, cæterorum numinum ordinatorem, de cujus genere ſint ſoli, Sol atque Luna; cæteri vero qui circumferuntur, aſtra nominantur, qui ejus clareſcunt ſpiritu, maximis in hoc auctoribus, Pythagora, & Platone, & ipſo Tagete convenientibus; ſed diræ ſentiunt: qui eum intereſſe nefandis actibus artibusque magicis arbitrantur. In verſu ergo Poëta dixit: Illum, quaſi nomen ſciret ſic repetunt ut prodiret. Sed hoc magis ad terrorem dixit,* ILLUM, *ut putaretur ſcire, Si ergo ſcire nefas eſt, diſci a Vate non potuit; licet magis frigidas habeant, quas putant Dei nomine continere, ſed Dei vocabulum a nullo ſciri hominum poteſt. Sed quid veritas habeat percipe. Hujusne Dei nomen ſciri poteſt, qui nutu tantum regit & continet cuncta, cujus arbitrio deſerviunt, cujus nec æſtimari poteſt mundus, nec finibus claudi? Sed cum magi vellent, virtutis ejus, ut putabant, ſeſe comprehendere ſingulas appellationes, quas per naturarum poteſtates abuſive modo deſignarunt, & quaſi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati ſunt, quaſi ab effectu cujusque rei ductis vocabulis. ſicut Orpheus fecit. & Moyſes Dei ſummi antiſtes, & Eſaias, & his ſimiles. Ethruſci confirmant, Nympham, quæ dum non nupta fuerit, prædicaſſe maximi Dei nomen exaudiri hominem per naturæ fragilitatem, pollutionemque fas non eſſe; quod ut documentis aſſereret, in conſpectu cæterorum, ad aurem tauri, Dei nomen non i-*

naſſe, quem illico, ut dementia correptum, & nimio [illegible] *exanimaſſe. ſunt qui ſe, licet ſecreto ſcire dicunt, falſum* [illegible], [illegible] *niam res ineffabilis comprehendi non poteſt.* Apud Sicyo[illegible], [illegible] in Corinthiacis Pauſania, in templo Palladis, prop[illegible] tum Epopei viſebantur Dii ἀποτρ[illegible], quibus o[illegible] Græci facienda arbitrantur ἐς ἀπ[illegible] κακῶν, ad [illegible] canda, certa tamen eorum nomina non indicantur. [illegible] enſes (eodem Pauſania, in Atticis, teſte) D[illegible] ξίκακον habuerunt, qui inde cognomen tr[illegible]erit, q[illegible] ſiaci belli temporibus, omnia foedant[illegible] peſtil[illegible], [illegible] oraculi reſponſo, ſedaſſet. Nomen au[illegible]m [illegible] non additur. Nec magis de omni[illegible] Deoru[illegible], [illegible] Divinitate certi erant. ideoque Tertullian[illegible], lib. 1 [illegible] cion. cap. 9. Deos incertos ab ignotis diſting[illegible]. [illegible] quit, *plane ignotis Deis aras proſtitutas; ſed Attica* [illegible] *Item incertis Deis, ſed Romana ſuperſtitio eſt; Porro* [illegible] *nus noti, ut minus certi, & proinde ignoti, quia* [illegible] Auguſtinus *de conſ. Euang. l. 1. c. 30.* Oſtendit Lu[illegible], [illegible] pie quæſiverat, ſed vel per ſuas cogitationes, vel per [illegible] libros, non inveniſſe quiſnam ſit Judæorum Deus. Cum [illegible] magna ejus documenta ſentiret, nec tamen tanta, quan[illegible] mnibus gentibus poſt Lucani tempora conſecuta ſunt, [illegible] dubitans de ejus divinitate, nec plane perſuaſus, maluit [illegible] Deum, quem non inveniebat, quam nullum D[illegible]

Ejus rei duplex omnino cauſa eſt. Prior quod veri [illegible] nomen ſcire non potuerint gentiles, quorum omnis [illegible] Oriente & Judæa. Nominis τετραγραμμάτου יהוה pronuncia[illegible] Judæis, exceptis Sacerdotibus incognita. Lectionem [illegible] primus Galatinus docuiſſe dicitur. Græci ſcribere omnino ne[illegible] unt cum his literis careant. quoniam vero י & ו ſimilitud[illegible] quandam habent cum litera I. & ה cum Π græco, h[illegible] pr[illegible] legerunt ΠΙΠΙ, *Pipi.* Alii ſcripſerunt Ἰαῶ, Ἰαβὲ, Ἰαβαί, & pronuntiationem & vim vocis ignorantes. *Druſ. obſerv. lib. 1 cap. 1.* vide item quæ de tetragrammato ipſe Druſiu[illegible], Ga[illegible]kerus, Fullerus in miſcellaneis aliique commentati ſunt *Voſſ. de idol. lib. 2. cap. 14. & etymol. in voce* Juvo. Hinc Romanorum *ſuper*[illegible], non

non quaſi *juvans Pater*, quam notationem ridet Lactantius, *lib.* 1. *cap.* 11. ſed quaſi *Jovis Pater*. Latine hoc Dei nomen pauculis tantum literes mutatis receperunt. Si enim יהוה Latinis ſonet *Jehova*, quod & *Jehovi* ſcribitur, literam autem ה quæ tantum aſpiratio eſt exteras, ut fit in Joſaphat, Joſedeck, Joachim, rurſuſque fini adjicias literam *S.* ut in Judas, Jeſaias, Jeremias, prodibit ex *Jehovi* nomen *Jovis*, ſub quo Latini, & aliæ nationes æmulæ ſummum Deorum coluerunt. Jupiter autem ex *Jovis* & *Pater*, ut *Marſpiter*, *Dieſpiter* conflatum eſt. Cum ergo genuina pronuntiatio & lectio nominis יהוה in oculto ſit, qui gentiles veri Dei Iſraëlis nomen ſcire potuiſſent? Philemon Comicus apud Juſtin. Mart. *lib. de Monarchia*, de Deo peccata infernali ſupplicio puniente, ait: οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ὀνομάσαιμ' ἐγώ, *Cujus nomen formidabile, ne nominare quidem auſim.*

Altera hujus incertitudinis cauſa eſt, quod vera Deorum ſuorum nomina ipſi gentiles ſtudioſe celaverint. Serv. ad 2. Æneid. v. 351. *Romani celatum eſſe voluerunt, in cujus Dei tutela urbs Roma ſit, & jure Pontificum cautum eſt, ne ſuis nominibus Dii Romani appellarentur. In Capitolio fuit clypeus conſecratus, cui inſcriptum erat: Genio urbis Romæ ſive mas ſive fœmina.* rationem addit, ne exaugurari poſſent. Valerius Soranus, teſte eodem, *ad* 1. *Æneid. v.* 284. & *ad* 1. *Georg. v.* 499. male periit, quod nomen hoc edidiſſet. Cavebant enim Romani ne quod adverſus urbes hoſtium feciſſe ſe noverunt, idem ipſi quoque hoſtili evocatione paterentur. ratio hæc eſt apud Plutarchum, *quæſt. Rom.* 61. & Macrobium, *Saturn. lib.* 3. *cap.* 9. qui etiam carmen quo Dii evocabantur addit hujuſmodi: *Si Deus, ſi Dea eſt, cui populus civitaſque Karthaginienſis eſt in tutela, teque maxime ille qui urbis hujus populique tutelam recepiſti, precor veneror que, veniamque a vobis peto, ut vos populum civitatemque Karthaginienſem deſeratis, loca, templa, ſacra, urbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis, eique populo civitatique metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romam ad me meoſque veniatis, noſtraque vobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior probatiorque ſit. Mihi populoque Romano militibuſque meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus intelligamuſque. Si ita feceritis voveo vobis templa ludoſque facturum.* In eadem verba hoſtias fieri

oportebat, auctoritatemque videri extorum, ut ea pro[illegible] futura.

Præterea timebant ne Deos ſuos offenderent, ſi eos non ſuo vocarent nomine, ideoque in eorum arbitrio ponebant, ut e multis id nomen adſciſcerent, quo magis delectarentur. Horat. lib. 2. Sat. 6. *Matutine Pater, ſeu Jane libentius audis.* Et carm. [illegible] *Lenis Ilithyia, Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.* quam veterum conſuetudinem illuſtrat P. Victorius, *Var. lect. lib.* 15. *cap.* 2. Primo adducens hymnum Catulli ad Dianam, ubi poſtquam pluribus nominibus Deam invocaſſet, ad extremum inquit:

Sis quocunque tibi places Sancta nomine.

Præterea ex Æſchyli Agamemnone, ubi ſic canit: Ζ[illegible] πέ[illegible]ἐστιν, εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ. Τοῦτον οὖν προσεννέπω, Οὐκ [illegible] προσεικάσαι πάντ' ἐπισταθμώμενος πλὴν Διός. *Jupiter, quicunque es, Si hoc ei placet vocato, Hunc ipſum alloquor. Non poſſum alicui aſſimulare omnia ponderans præter Jovem.* Deinde ex Euripide, apud Clementem Alex. lib. 5. Strom. Σοί τῷ πάντων μεδέοντι χοὴν πελανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις, σὺ δέ μοι θυσίαν ἄ[illegible] παγκαρπίας δέξαι, πλήρη, προχυτίαν. *Tibi omnium Regi libamen & molam offerens, Jupiter ſive mavis Dis vocari. Tu autem mihi ſacrificium rarum, omnis fructuum oblationis accipe, plenum, profuſum.* Tandem ex Platonis Philebo, ubi Socrates Protarcho incredibilem hanc animi ſui reformidationem exponit: τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα, οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου, καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω. *Meus autem metus, o Protarche, circa Deorum nomina non eſt humanus, ſed ſupra maximum timorem, Et nunc quidem Venerem, quomodo ipſi places, ipſam appello.* Sic ergo miſeri gentiles adorabant quod neſciebant; Deoſque evocatos migrare credebant. Liv. lib. 5. Camillus Dictator Vejos obſidens Junonem hoc carmine evocavit: *Te ſimul, Juno Regina, quæ nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in noſtram, tuamque mox futuram urbem ſequare, ubi te dignum tua amplitudine templum accipiat.* addit Valerius Max, *lib.* 1. *cap.* 7. Urbe jam capta, cum ſimulachrum ſede ſua movendum eſſet, per jocum Deam interrogatam, an Romam migrare vellet.

Velle

Velle ſe reſpondiſſe, qua voce audita luſus in admirationem verſus eſt. Iphigenia in Tauris apud Euripidem, ſic Dianam alloquitur:

> Ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
> Εἰς τὰς Ἀθήνας· καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
> Ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.
> *Verum placata abeas ex hac barbara terra*
> *Athenas: non enim decet te hic*
> *Manere, cum liceat inhabitare civitatem florentem.*

Iphigenia enim & Oreſtes de tollenda Deæ ſtatua, eaque Athenas transferenda, conſilium agitabant. Palladio clam ab Ulyſſe ſublato, 2. Æneid.

> *Exceſſere omnes adytis ariſque relictis*
> *Dii quibus imperium hoc* (Trojanum) *ſteterat.*

Neptunus Euripidis Troadibus ſic προλογίζει:

> Ἐγὼ δὲ (νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ
> Ἥρας, Ἀθάνασθ' αἳ συνεξεῖλον Φρύγας)
> Λείπας τὸ κλεινὸν Ἴλιον, βωμοὺς τ' ἐμούς.
> Ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ
> Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.
> *Ego autem* (*qui vincor ab Argiva Dea*
> *Junone, & Minerva, quæ everterunt Phryges;*)
> *Linquo celebre Ilium & aras meas.*
> *Quando enim urbs ſit deſerta,*
> *Tunc languent res divinæ, nec honorantur Dii.*

Bacchus, apud Statium, 7. *Theb.* metuens Thebis ſuis, in concilio Deorum ait;

> ——— *Quo ſacra, tamen rituſque peremtos*
> *Gentis? & in tumulos ſi quid male fœta reliquit*
> *Mater abire jubes?*

Diodorus Siculus, lib. 13. cap. 59. *Deos incolis infenſos Selinuntis jam exceſſiſſe.* Tale erat prodigium Bacchi Antonium deſtituentis, apud Plutarchum, *in Antonio*. Petronius, poëmate de bello civili;

> *Ergo tanta lues Divum quoque numina vidit,*
> *Conſenſitque fuga coeli timor. Ecce per orbem*

Mitis turba Deûm terras exoſa furentes
Deſerit, atque hominum damnatum avertitur agmen.

Sophocles in ξοανηφόροις Deos induxit ſuis humeris ſimulachra ſua geſtantes. meminit ſcholiaſtes Æſchyli: Εἴρηται δὲ καὶ ἐν ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξοάνα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται. *Dicitur quoque in ſimulachriferis Sophoclis, Deos ab Ilio extuliſſe humeris propria ſua ſimulachra, gnaros excidium ejus inſtare.* Æſchylus, comœdia ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, aperte ſcribit, urbes quæ capiuntur, a ſuis, hominum opinione, Diis deſeri: Ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος; In quem locum Scholiaſtes: λέγεται γὰρ, ὅτι ὅταν ἔμελλε πορθηθῆναι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τρωσὶν ἀνειληφότες ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. Quo tempore Xerxes Atticam invaſit, ut narrat Herodotus, *lib.* 8. & Plutarchus in Themiſtocle, Draco arcis cuſtos, cui menſtrua libamina ex melle proponebantur, ea tunc illibata reliquit, quaſi ſedes ſuas relinquere velle videretur. Ante Sagunti excidium, apud Silium Ital. lib. 2.

Excitus ſede horrendum prorupit ab ima
Cæruleus maculis auro ſqualentibus anguis.
Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma,
Oraque vibranti ſtridebant ſibila lingua:
Iſque inter trepidos cœtus, mediamque per urbem
Volvitur, & muris propere delabitur altis
Ac ſimilis profugo vicina ad littora tendit,
Spumantiſque freti praeceps immergitur undis.
Tum vero extuſſi amentes, ceu prodita tecta
Expulſi fugiant manes, umbraque recuſent
Captivo latuiſſe ſolo..

Hoc fatum forte caventes Mantinenſes Athenienſium ſecuti exemplar Victoriam ſine alis dedicarunt, ne ſcilicet avolaret. *Pauſan. lib.* 5. Phigalenſes autem Eurynomen, qua Dianam putabant, in catenas conjecerunt aureas, *id. lib.* 8. Et Lacedæmonii vincula injecerunt Marti. *id. lib.* 3. In Victoriæ ſimulachrum de coelo tactum, cui alæ deciderant luſit Pompejus, *Antholog. Græ. epigr. lib.* 4. cap. 21.

Ῥώμη παμβασίλεια, τεὸν κλέος ὕποτ' ὀλεῖται,

Digitized by Google

Νίκη γὰρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.
Roma potens, alis cur ſtat Victoria lapſis?
Urbem ne poſſit deſeruiſſe ſuam.

Alexandro Tyrum obſidente, Apollo incolis quibuſdam in ſomno dicere viſus eſt, ſe ad Alexandrum abire, non enim ſibi placere, quæ in civitate fierent, quare ejus Dei ſimulachrum aurea catena vinxerunt, eamque aræ Herculis, Dei tutelaris, inſeruerunt. *Curt. lib.* 4. ipſe Alexander, Plutarcho teſte, ſomniaverat videre ſe Herculem ex muro ſibi manus tendentem, invitantemque, Julian. Miſopog. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐδόκει, καὶ πρὸ τοῦ πυρὸς ἀπολελοιπέναι τὸν νεὼν ὁ Θεός. *Ac mihi quidem videtur Deus, multo ante conflagrationem templo exceſſiße.* Jul. Obſequens de prodigiis *Metella Cecilia ſomnio Junonem Soſpitam profugientem, quod immunde ſua templa fœdarentur, cum ſuis precibus ægre revocatam diceret*, &c. Lampridius inter prodigia Commodi Imp. mortem portendentia: *Viſa ſunt veſtigia Deorum in foro exeuntia.* Magi Deos evocantes herba marmaritide utuntur. *Plin. lib.* 24. *cap.* 17. Memorabilem hiſtoriam, quæ in obſidione Conſtantinopol. contigit ex Fileſaco refert Voetius, diſpp. ſelect. part. 2. pag. 1277. *Viſum maxime effulgens & coruſcum lumen, cœlo ſupra Conſtantinopolim obſeßam demiſſum, quam tota nocte texiſſe cernebatur. Hoc Chriſtiani, hoc Turcæ, communi veluti ſenſu ita interpretabantur, ac ſi Deus obſeſſorum ſe ſalutem vitamque tueri teſtaretur. Verum cum Turcæ multis cladibus acceptis, & eo etiam prodigio territi de ſolvenda obſidione cogitarent, veſpera diei præcedentis, quo diſceſſum parabant, cœleſte lumen illud iterum conſpiciunt, non jam ſupra urbem diffuſum, ſed veluti deſerta urbe, procul ſeſe ſubducens, tandem diſcußum evanuiſſe. Mahumetes ſuique exclamarunt, Deum Chriſtianos deſeruiſſe. Eventus, urbe altera die expugnata, comprobavit.* Ex avolantibus ciconiis Aquilejæ capiendæ augurium certiſſimum cepit Attila Hunorum Rex, notante Jornande de rebus Geticis.

An autem hanc artem Deos evocandi etiam ſciverit Bileamus, qui propterea a Balako accerſitus ſit ut malediceret Iſraeli? An hac ratione Amazias Judæorum Rex evocaverit Deos filiorum Sehiris, quos ſecum abduxit, & coluit? 2. Reg. 25. An hæc

ſu-

Digitized by Google

ſuerit mens Achioris Ammonitæ, Holofernem Princi[illegible]tiæ Regis Aſſyriæ, monentis capi Bethuliam non poſſe niſi De[illegible] eorum ipſis iratus fuerit? Judith. 5. hic non inqui[illegible], cum Deus Iſraelis non ſit inſtar idolorum gentilium, non [illegible]grat qui ubique eſt, nec nugis illis delectatur aut te[illegible], [illegible] ipſo Bileamo: Num. 23. *Non eſt incantatio contra J[illegible], [illegible] divinatio contra Iſraelem.* Peccatis populi ſui offenſi[illegible] punit, gratiam ad tempus negando, quomodo rece[illegible] *Hoſ.* 5. 15. Sic nunc receſſit ab Iſraele, qui eſt κτ' σάρκα, [illegible] de ab excidio Hieroſolymitano, & πολλάκις πανταχόθεν: [illegible] illud Taciti, *hiſt. lib.* 5. *cap.* 13. inter prodigia urb[illegible] prænuntiantia: *Expaſſæ repente delubri fores, & audita m[illegible] mana vox, Excedere Deos, ſimul ingens motus excedenti[illegible]* [illegible]phus, *lib.* 7. *de bell. Jud. cap.* 12. ait vocem audit[illegible] [illegible]βαίνωμεν ἐντεῦθεν *Migremus hinc.*

Redimus tandem ad evocationem Romanis uſurpatam [illegible]us, lib. 28. cap. 2. *Verrius Flaccus auctores ponit,* [illegible] *in oppugnationibus ante omnia ſolitum a Romanis evocari D[illegible], [illegible]jus in tutela id oppidum, eſſet: promittique illi eundem au[illegible] locum apud Romanos, cultumve. Durat in Ponti[illegible] di[illegible] [illegible] ſacrum, conſtatque ideo occultatum, in cujus Dei tutela Roma e[illegible], ne qui hoſtium ſimili modo agerent.* Vide ſis Camer. *hor. ſubciſ.* [illegible] 2. *cap.* 10.

Hinc illa colluvies, & quaſi idolorum omnium Babel ad Romanos confluxit. Lucan. lib. 8.

Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin,
Semideoſque canes, & ſiſtra moventia luctus,
Et quem tu plangens hominem teſtaris Oſirim.

Supereſt quod ſecundo loco poſuimus, gentiles *incertis Diis* feciſſe, ſi neſcirent cui Deo ſupplicandum eſſet, ne alium [illegible] alio nominando falſa ſe religione illigarent, ignotum *Ignoti* nomine coluerunt. Arabes camelos pingues in ara ignoti D[illegible] ſacrificaſſe notat Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 16. Celebris a[illegible] apud Athenienſes, & inſcriptio ejus: Ἀγνώστῳ Θεῷ de qua Paulus, *Act.* 17. 23. cujus ἐπιγραφῆς duas cauſas reddit Oecumenius ad hunc locum. Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὡς Φιλιππίδην ἐπεμψαν Ἀθηναῖοι [illegible]

[illegible]

Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι, ᾧ, κατὰ τὸ παρθένειον ὄρος, Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας μὲν αὐτοῦ, ἄλλους δὲ θεοὺς θεραπεύοντας, καὶ βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο. Νικήσαντες ἐκεῖνοι τε ἀνέστησαν ναὸν, καὶ βωμὸν ᾠκοδόμησαν, καὶ ὡς φυλαττόμενοι μὴ τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἄλλοτι πάθοιεν, παριέντες τινὰ θεὸν, ἀγνοοῦν αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον ἐπιγράψαντες· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Τοῦτο λέγοντες, ὅτι καὶ εἰ τις ἕτερος ἀγνοοῖτο παρ᾽ ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου, οὗτος δὴ καὶ ἡμῶν ἐγηγέρθω, ὡς ἂν ἵλεως ἡμῖν εἴη εἴπερ ἀγνοούμενος μὴ θεραπεύοιτο. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψέ ποτε Ἀθηναίοις, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς κατέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. Τοὺς νομιζομένους οὖν αὐτῶν θεοὺς θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο, ἐννοήσαντες οὖν ὅτι ἴσως ἐστὶ θεὸς, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον, ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, νέον δειμάμενοι βωμὸν, καὶ ἐπιγράψαντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ καὶ θύσαντες εὐθέως ἐθεράπευσαν. *Alii dicunt, Athenienſes miſiſſe Philippidem ad Lacedæmonios de ferendo auxilio, cum Perſæ exercitum in Græciam ducerent. Cui, juxta Parthenium montem, Panis ſpectrum obviam factum Athenienſes accuſabat, quod ſe neglecto, alios Deos colerent, & auxilium promiſit. Quum igitur victoria potiti eſſent, templum illi erexerunt, aramque ædificarunt, tanquam caventes ne vel idem, vel ſimile quid illis accideret, ſi quenquam ignotum ſibi Deum prætermitterent, aram illi erexerunt, inſcribentes: Ignoto Deo. dicentes, ſi quis adhuc alius á nobis ignoretur, in ejus honorem hæc ara a nobis erecta eſto, quo nobis propitius ſit, licet cum ignoretur, non colatur. Alii vero ajunt, peſtem quendam Athenis graſſatam, adeo illos exuſſiſſe, ut neque ſindones tenuiſſimas tolerare poſſent. Quum igitur eos colerent, qui apud ipſos Dii habebantur, nihil adjumenti ſenſerunt. Cogitantes itaque quendam fortaſſe eſſe Deum, quem inhonoratum reliquiſſent, qui peſtem immiſiſſet, novam extruxerunt aram, ac inſcripſerunt, Ignoto Deo. quicunque ipſi ſacrificaſſent, ſtatim curati ſunt.* Addit Oecumenius integram aræ inſcriptionem fuiſſe: Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. *Diis Aſiæ, & Europæ, & Libyæ, Deo Ignoto ac Peregrino.* Heſychius: Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, ὡς κατὰ λέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησί. Suidas in voce Τιμαδίων. de Athenis loquens: οὗ καὶ ἀγνώστων θεῶν βωμοὶ ἵδρυνται. *Ubi etiam ignotorum Deorum aræ poſitæ ſunt.* Sed omnia tanquam in faſciculum colligavit Joh. Gerh. Voſſius, qui *lib.* 1. *de* idolol. *cap.* 2. ſic diſſerit: Epimenides,

„ pimenides, peſtilentia Athenis oborta, oves albas ac nigras in
„ Areopagum adduxit, ac dimiſſis deinde quo ire vellent, auctor
„ fuit, ut ubi illæ recubuiſſent, ibi ſacrificarent τῷ προσήκοντι
„ θεῷ, *Deo convenienti*, ſive *proprio*, ut auctor eſt Laërtius in E-
„ pimenide. Atque ait, hinc provenire etiam, quod ſuo tem-
„ pore forent Athenis *βωμοὶ ἀνώνυμοι*, *aræ ſine nomine*. At vero
„ Epimenides Athenas Olympiadis XL. anno I. Laertius cla-
„ ruit temporibus Antonini Philoſophi, Commodi, vel circi-
„ ter, hoc eſt, poſt Epimenidem Olympiadibus quaſi ducentis.
„ Eo autem ſtatutæ aræ ſine nomine, quia Epimenides neſciret,
„ cui Deo ſacrificandum eſſet ad avertendam peſtilentiam: unde
„ præcipere erat contentus, ut ſacrificarent Deo convenienti,
„ hoc eſt, vere poteſtatem habenti peſtilentiæ averruncandæ,
„ quiſquis is tandem foret. De his ignotorum Deorum aris me-
„ minit & Pauſanias, lib. 1. Philoſt. lib. 6. Hieron. in epiſt. ad
„ Tit. cap. 1. Nempe hic apud Græcos ſe res habuit non abſi-
„ mili ratione, ac apud Romanos in terræ motu de quo A-
„ gellius, lib. 2. cap. 28. *Veteres Romani, cum in omnibus aliis*
„ *vitæ officiis, tum in conſtituendis religionibus, atque in Diis im-*
„ *mortalibus animadvertendis caſtiſſimi, cautiſſimique; ubi terram*
„ *moviſſe ſenſerant, nuntiatumve erat, ferias, ejus rei cauſa impera-*
„ *bant. Sed Dei nomen: ita uti ſolet, cui ſervare ferias oporteret, ſta-*
„ *tuere & edicere quieſcebant: ne alium pro alio nominando falſa re-*
„ *ligione populum alligarent. Eas ferias ſi quis polluiſſet, piaculoque*
„ *ob hanc rem opus eſſet, hoſtiam SI DEO, SI DEÆ immolabant,*
„ *idque ita ex decretis Pontificum obſervatum eſſe M. Varro dicit,*
„ *quoniam & qua vi, & per quem Deorum Dearumve terra tremeret,*
„ *incertum eſſet*. Quibus ex verbis non obſcurum eſt, qui a veteri-
„ bus *Dii* dicantur *Ignoti*, & cujuſmodi fuerint eorum aræ. Nec
„ quia *Deorum* dicantur, eo putandum nullam fuiſſe, quæ ſingulo
„ numero *Ara Ignoti Dei* vocaretur. Nam aliud longe nos do-
„ cuerit Lucianus, ſive alius potius, eo dialogo, qui Philopa-
„ tris inſcribitur, ubi ſic legas: Νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις. *Nos per*
„ *ignotum Athenis*. Ac in dialogi fine: ἡμεῖς γὰρ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνω-
„ στον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες τούτῳ εὐ-
„ χαριστήσομεν. *Nos autem Athenis Deum Ignotum invenientes, &*

„ ad-

,, *adorantes manibus in cœlum expanſis, huic gratias agemus.* Atque
,, hæc eſt ara, de qua ſcr. B. Paulus, Act. 17. 23. Διερχόμενος
,, γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ ἀγάλματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο
,, Ἀγνώστῳ θεῷ, ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.
,, *Pertranſiens & videns ſimulacra veſtra, inveni & aram, in qua*
,, *ſcriptum erat*, IGNOTO DEO. *Quod ergo ignorantes colitis, hoc*
,, *ego annuntio vobis.* Quam aperte hic ait Paulus Athenienſes il-
,, lud coluiſſe numen, quod ipſe eſſet annuntiaturus, ut dein-
,, ceps agnoſceremus! Nec cum apud Lucanum 2. Pharſaliæ
,, —— *Dedita ſacris Incerti Judæa Dei*
,, legimus, incertus ille alius eſt, quam verus Iſraelis Deus, Sed
,, Poëtæ vocatur *Incertus*, quia dicere non poſſet, utrum foret
,, Saturnus, an Jupiter, vel Mars, vel quo tandem vocabulo
,, gauderet. Quod a gemina cauſa provenit. Judæi enim τετρα-
,, γράμματον Dei nomen non efferebant vulgo, ne gentium ludi-
,, brio exponeretur, vel etiam in populo Dei viloſceret. Nec
,, poterant gentes ex cultu Judaico, qui ab Deorum gentilium
,, cultu plurimum diſtabat, certi quid colligere. Nam quod Plu-
,, tarchus in problem. *Sympoſ. lib.* 4. *quæſt.* 5. ex tabernaculorum
,, feſto Bacchum fuiſſe conjectabat, id putidius eſt quam ut re-
,, felli mereatur. Non dubium igitur, quin ille, qui Athenien-
,, ſibus ignotus, idem Lucano incertus: Deus ſit interim aliquo
,, modo cognitus confuſe & potentia; ignotus diſtincte & actu.
,, quomodo Menonis dubitationi, quæ eſt apud Platonem, oc-
,, currere docet Ariſtoteles, lib. 1. poſt. anal. cap. 1. Cum
,, vero non vereatur Apoſtolus Paulus dicere, Athenienſes, licet
,, ignorantes, coluiſſe illud numen, quod ipſe annunciaret; fa-
,, cile mihi perſuadeam, poſtquam Chriſtiana doctrina gentilibus
,, innotuit, etiam qui needum reciperent Chriſtum, majori ta-
,, men cura aciem animi in naturam Dei intendiſſe, ac quadam
,, confuſa notitia invocaſſe non tam rerum naturam, quam na-
,, turæ opificem & rectorem Deum. Ut qui ſic Deum rogarent,
,, Κύριε ἐλέησον, *Domine miſerere*: quæ Eccleſiæ Chriſtianæ eſt
,, precatio. At, ſi non ante, ſaltem Adriani Cæſaris temporibus,
,, qui a nato Chriſto cxx. annis claruit, ſimiliter Deo ſuppli-
,, carunt gentilium ſapientiores: quem ritum tangit nobilis ejus

F 2 ,, tem-

Digitized by Google

„ temporis ſcriptor Arrianus, diſſertationum Epicteti, lib. 2.
„ cap. 7. τὸν θεὸν ἐπικαλούμενοι δεόμεθα αὐτοῦ, κύριε ἐλέησον Deum in-
„ vocantes precamur eum, Domine miſerere. Hactenus Voſſius.
Deos Cabiros alii certos deſignant, alii vero inter incertos &
ἀγνώστους collocant, itaque quam ad claſſem referendi ſint incertus
ſum: Huc igitur in poſtremum agmen eos ablegabo, & quaſi in
Cæritum tabulas redigam. Hos cum Camiris confundit, & Vul-
cani filios ſomniavit Nonnus in Dionyſiacis, quod docet Dan.
Heinſius, Ariſt. ſacr. cap. 1.

Eorum denominatio vel ex Græcia eſt, vel Palæſtina. Græ-
culi eos derivant alii, a Cabiris Phrygiæ montibus: Appollonii
Scholiaſt. in 1. Argon. Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσαγορεύεσθαι ἀπὸ καβεί-
ρων τῶν τῆς Φρυγίας ὀρῶν. Alii a Corybantibus, vel a Cabiro Berecyn-
thiæ monte, vel tandem a Cabyra Prothei filia. Sed verior ori-
ginatio e Palæſtina eſt, ſc. a כביר quod etiam veri Dei ἐπίθετον,
הן אל כביר ולא ימאס Ecce, Deus eſt maximus,
& non ſpernit, Job. 36. 5. כביר כח לב maximus virtute cordis. Affine eſt אביר, quo etiam
verus Deus ornatur, Gen. 49. 24. אביר יעקב δυνάστης τοῦ Ἰακώβ.
49. 26. גאלך אביר יעקב ἰσχύος Ἰακώβ. Hujus veritas confirmatur ex
Euthymio Zigabeno, & Cedreno. quorum verba exhibentur a
Voſſio, lib. 2. de idolol. cap. 31. „ Euthymii quidem hæc: Οἱ
„ Σαρακηνοὶ μέχρι τῶν Ἡρακλείου βασιλέως χρόνων εἰδωλολάτρουν, προσκυ-
„ νοῦντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ χαβὰρ τῇ ἑαυτῶν ἐπονο-
„ μάζουσι γλώττῃ. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη τὴν Μεγάλην. Saraceni, uſque
„ ad Cæſaris Heraclii tempora, idola coluerunt, adorantes Luciferum
„ & Venerem, quam ſua lingua CHABAR vocant: Vox autem ea
„ illis Magnam ſignificat. Similiter Georgius Cedrenus in Chro-
„ nicis, quo loco vitam Muhammedis perſcribit: Τὸν Ἀφροδίτης
„ ἀστέρα τὸν ἑωσφόρον εἶναι μυθολογοῦσιν, ἣν δὴ καὶ Κουβὰρ τῇ ἑαυτῶν κατεμ-
„ φάτως ἐπονομάσαντο γλώσσῃ, ὅπερ ἐστὶ Μεγάλη. Luciferum fabulantur
„ eſſe ſtellam Veneris: quam & lingua ſua abſona abſurdaque appel-
„ lant CUBAR, quod ſignificat MAGNA. Poſtcaque hanc Sara-
„ cenorum precationem ſubdit: Ἀλλά, ἀλλά, ὠά, κουβάρ, ἀλλά, ἀλλά, ac
„ ἀλλά, ἀλλά exponit ὁ θεός, ὁ θεός: ὠά, μείζων: Κουβὰρ ἡ μεγάλη,
„ ἤτουν ἡ σελήνη, καὶ Ἀφροδίτη. Alla, Alla, Deus, Deus, Ova major, De-
„ um CUBAR eſſe Luciferum, Veneris ſtellam: hic ait eſſe
„ Lu-

„ Lunam ac Venerem ; ut Luciferum cum Luna coluiſſe videantur. Interim Cedrenus de καὶ, ut bene monitum celeb. Seldeno, deceptus fuit, cum ſit copula, ut Hebræis ו. Quare ſenſus eſt, *Deus Deus, Deus, & magna illa, Deus*. Pro Κυβὰρ, apud Euthymium eſt χαβὰρ, ut vidimus.

Horum myſteria Thebanis primum conſtituiſſe Methapum ſcribit Pauſanias in Meſſenicis; In Bœoticis autem originem ad Cererem refert, ritum autem illorum ne proderet, religione ſe ait prohibitum. Tantum dicit, ad Prometheum & Ætnæum filium ejus Cererem quondam acceſſiſſe, familiaritatem contraxiſſe, quædam apud illos depoſuiſſe, quæ eloqui nefas ſit. Plerique ex Samothracia arceſſunt, ubi ea quæ Samothracum ſacra vocantur primum inſtituit Eetion, ut eſt apud Clem. Alexandrinum admonitione ad gentes. Strabo, lib. 7. in Samothracia inſula initiationes quædam fuiſſe dicuntur ad remedia nonnullarum periclitationum ; ubi & Corybantum myſteria, & Hecates ſacra celebrabantur, cui canes ad antrum Zerinthium immolabant. Ariſtoph. Schol. in Pace : ἐν Σαμοθράκῃ οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι ἐπικαλοῦντο τούτους τοὺς δαίμονας, τοὺς ἐν Σαμοθράκῃ τούς τε κορύβαντας, καὶ τὴν ἑκάτην, ἐξ ἧς καὶ ἀλιβαντὴ ἦν τὸ ζήρινθον ἄντρον, ἔνθα ταύτῃ ἠγίαζον, καὶ ἠλευθεροῦντο. Tertull. de ſpectac. cap. 8. *Tres aræ trinis diis parent*, magnis, potentibus, valentibus : *Eoſdem Samothracas exiſtimant*. Hi a Dardano in Phrygiam, ab Ænea in Italiam delati. *Macrob. Saturn. lib.* 3. *c.* 4. Sed hæc omnia λήρους eſſe judicat F. Junius ad Tertulliani locum modo laudatum, Sed a verbo סתר derivat, quod Hebræis, Phœnicibuſque eſt abſcondere, a quo Saturnus, & Saturnia terra, Latium a latendo, & Maſtarna mons Cœlius in antiquis inſcriptionibus a celando appellatus. Huic verbo interſeritur liquida una ἐπενθετικῶς Santhar, ſive Samthar, quemadmodum & in voce ambubajæ, ſimpulum, angarius, &c. Atque hunc vult eſſe fontem Samothracum Deorum, non inſulam Samothraciam. Cum hi Dii occulti, & ignoti fuerint, nec certis nominibus circumſcribantur, ſed tantum communibus, Dii magni, dii potes, ſive potentes, dii valentes, κάβειροι, nec inter veteres conveniat de ſingularibus & definitis ipſorum nominibus.

Numerum tamen aliqui definire voluerunt, in quo etiam non

convenıunt. Alii enim duos tantum eſſe voluerunt Cœlum & Terram. Varro lib. 4. de ling. lat. *Terra & cœlum ut Samothracum initia docent, ſunt Dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque, quas ante portas ſtatuit duas virıles ſpecies aheneas, dei magni; neque, ut vulgus putat, hi Samothraces Dii, qui Caſtor & Pollux: ſed hi, mas & fœmina; & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic, DIVI POTES: & ſunt pro illis qui in Samothrace* θεοὶ δυνατοί. Subjicit mox: *Hæc duo cœlum & terra; quod anima & corpus; humidum & frigidum.*

Alii tres ſtatuerunt. Tertull. de ſpectac. cap. 8. *Tres aræ trinis Diis parent, magnis, potentibus, valentibus.* Sunt autem Jupiter, Minerva, Juno. qui re cum prioribus duobus conveniunt. Nam medius & imus æther cum ſummo aere eſt Jupiter: ſupremus æther Minerva: medius & imus aer cum terra, Juno. Qua de re ſic Macrobius, lib. 3. Saturn. cap. 4. *Varro humanarum ſecundo, Dardanum refert Deos Penates ex Samothrace in Phrygiam, & Æneam ex Phrygia in Italiam detuliſſe. Qui ſint autem dii penates, in libro quidem memorato Varro non exprimit. Sed qui diligentius eruunt veritatem, penates eſſe dixerunt, per quos penitus [illegible] per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Eſſe autem medium æthera Jovem, Junonem vero imum aera cum terra, & Minervam ſummum ætheris cacumen. Et argumento utuntur, quod Tarquinius Demarati Corinthii filius, Samothraciis religionibus myſtice imbutus, uno templo ac ſub eodem tecto, numina memorata conjunxit. Caſſius vero Hemina dicit Samothracas Deos, eoſdem Romanorum penates, dici* θεοὺς μεγάλους. *Noſter* (Maro) *hæc ſciens ait,*

Cum ſociis, natoque, penatibus, & magnis Diis.

quod exprimit θεοὺς μεγάλους. Deinde hoc nomen Junoni tribui oſtendit:

Junonis Magnæ *Primum prece numen adora.*

Et Veſtæ: *Sic ait, & manibus vittas,* Veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Alii quatuor numerarunt: Interpres Apollon. in 1. Argon. Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις. ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. Ἀξίερος, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος, κάσμιλος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσα ἡ Περσεφόνη. Ἀξιόκερσος

ὁ

ὁ δ' Ἀδης. ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. *Initiantur vero in Samothrace Cabiris: quorum & Mnaſeas nomina memorat. Sunt autem quatuor numero: Axieros, Axiocerſa, Axiocerſus, Caſmilus. Et Axieros quidem eſt Ceres; Axiocerſa, Proſerpina; Axiocerſus autem Pluto: qui vero apponitur Caſmilus, is Mercurius eſt: quorum meminit Dionyſodorus.* Ubi duos ex Superis Cererem & Mercurium: duos item ex inferis Plutonem & Proſerpinam videmus. Præterea omnes non videntur eſſe ejuſdem ordinis, Sed hi Dii Magni alii aliis majores aut minores. Alii primi ordinis, & Claſſici vere Cabiri: Alii miniſtri, qualis hic Mercurius, ſive Caſmilus. Varro lib 6. de ling. Lat. *Caſmilus nominatur in Samothracum myſteriis, Dius quidam adminiſter magnis Deis.* Nec Veſta eodem cum cæteris penatibus loco collocatur Macrobio, *lib.* 3. *Saturn. cap.* 4. quam de numero Penatum aut tollit, aut certe comitem tantum eorum facit, quamvis illi a Magiſtratibus res divina pariter & penatibus facta ſit.

Colebantur autem primo quidem in ipſa Samothracia, inſula Thraciæ finitima, cui poſtquam Samii ab Epheſiis expulſi eo conceſſerunt, etiam Sami nomen indiderunt, ſed hoc diſcrimine quod *Thracum Samos*, vel *Samothrace* diceretur, unde Virgilius. 7. Æneid.

Threïciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur,

Deinde etiam hæc myſteria coluerunt Corybantes, ut auctor eſt Strabo lib. 7. Item Pelaſgi. Dion. Halic. lib. 1. οἱ γὰρ Πελασγοὶ ἀφορίας γενομένης ἐν τῇ γῇ πάντων χρημάτων, εὔξαντο τῷ Διΐ, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τοῖς Καβείροις καθύσειν δεκάτας τῶν προσγεγενημένων ἁπάντων. *Pelaſgi, orta in ſua regione ſterilitate, voverunt ſe Jovi & Apollini, & Cabiris decumas omnium eorum, quæ naſcerentur, ſacrificaturos.* Terra Pergamenorum Cabiris ſacra fuit. *Pauſan. in Atticis.* Et apud Anthedonios Cabirorum templum fuit, eodem in Bœoticis teſte. Macedones Cabyrium coluiſſe dicuntur Lactantio lib. 1. cap. 15. Item Theſſalonicenſes. Julius Firm. de errore profan. relig. cap. 12. *In ſacris Corybantum parricidium colitur. nam unus frater a duobus interemtus eſt, & ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret, ſub radicibus Olympi montis, a parricidis fratribus conſecratur. Hunc eundem Macedonum colit ſtulta perſuaſio.*

Google

ſuaſio. Hic eſt Cabyrus, cui Theſſalonicenſes quond[illegible], [illegible] entis manibus ſupplicarunt.

Contra Cabiros, & hæc eorum ſacra ſi quid [illegible] inexorabili ira vindicatum fuiſſe Pauſanias, *in* [illegible] Cum enim ſacros Thebanorum ritus plebei h[illegible] mitari auſi fuiſſent, non multo poſt pœnam [illegible] qui cum Mardonio e Xerxis exercitu circa B[illegible], [illegible] fortaſſe magnarum opum, aut rerum divinarum [illegible] pulſi, ædem Cabirorum erant ingreſſi, delirare [illegible] runt, & aut in mare ſe, aut de rupibus præcipi[illegible] tiam victor Alexander & Thebas, & Thebanum a[illegible] popularetur, Macedones, qui Cabirorum temp[illegible], tanquam in terra hoſtili, fulmine percuſſi ſunt [illegible] nem, *lib.* 10. Legatur Bochartus, Geograph. ſa[illegible] 1. *cap.* 12.

CAPT V.

Dei adverſus homines σχέσις. Epicurus omnes Deo [illegible] ademit. Stoici iram negarunt: quam Deo trib[illegible] Scriptura, recta ratio, & ipſi gentiles.

NOn minus fœcunda eſt altera Superſtitionis fi[illegible] θρησκεία, quæ & ἐθελοσέβεια Heſychio; ſed & [illegible] dicitur, media quaſi inter ἀσέβειαν & εὐσέβειαν. H[illegible] numine ſibi conciliando nimis ſollicita, nec un[illegible] contenta, multiplicem ſibi ac monſtroſum cultum pro[illegible] Quid enim aliud poſſet animus hominis conſcienti[illegible] pe[illegible], [illegible] næque metu agitatus, ac luce verbi divini deſtitutus? Hic a[illegible] imprimis σχέσις Dei adverſus hominem conſideranda eſt: [illegible] jam olim diſſenſerunt Philoſophi, & Lactantius egit ſingu[illegible] bro, quem de ira Dei inſcripſit. Cum enim diverſa ſint, & [illegible] pugnantia ira & gratia, aut ira tribuenda eſt Deo, & gra[illegible] tra-

trahenda, aut utrumque pariter detrahendum: aut ira demenda eſt & gratia tribuenda, aut utrumque tribuendum. Aliud præter hæc nihil poteſt capere natura, neceſſe ſit in uno iſtorum aliquo verum inveniri. Primum illud de Deo nemo dixit unquam, iraſci eum tantummodo, & gratia non moveri, hoc enim Deo diſconveniens eſt, ut obeſſe poſſit, prodeſſe non poſſit. Sic nulla ſpes ſalutis hominibus propoſita eſſet, & ipſa Dei majeſtas non ad judicis poteſtatem, ſed ad tortoris ac carnificis officinam deducetur. Duæ ergo reliquæ ſententiæ obtinuerunt, quarum prior eſt de ſchola Epicuri, altera Stoicorum. Epicurus dum palato quid ſit optimum judicat, cœli palatum non ſuſpexit, Deoſque finxit μονογράμμους, & humana non curantes. Beneficentiam, iram omneſque affectus illis ademit, adeoque ipſos revera Deos ſuſtulit, quos etiam nullos eſſe ſenſit, ea autem quæ de Diis locutus eſt, depellendæ invidiæ cauſa dixit. ideoque hæc philoſophia ab omnibus pridem exacta & exploſa eſt Stoici aliquanto melius de divinitate ſenſiſſe exiſtimantur, gratiam in Deo eſſe, iram non eſſe docentes. Favorabilis ſane oratio non cadere in Deum hanc animi puſillitatem, ut ab ullo ſe læſum putet, qui lædi non poteſt. Hi quidem ex parte non errant, ſed id quod melius eſt ex duobus retinent. Epicurus hoc argumento inductus eſt. Quia Deus non iraſcitur, ergo nec gratia commovetur. Stoici iram, utpote ſapiente etiam & gravi homine indignam, a Deo removerunt. Contra lenitatem, tranquillitatem, beneficentiam tribuerunt, ut vere communis omnium pater Optimus ac Maximus dici poſſit. Qui hæc ſentiunt ad veritatem quidem accedunt propius: ſed in parte tamen labuntur. Nam ſi Deus non iraſcitur impiis & injuſtis, nec pios utique juſtoſque diligit. Conſtantior ergo eſt error illorum: qui & iram ſimul & gratiam tollunt. In rebus enim diverſis, aut in utramque partem moveri neceſſe eſt, aut in neutram. Itaque qui bonos diligit, & malos odit, & qui malos non odit, nec bonos diligit. quia & diligere bonos ex odio malorum venit, & malos odiſſe ex bonorum charitate deſcendit. Adeo iſta natura connexa ſunt, ut alterum ſine altero fieri nequeat.

Supereſt tertia ſententia, quæ a Philoſophis quidem nec ſuſcepta

ſcepta eſt unquam, nec defenſa: adeo tamen vera, ut in ea omnis ratio religionis veritatiſque verſetur. Nam neque honos ullus deberi poteſt Deo, ſi nihil præſtat colenti, nec ullus metus ſi non iraſcitur non colenti. Cum autem Deum iraſci dicimus, non eam illi tribuimus mentis commotionem, ac perturbationem quæ velut quædam ſæva tempeſtas, tantos fluctus excitet, ut ſtatum mentis immutet, ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alternis vultum maculet nunc ſuffuſus rubor, nunc pallor albeſcens: Sed eam juſtitiam quæ a Theologis *judiciaria* ac *vindicativa* dicitur, qua tanquam judex totius terræ, non poteſt non exigere peccatorum pœnas, quæ illi adeo naturalis, ut ei repugnet remittere peccata, ſine ſufficienti ſatisfactione.

Quantulum a gentilium Stoicorum caſtris abſunt inter Chriſtianos illi, qui Deum ſontes nulla interveniente ſatisfactione abſolvere poſſe docent, ne pretioſiſſimi λύτρου, ſanguinis Jeſu Chriſti vim agnoſcere cogantur? Sed hujus erroris jugulum petit S. Scriptura, aſſerens τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ relucere in reatu peccatoris: & ipſis ethnicis agnitum fuit, eos qui talia faciunt dignos eſſe morte. *Rom.* 1. 32. Impius theſaurizat ſibi iram in diem iræ, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. *Rom.* 2. 5. Deus ipſe juſtitiam vindicativam ſibi vendicat: *meum eſt ulciſci, ego rependam.* Ideo horrendum eſt incidere in manus Dei viventis: eſt enim ignis conſumens, lux inacceſſa, in qua tenebræ nullæ, odit iniquitatem. Impius non poteſt coram eo conſiſtere. Paulus, 2. *Theſſ.* 1. 6. aſſerit, δίκαιον παρὰ τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν: Nonne diluvium Noachicum, Sodomæ Gomorræque ſubverſio Deum peccatis iraſci demonſtrant? Cur Deus legem in monte Sinai tam ſolemniter promulgavit, additis tot manifeſtis iræ ſignis, niſi ut teſtaretur juſtum judicem ex juſtitia ad vindictam obligari? Quid volebant ſacrificia, niſi ut in animalium ſanguine ira Dei adverſus peccata legeretur? Quid cauſa fuit, cur Deus Filium ſuum miſerit in mundum, niſi ut eſſet ἱλαστήριον διὰ πίστεως, ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. *Rom.* 3. 23.

Sanctius de Deo ipſi gentiles philoſophati, non tam in ſcholis diſputantes, quam religionibus Deos in templis colentes. Cur tam ſedulo ſapientes eorum Nemeſin ſive Adraſteam ὑπερόγκων comitem venerabantur? cur ille monet,

Di-

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos!

Quid ſibi volebant Tiſiphone cum ſororibus? Quid Minos, Æacus, ac Rhadamanthus? quid omnes inferorum pœnæ? Scilicet ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Legatur Plutarchi liber περὶ τῶν ὑπὸ θείου βραδέως τιμωρουμένων. in quo plurima quæ a Chriſtiano dicantur ac diſcantur.

Provoco ad ipſius animæ ſeſe excutientis teſtimonium. unde illi metus? Juven. ſat. 13.

> ——— *Prima eſt hæc ultio, quod ſe*
> *Judice nemo nocens abſolvitur, improba quamvis*
> *Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.*

Quid agitavit Neronem matricidam, ac Oreſtem? quid Judam ad laqueum adegit? Egregie Tertulianus, de teſtim. animæ, cap. 2. *Si anima aut divina aut a Deo data eſt, ſine dubio datorem ſuum novit. Et ſi novit, utique & timet, ut tantum poſtremo autorem. Annon timet quem magis propitium velit, quam iratum? unde igitur naturalis timor animæ in Deum, ſi Deus non novit iraſci? quomodo timetur, qui neſcit offendi? quid timetur niſi ira? unde ira, niſi ex animadverſione? unde animadverſio, niſi de Dei judicio? unde judicium, niſi de poteſtate? Cujus poteſtas ſumma, niſi Dei ſolius? hinc ergo tibi, anima, de conſcientia ſuppetit domi ac foris, nullo irridente vel prohibente prædicare, Deus videt omnia, &, Deo commendo, & Deus reddet, & Deus inter nos judicabit.*

Cum ergo quo ſe verterent miſeri neſcirent, Deo tamen ejusque juſtitiæ quantum quidem ipſis ſufficere videbatur, ex corruptæ rationis dictamine, ſatisfacere conabantur. Hinc orta luſtrationum ἐθελοθρησκεία, quæ pœnæ rationem magis vel minus manifeſtam adjunctam habuit: quod tum ἐτυμολογία vocum, λύτειν, *luo* &c. indicat, tum aperte oſtendunt hoſtiæ ſuccedaneæ, quæ pœnas homini, cujus in locum ſubſtituebantur, debitas luebant. luſtrationes infernales, quibus reliquæ reſpondebant, pœnas manifeſte præ ſe ferunt. 6. Æneid.

> *Ergo exercentur* pœnis, *veterumque malorum*
> Supplicia *expendunt: aliæ panduntur inanes*
> *Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto*
> *Infectum* eluitur *ſcelus, atque* exuritur *igni.*

 In

Digitized by Google

In luſtrationibus quoque per ignem, & aquas marinas, vim igneam habentes pœnæ ratio ſatis eſt conſpicua: pleriſque victimæ additæ & pœnam & peccati confeſſionem, Numiniſque placandi conatum non vulgarem arguebant; his enim *ἁμαρτίας ὀψώνιον*, quod homo ſacrificans commeritus fuerat, inſerebatur.

CAPUT. VI.

Vota, voti reus: damnatus. Vota ordinaria: Caſtrenſia, Urbana, Magiſtratuum pro populo, Populi pro Magiſtratibus. Fiebant Kal. Januarijs, an die tertio poſt? Votum Mevil: Vota ruſtica, nautica. Extra ordinem vovebantur templa, pecunia, ver ſacrum, decimæ.

VOta, Hebræorum Magiſtris ס״ג לפרישות. *ſepes ſanctimonia* dicta, inter actiones, ἑκουσίως, ſpontaneo animi motu ἐξ ἐθελοθρησκείας profluentes, primum locum tuentur: quibus gentiles ſponte Numinibus ſuis ſe obligabant ad ea præſtanda, quibus Deos iratos propitios, ſibi magis faventes ac quaſi obnoxios reddere poſſe credebant. Qui ergo votum ſuſceperant, illius *rei* erant, quoad illud ſolvendum ſe obligaverant, Voti autem jam compotes ejus *damnati* dicebantur, quia votorum perſolutionis ſe reos omnino factos, quaſi ex numinis parte voti concepti condition. adimpleta, maxime intelligerent. Qua ſolutione neglecta, Deos majeſtatis ſuæ vindices, atque iratos ſenſuri eſſent. Nam *votum*, ait Tertull. adv. Pſych. cap. 11. *cum a Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit per auctoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandavit, qui factum comprobavit.*

Vota vel ſolennia erant vel extra ordinem ſuſcepta.

Inter ſolennia præcipua erant Caſtrenſia, Urbana, Ruſtica, Nautica.

Ca-

Caſtrenſium & Urbanorum meminit Tertullianus de cor. mil. c. 12. *Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? Prima in principiis, ſecunda in Capitoliis. Accipe poſt loca & verba: Hunc tibi, Jupiter, bovem cornibus decoratis vovemus eſſe futurum.* ubi per *principia* non intelliges *principia imperii*, aut anni ineuntis, ſed cum Fr. Junio, Th. Canterum ſecuto, *principia caſtrorum*, in quibus legionum Aquilæ, vexilla ac ſigna aſſervabantur, & ubi jus dicebatur. Nam ipſe Tertullianus ſe loca votorum indicaſſe dicit, quæ loca in caſtris erant principia, in urbe capitolium. Sic judicat & Lipſius ad Tacit. *annal.* 16, *exc. B.* qui & eodem Tertulliani loco *facturum* pro *futurum* legit, quod etiam Canterum ſecutus cenſuit Junius.

Urbana fiebant vel a Magiſtratibus pro ſalute populi, vel a populo pro ſalute Magiſtratuum. Utraque circa Kal. Januarias.

Prioris generis erant illa, quæ interdum ipſe Imperator, interdum Conſules, Prætores, Cenſores, aut Pontifices pro felicitate Principis, Senatus aut Populi Romani ad annos v. x. xx. xxx. & plures Vota nuncupabant; quæ dicebantur Quinquennalia, decennalia, Vicennalia, Tricennalia &c. Sueton. Aug. c. 97. *Vota, quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nuncupare juſſit.* Suſcipiebantur in Capitolio, ſcriptiſque & ſubſignatis tabulis, ne amplius in dubio ponerentur, confirmari ſolebant: atque ipſas quaſi tabellas, Deorum, quibus voverant, genibus cera affigebant. Juven. ſat. 10.

Ergo ſupervacua hæc aut pernicioſa petantur,
Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Porro nuncupabantur ejuſmodi vota cum his aut ſimilibus conditionibus, Si Imperator ſalvus vixerit: Si Reſp. Rom. manebit in ſuo ſtatu v. x. xx. aut plures annos: Si victoria ſucceſſerit, iſta ſacrificia tali, aut tali Deo præſtabuntur, & in ipſius honorem iſti ludi & feſta celebrabuntur; eoque finito tempore Vota ſolvebantur. Poſtmodum vero tabulas votivas ad Imperatorum adulationem in numiſmata tranſmutatas fuiſſe facile eſt percipere ex magna illorum copia, quæ apud omnes antiquitatum ſtudioſos reperitur. quod ex Lævin. Hulſio in ſerie numiſmatum

Imperatorum Rom. notavit Sertorius Urſatus, *de notis Rom. pag.* 172. Adde Spanhemium *de uſu & praſt. numiſm. p.* 115. 148. 185.

De votis quæ Magiſtratus nuncupabant ſæpe eſt in Livio, unus locus omnium inſtar erit, *Lib.* 21. Cum C. Flaminius Coſ. privatus clam in provinciam abiiſſet, hoc etiam patres in illo accuſabant, quod *Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſet*, ne die initi magiſtratus Jovis Opt. Max. templum adiret. Tibullus ad Meſſallam:

Nam modo fulgentem Tyrio ſubtemine veſtem
Indueris, oriente die, duce fertilis anni,
Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis,
Et fera diſcordes tenuerunt prælia venti,
Curva nec aſſuetos egerunt flumina curſus,
Quin rapidum placidis etiam mare conſtitit undis,
Ulla nec aerias volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes denſas depaſcitur aſpera ſylvas,
Quin largita tuis ſint multa ſilentia votis.

Votorum a populo pro Magiſtratibus factorum plurima occurrunt exempla. Plin. paneg. ad Trajan. *Ut in unius ſalutem collata omnium vota? cum ſibi ſe ac liberis ſuis intelligerent precari, quæ pro te precarentur.* & poſt: *Nuncupare vota, & pro æternitate imperii, & pro ſalute civium, imo pro ſalute Principum, ac propter illos pro æternitate imperii ſolebamus.* in fine ejuſdem panegyrici: *Unum omnium votum eſt, SALUS PRINCIPIS.* Similia occurrunt in Trajani & Plinii epiſtolis amœbæis, 101. 102. 103. 104. Antoninus autem Caracallus mortem ſibi denuntiare viſus eſt nonnullis, in literis quas poſtremas ſcripſit ad Senatum; *Deſinite*, inquiens, *optare centum ut annos imperem.* Hæc enim acclamatio ei jam inde a principio ſemper fieri conſueverat, eamque ille tum primum repudiavit, incuſavitque eos, quod optarent ea quæ fieri nullo pacto poſſent, ſed revera ſe parvo tempore regnaturum oſtendit. *Dio. lib.* 78.

Obſervatum hic anni principium: Tacit. ann. 16. cap. 22. *Thraſea objectatum, quod principio anni Votorum nuncupationibus non adfuerit.* Tiberius ægre tulit, cum comperiſſet, ineunte anno, pro Nero-

Digitized by Google

Neronis & Druſi ſalute publice vota eſſe ſuſcepta. *Sueton. Tib. cap.* 54.

Circa diem diſſentire videntur ſcriptores. Alii enim ipſis Kal. Januariis vota ſuſcepta eſſe innuunt. Sueton. Neron. cap. 46. *Votorum nuncupatione Kal. Jan. magna jam ordinum frequentia, vix reperta Capitolii claves.* Alii vero poſtea, nempe III. Nonas ejuſdem menſis. Plutarchus Ciceronis natalem ait incidiſſe in III. Nonas Jan. quo die Magiſtratus Vota faciebant, & pro ſalute Principis ſacrificabant, Cajus π. de verb. ſignif. l. 233. *Poſt Kalendas Januarias die tertio, pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur.* Lucian. Pſeudol. Μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη. ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον ἔυχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους ἐυχάς τινας, καὶ θύουσι. *Imo vero tertia die a novilunio magno, quo Romani, juxta veterem conſuetudinem, & ipſi vota quadam pro toto anno faciunt, & ſacrificant.*

Reapſe autem non diſſentiunt. Vero enim ſimillimum eſt, ipſis quidem Kalendis, ea vota ex priſco ritu concepta, quæ ſoli coſſ. pro imperii, & populi ſalute nuncupabant; quæ autem pro Principe deinceps ſubtexta, tertio ſcilicet ante Nonas, die lætiore, pompa auguſtiore. *vid. Reineſ. var. lect. lib.* 2. *cap.* 4. Sed & certiſſimum, veteri Rep. ipſis Kal. Jan. Vota ſuſcepta fuiſſe, hic enim dies, ſi quis alius, religioſus fuit in vulgus. 1. Faſt.

Proſpera lux oritur, linguiſque animiſque favete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint
Jurgia, differ opus livida turba tuum.
Cernis odoratis ut luceat ignibus æther?
Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis?
Flamma nitore ſuo templorum verberat aurum,
Et tremulum ſummæ ſpargit in æde jubar.
Veſtibus intactis Tarpejas itur in arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.
Jamque novi præeunt faſces, nova purpura fulget,
Et novo conſpicuum pondera ſentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.

Vide

Digitized by Google

Vide quæ notavit Lipſius, *ad Tacit. annal.* 4. *cap.* 36. & 70. Propter rei inſolentiam addam, quæ de Mevio narrat Porphyrio: hic poſt abſorptum patrimonium, Kal. Jan. alta voce optavit ut L. nummorum æris alieni haberet. quidam aſtantium miratus quæſivit, quid ſibi vellet, quod tam ſolenni die incommodum ſibi optaret? reſpondit ille: Non eſt quod mireris, Lxxx. enim millia debeo.

Vota Ruſtica quotannis ab agricolis fiebant. Eclog. 5.

——— Et cum ſolennia vota
Reddemus Nymphis, & cum luſtrabimus agros.

Et poſt. *Ut Baccho, Cererique, tibi ſic vota quotannis*
Agricolæ facient, damnabis tu quoque votis.

Superſunt Nautica, initio navigationis ſuſcepta. 2. Æneid. *Votum pro reditu ſimulant.* ſoluta autem ea feliciter peracta. 1. Georg.

Votaque ſervati ſolvent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

3. Æneid. *Quin ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,*
Et poſitis aris jam vota in littore ſolves.

Cum Diagoræ, in Samothracia, ex ſuſpenſis tabellis, multitudo eorum qui, votis nuncupatis, tempeſtatum vim evaſiſſent, monſtraretur, ſalſe regeſſit: nuſquam pictos eſſe qui naufragium feciſſent. *Vide Briſſon. form. pag.* 101. & *Sshefferum, de milit. nav. veterum. lib.* 4. *cap.* 2.

Extra ordinem rebus dubiis, aliave occaſione Diis vovebantur 1. Templa: Æneas, Æneid. 6.

Tum Phœbo & Triviæ ſolido de marmore templa
Inſtituam, feſtoſque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris.

& apud Ovidium 14. metam. idem Æneas Sibyllæ pollicetur:

Templa tibi ſtatuam, tribuam tibi thuris honores.

Sibylla autem, quod Dea non eſſet, hunc honorem negat:

Nec Dea ſum, dixit, nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput.

Bello contra Volſcos, L. Furius Dictator, Deorum opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem, ædem Junoni Monetæ

Digitized by Google

netæ vovit, cujus damnatus voti, cum victor Romam reverti ſſet, dictatura ſe abdicavit. Senatus duumviros ad eandem ædem, pro amplitudine P. R. faciendam, creari juſſit. Locus in arce deſtinatus, quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat, anno poſtquam vota, dedicatur. *Liv. lib.* 7. Veneri Erycinæ Q. Fabius Max. ædem vovit, quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate eſſet. Menti ædem Attilius Prætor vovit. *id. lib.* 22. Cum initio belli Latini victus inopia laboraretur, & magnus eſſet metus, ne tandem deficeret, terra fructus negante, & bello, ne aliunde ſubveherentur, vetante; inſpectis libris Sibyllinis, cognitum eſt, Cererem, Liberum, & Liberam placandos eſſe. Votum itaque fecit Poſtumius Coſ. priuſquam exercitum educeret, ſi imperii ſui tempore benigna eſſet annona, templa ſe illis conſtructurum, & inſtituturum in ſingulos annos ſacrificia. Vota Dii exaudiverunt. *Dion. Halic. lib.* 6. *cap.* 14.

II. Pecunia tum certa tum incerta, & inde Ludi. Licinius quidem Pont. Max. negavit ex incerta pecunia vovere deberi; cum autem ad collegium Pontificum P. Sulpitius Coſ. retuliſſet; poſſe, imo etiam rectius eſſe Pontifices decreverunt. Vovit itaque in eadem verba Conſul, præeunte Max. Pont. quibus ante quinquennalia Vota ſuſcipi ſolita erant, præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, cum ſolvetur, Senatus cenſuiſſet, ludos donaque facturum. toties ante ludi magni de certa pecunia, ii primi de incerta. *Liv. lib.* 31. *cap.* 9. & 41. *cap.* 21.

III. Ver ſacrum, quod erat pecus natum inter Kal. Martias, & pridie Kal. Majas. *Liv. lib.* 34 Siſenna, lib. 4. Hiſtor. citante Nonio in *Ver ſacrum: quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet ſe ver ſacrum facturos.* hoc autem populi injuſſu voveri non poterat. Populus autem in hæc verba rogabatur, ut eſt apud Livium. lib. 22. cap. 10. *Velitis jubetiſne hoc fieri? Si reſpublica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, ſicuti mea, quæ ſalva eſt, ſervata erit hiſce duellis, quod duellum populo Rom. cum Carthaginienſi eſt, quæque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt? datum donum duit populus Romanus Quiritium, quod Ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino,*

 bo-

bovillo grege, quæque profana erunt, Jovi fieri, ex qua die Senatus populuſque juſſerit. Qui faciet, quando volet; quaque lege volet, facito: quomodo faxit, probe factum eſto. ſi id moritur quod fieri oportebit, profanum eſto, neque ſcelus eſto. Si quis rumpet, occidetve inſciens, ne fraus eſto. Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum erit. ſi atro die faxit inſciens probe factum eſto. ſi nocte, ſive luce, ſive ſervus ſive liber faxit, probe factum eſto. Si ante id ea Senatus populuſque juſſerit fieri ac faxit, eo populus ſolutus liber eſto.

Homines etiam Vere ſacro continebantur. Cum enim Samnites peſtilentia laborarent, Sthennius Mettius ejus gentis princeps, convocata concione civium ſuorum, expoſuit, ſe vidiſſe in quiete, præcipientem Apollinem, ut, ſi vellent eo malo liberari, Ver ſacrum voverent, id eſt, quæcunque vere proximo nata eſſent, immolaturos ſibi. cum autem homines immolati non eſſent, poſt annum vigeſimum ejuſdem generis peſtilentia rurſum inceſſit: ideoque, ex oraculo ejuſdem Apollinis, homines urbe expulſi. *Feſtus in Mamertini.* Tales e patriis finibus ad novas ſedes quærendas emiſſi. Euſeb. in Chronico: *Lacedæmonii, ver ſacrum deſtinantes, Heracleam urbem condunt.* Juſtin. lib. 24. cap. 4. *Galli, abundante multitudine, trecenta millia hominum ad novas ſedes quærendas, velut verſacrum, miſerunt.* Plin. lib. 3. cap. 13. *Piceni orti ſunt a Sabinis voto vere ſacro.*

Simile eſt ἔτος ἱερὸν *Annus ſacer*, de quo Strabo, lib. 5. *Sabini adverſus Umbros diutino bello certantes, quorundam more Græcorum, votum fecerunt, ut eo anno nata immolarent. Re igitur bene geſta reverſi, nata partim ſacrificarunt, partim conſecrarunt. Cæterum facta ſterilitate, vulgatum eſt a quibuſdam oportere & liberos conſecrari, quod & patraverunt. Siquidem editos in lucem pueros Marti conſecratos acclamaverunt, eos tamen virilem ingreſſos ætatem in coloniam emiſerunt.* De eo more tam a Græcis quam à Barbaris recepto agit Dionyſius Halicarnaſſenſis, *lib.* 1. *cap.* 3. & *lib.* 2. *init.* & Siſenna, lib. 4. Hiſtor. citante Nonio in *Damnare*: *Quod voto damnati fetum omnem dicuntur ejus anni ſtatim conſecraſſe.* vide Paulum Feſti abbreviatorem in *ver ſacrum*.

IV. Decimam ex præda Vejenti Dictator Camillus vovit Apollini. *Liv. lib.* 5. *cap.* 21. Alioqui decimæ Herculi ſacræ.

Vove-

Vovebantur & hecatombæ, item homines ut victimæ piaculares, de quibus deinceps. Plura legere eſt in Briſſon. form. *pag.* 95, 113. & Spencer. *de legg. Hebraeor. ritual. lib.* 3. *diſſert.* 1. *cap.* 10. Alex. ab Alex. lib. 3, cap. 22. Decimas Apollini voverunt Crotonienſes: Locrenſes, ut eos & votis & armis vincerent, nonas. *Juſt. lib.* 20. *cap.* 3.

V. Capillos Æſculapio, Apollini, Dianæ, aliiſque, Diis etiam marinis & fluvialibus voverunt gentiles, quod multis probavit Spencerus, *de legg. Hebraeor. ritual. lib.* 3. *diſſert.* 1. *cap.* 6.

CAPUT VII.

Peccata in ſacras perſonas: Agamemnonis in Chryſen. delicta Veſtalium. Sacrilegium. Junonis Laciniæ templum a Fulvio Flacco violatum. Theſaurus Proſerpinæ a Q. Flaminio ſpoliatus. Apollo Delphicus violatus. Homicidium. Sybaritæ oraculo prohibiti, aliique: non item qui ſocium imprudens occiderat.

SUperſtitioſa gentilium ἐθελοθρησκεία maxime apparuit, ſi quo modo iram numinis concitatam ſenſiſſent: quod tum ex peccatis, tum ex eorum pœnis facile colligebant. Peccata ſanctiſſimæ Dei naturæ repugnare, adeoque eum irritare dictabat conſcientia, præſertim ſi aut in homines, ac res Diis ſacras committeretur. Sacerdotum ſuorum contumeliam ulti ſunt Dii: contumelia Agamemnon affecit Chryſen Apollinis Sacerdotem, quare claſſis Græcorum peſte vaſtatur. *Homer. Iliad. A.* Veſtalium Virginum, quo major apud Romanos erat auctoritas, eo graviora earum delicta cenſebantur, non ſolum ipſarum Virginum ſuppliciis, ſed publicis etiam ſupplicationibus & luſtrationibus expianda. Opimia & Floronia ſtupri compertis,

Digitized by Google

alteraque ſub terram, ut mos eſt, ad portam Collinam necata, altera ſibi mortem conſcivit. L. Cantilius, ſcriba Pontificum, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, a Pont. Max. eo uſque virgis in comitio cæſus eſt, ut inter verbera expiraret. Hoc nefas in prodigium verſum, Xviri libros adire juſſi, & Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum miſſus, ſciſcitatum quibus precibus ſupplicationibuſque Deos poſſent placare. Interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro boario ſub terra vivi demiſſi, in locum ſaxo conſeptum, ibi ante hoſtiis, minime Romano ſacro, imbutum. *Liv. lib.* 22. Apud Jul. Obſequentem, cap. 6. *Veſtæ penetralis ignis extinctus. Virgo, juſſu M. Æmilii Pontificis Max. flagro cæſa, negavit ulterius interiturum. Supplicationibus habitis, in Hiſpania & Hiſtria bella proſpere adminiſtrata,* Sic viri docti hunc locum legunt & diſtinguunt.

Propter res ſacras violatas non minus ſuperſtitioſi gentiles. Celebratum olim fuit Laciniæ Junonis templum, quod ſex millia Crotone aberat, de quo Livius, lib. 24. cap. 3. *Sanctum omnibus circa populis. Lucus ibi frequenti ſylva, & proceris abietis arboribus ſeptus, læta in medio paſcua habuit, ubi omnis generis ſacrum Deæ pecus paſcebatur, ſine ullo paſtore. ſeparatimque egreſſi cujuſque generis greges nocte remeabant ad ſtabula, nunquam inſidiis ferarum, non fraude violati hominum, magni igitur fructus ex eo pecore capti: columnaque inde aurea ſolida facta & ſacrata eſt: inclytumque templum divitiis, non tantum ſanctitate fuit. Ac miracula aliqua aſſinguntur plerunque tam inſignibus locis. Fama eſt, aram eſſe in veſtibulo templi, cujus cinerem nullo unquam moveri vento.* Servius ad 3. Æneid v. 552. aliud miraculum narrat. *Si quis ferro in tegula templi ipſius nomen incideret, tamdiu illa ſcriptura manebat, quamdiu is homo viveret, qui illud ſcripſiſſet.* Aliud item Plinius, *lib.* 2. *cap.* 107. & Valerius M. *lib.* 1. *cap.* 8. Ara ſub dio ſita cinerem habuit immobilem, perflantibus undique procellis. Hoc templum violarunt Hannibal & Fulvius Flaccus.

De Hanibale Cicero, 1. *de divin.* cum columnam auream ex hoc fano auferre vellet dubitaretque utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe, cumque ſolidam inveniſſet,

ſet, ſtatuiſſetque tollere, ſecundum quietem viſa eſt ei Juno prædicere ne id faceret, minitarique ſi id feciſſet, ſe curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine acuto neglectum non eſt. itaque ex eo auro, quod exterebratum erat, buculam curavit faciendam, eamque in ſumma columna collocavit.

De Q. Fulvio Flacco, Livius, *lib.* 42. *cap.* 3. Hic Cenſor, cum ædem Fortunæ Equeſtris, quam in Hiſpania Prætor bello Celtiberico voverat, faceret enixo ſtudio, ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum eſſet. Magnum ornamentum ſe ratus templo adjecturum ſi tegulæ marmoreæ eſſent: profectus in Brutios ædem Junonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit, id ſatis fore ratus ad tegendum quod ædificaretur. Naves paratæ fuerunt quæ tollerent, atque aſportarent, auctoritate Cenſoria ſociis deterritis id ſacrilegium prohibere. Poſtquam Cenſor rediit, tegulæ expoſitæ de navibus ad templum portabantur. quamquam unde eſſent, ſilebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus eſt: ex omnibus partibus poſtulabatur ut coſſ. eam rem ad Senatum referrent. Ut vero arceſſitus in curiam Cenſor venit multo infeſtius ſinguli univerſique præſentem lacerare: templum auguſtiſſimum regionis ejus, quod non Pyrrhus, non Hannibal violaſſent, violare parum habuiſſe, niſi detexiſſet fœde, ac prope diruiſſet. Detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. Cenſorem moribus regendis creatum, cui ſarta tecta exigere ſacris publicis, & loca tuenda, more majorum, traditum eſſet: eum per ſociorum urbes diruentem templa, nudantemque tecta ædium ſacrarum vagari: & quod ſi in privatis ſociorum ædificiis faceret, indignum videri poſſet, id Deorum immortalium demolientem facere, & obſtringere religione P. R. ruinis templorum templa ædificantem: tanquam non iidem ubique Dii immortales ſint, ſed ſpoliis aliorum alii colendi exornandique. Cum, priuſquam referretur, appareret, quid ſentirent Patres, relatione facta, in unam omnes ſententiam ierunt: ut hæ tegulæ reportandæ in templum locarentur, piacularia que Junoni fierent. Quæ ad religionem pertinent cum cura facta: tegulas relictas in area templi,

quia reponendarum nemo artifex rationem inire potuerit, redemtores nuntiarunt. Flaccus poſt hoc factum negatur mente conſtitiſſe. quinetiam per ſummam animi ægritudinem expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum deceſſiſſe, alterum graviter audiſſet affectum. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 1. Q. Flaminii, Legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam avaritiam juſta animadverſione vindicavit Senatus, eodem Valerio teſte, cum enim vinctum Romæ protrahi juſſiſſet, is ante cauſæ dictionem, in carcere, teterrimo genere morbi conſumtus eſt: pecuniam Dea, ejuſdem Senatus imperio, & quidem ſummam duplicando recuperavit. Sed hoc tam clarum noxæ ſimul ac pœnæ exemplum ſacrilegos homines non deterruit. nec enim multo poſt literæ in Senatu recitatæ ſunt Q. Minucii Prætoris, cui Brutii provincia erat: pecuniam Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatam, nec ad quos pertineat veſtigia ulla extare. Indigne hoc paſſus Senatus. C. Aurelio Coſ. negotium datum, ut ad Prætorem in Brutios ſcriberet: Senatui placere, quæſtionem de expilatis theſauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius Prætor triennio ante habuiſſet. quæ inventa pecunia eſſet, reponi: ſi quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, ſi videretur, ſicut ante Pontifices cenſuiſſent, fieri, cauſa expiandæ violationis ejus templi. *Liv. lib.* 31. *cap.* 12. Nec Xerxes, nec Phocenſes, nec Galli Apollinis Delphici templum impune violarunt. vid. *Juſtin. lib.* 2. S. 24. Cicero, *de Aruſp. reſp.* religione Telluris ſe moveri dicit, quod ejus ſedes privato veſtibulo contineatur, eique poſtulationem deberi. Aurum Toloſanum multis excidii cauſa fuit, vid. Juſtin. *lib.* 32. *cap.* 3. A. Gell. *lib.* 3. *cap.* 9. alioſque.

Ait quidem Joſephus in Apologia adverſus Apionem, lege Moſaïca conſtitutum fuiſſe περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν, μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις, αὐτοῦ ἕνεκα προσηγορίας τοῦ θεοῦ. *Neque eos derideret quos gentium aliarum opinio Deos confinxit, neve quisquam male illis diceret, ſaltem enim prodeſſe illis honorem tanti nominis debere.* Quod ex qua legis parte hauſerit Flavius divinare non poſſum, niſi forte hallucinatus eſt non intelligens quæ Exod. 22. 28. ſcripta ſunt: אלהים לא תקלל *Non execraberis Deos.* quæ in

eam

eam ſententiam accipienda ſunt, ut ſignificetur ἱερὰς ϗ ἀσύλους eſſe rerumpublicarum moderatores, qui in terris vice Numinis funguntur. Alias non uno edicto Moſes Iſraëlitis præceperat, ut terram hoſtilem armis ingreſſi, ſimulacra omnia, templaque & altaria Deorum diruerent, quos cæteræ nationes per errorem coluiſſent. Gentiles autem religiones ſuas violantes, contra conſcientiam quamvis errantem agebant, adeoque *formaliter & interpretative*, ut cum caſuiſtis & ſchola loquamur, contra Dei voluntatem, agebant, quare eos ſacrilegii reos fuiſſe negari non poteſt.

Inter peccata in homines commiſſa, homicidium maxime abominati ſunt Dii gentilium, quamvis ἀνθρωποκτόνοι ἀπ' ἀρχῆς. ideoque humano ſanguine pollutos, niſi ante luſtratos, a ſacris prohibuerunt. Sybaritas ab Oraculo Delphico repulit Pythia, quod citharoedi cæde polluti eſſent. Ælian. var. hiſt. lib. 5. cap. 45.

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσσι
πουλὺς ἀποστάζων ἀπὸ λαΐνου οὐδὲ ἐρύκει.
Οὔ σε θεμιστεύσω, Μουσῶν θεράποντα κατέκτας
Ἥρης πρὸς βωμοῖσι, θεῶν τίσιν οὐκ ἀλεείνας.
Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστὸν,
Οὐδ' ἀπαραίτητον, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν.
Ἀλλ' αὐτοῦ κεφαλῆσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν,
Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

Cede meis menſis, manibus nam ſanguis adhærens,
Deſtillanſque recens prohibet tibi limina templi.
Non tibi fata canam, magnæ Junonis ad aram
Muſarum innocuum ſtraviſti cæde miniſtrum:
Non immortales hoc Dii patientur inultum.
Si quis enim prudens ſcelerata e mente profectum
Committat facinus, gravis hunc prope pœna ſequetur.
Non exorabit, neque ſi genus ab Jove ſummo
Duceret, ipſe ſuo collo, colliſque nepotum
Hoc luet, & generi cumulatim damna ferentur.

Qui fuga ſocium a latronibus circumventum deſeruerat, tanquam homicidam eadem Pythia averſata eſt. Ælian. var. hiſt. lib. 3. cap. 44. vid. & Simplic. in Epict. cap. 39.

Ἀνδρ

BIBLIOTECA NAZ

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐβοήθεις,
Οὔ σε θεμιστεύσω, περικαλλέος ἔξιθι νηοῦ.
Occidi ſocium præſens es paſſus amicum,
Non tibi vaticinor, ſacro te proripe templo.

Qui vero imprudens ſocium occidiſſet, cum latronem peteret, ut purum admiſit, ibid.

Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, οὔ σ' ἐμίανεν
Αἷμα, πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος, ἢ πρὸς ἦσθα.
Defendens ſocium verſo mucrone necaſti,
Purior es manibus nunc quam prius eſſe ſolebas.

Sic cives Delphici malis preſſi coacti ſunt placare manes Æſopi fabulatoris notiſſimi. Spartani manes Pauſaniæ, Callondas manes Archilochi oraculo juſſi placarunt. *vid. Plutarch. de ſera num. vindicta cap.* 26. 35. Oreſtes a cæde matris nondum expiatus, ad ſacra Liberi Patris ab Athenienſibus non eſt admiſſus, ne tamen a feſti celebritate plane arceretur, χοῶν feſtum in ejus gratiam inſtitutum eſt. *vid. Hoſpin. de feſt.* Nec Nero Eleuſiniis ſacris intereſſe auſus eſt. *Suet. Ner. cap.* 34. Huc facit locus apud Ariſtotelem, *Polit. lib.* 2. *cap.* 2. ubi communem uſum mulierum rejicit, hoc argumento, quia ſic ſinguli ſuos patres ignorarent, atque ita ſi ignari patrem ſuum occidiſſent, expiari non poſſent.

CAPUT. VIII.

Pœna peccatorum, Fames, Bellum, Morbi, iique vel animi vel corporis. Inſania vaticinantium. ἐνθουσιασμὸς Pythiæ. Larvati. Porci grundiles. Peſtilentia in Græcorum ad Trojam exercitu: apud Maſſilienſes: Romanos. Lectiſternia. Ludi.

RAro antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo. Dii laneis pedibus incedentes plumbeas habent manus, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſant.

Pœnas peccatorum gentiles vel ſentiebant vel præſagiebant. Sentiebant mala præſentia, qualia imprimis λιμὸς, πόλεμος, λοιμὸς, quæ Davidi, divino juſſu, proponebantur. 2. *Sam.* 24.

Ad primum malum, famem ſcilicet, avertendum gentiles ſuperſtitionibus ſuis fuere occupatiſſimi. Cei, quotannis, teſte Cicerone, 1. *de divin.* ortum caniculæ diligenter ſervabant, conjecturamque capiebant, ſalubriſne an peſtilens annus eſſet futurus, quod etiam ad fertilitatem & famem, quam ex eo præſagiebant, ſe extendiſſe colligas ex Apollon. Argon. lib. 2.

Ημος δ' οὐρανόθεν μινωΐδας ἔφλεγε νήσους
Σείριος, οὐδ' ἐπὶ δηρὸν ἔην ἄκος ἐνναέτῃσιν.
Τῆμος τόν γ' ἐκάλεσσαν ἐφημοσύνῃς ἑκάτοιο
Λιμοῦ ἀλεξητῆρα· λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ
Φθίην· ἐν δὲ κέῳ κατενάσσατο λαὸν ἀγείρας
Παῤῥάσιον· τοί περ τε λυκάονος εἰσὶ γενέθλης.
Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν διὸς ἰκμαίοιο·
Ἱερά τ' εὖ ἔῤῥεξεν, ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
Σειρίῳ, αὐτῷ τε κρονίδῃ διί, τοῖο δ' ἕκητι
Γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιοι ἐκ Διὸς αὖραι

Digitized by Google

Ἤματα τεσσαράκοντα. κέω δ' ἔτι νῦν ἱερῆες
Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.
Quando de cœlo Minoidas torrebat inſulas.
Sirius, neque diu adeſſet medela inhabitantibus,
Tunc ipſum invocarunt, ex monitis Apollinis,
Famis liberatorem. reliquit autem ipſe, patris precepto
Phthiam, inque Ceum tranſtulit ad habitandum populum congregans
Arcadicum, qui quidem Lycaonis ſunt genus,
Atque templum fecit inſigne Jovis Icmæi,
Sacraque rite peregit in montibus ſtella iſti
Sirio, ipſique Saturnio Jovi, cujus cauſa
Terram refrigerant etcſiæ ex Jove auræ
Dies quadraginta. Ceique etiamnum ſacrificio
Ortum ante Canis celebrant ſacra.

Phigalenſes, neglectis Cereris ſacris, cum fame vexarentur, Apollinis oraculo moniti, Deam placarunt. *Pauſan. in Arcad.* Apud Græcos mos erat Famem virgis ex ædibus ejicere, dicendo: ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. *Foras famem, intro divitias ac ſanitatem.* Cum Athenienſes fame laborarent, monuit oraculum, ut famem, loco deſignato, certis piaculis placarent, illi campum quendam deſignarunt, qui inde λιμοῦ πεδίον *famis campus* dictus eſt, quod in proverbium abiit, notante Eraſmo.

Altera calamitas, bellum, magnam ſecum vaſtitatem trahens, quod Annibali in ſomnio oſtenſum Cicero & Livius teſtantur. Huic avertendo laborarunt gentiles. Illuſtre eſt exemplum Meſæ Moabitarum Reguli, 2. *Reg.* 3. qui ſuper murum immolato filio ſuo primogenito Iſraelitici belli molem amoliri ſe poſſe ſibi perſuaſerat. Alexandro M. Tyrum obſidente, cum ad ſummas anguſtias incolæ redacti eſſent, multis ſeculis ſacrum intermiſſum repetere quidam voluerunt, ut ingenuus puer Saturno immolaretur: ac niſi Seniores, utpote ſaniores, obſtitiſſent, humanitatem dira ſuperſtitio viciſſet. *Curt. lib.* 4. De Antonino Philoſopho narrat Jul. Capitolinus, quod bello Marcommannico territus, undique Sacerdotes acciverit; peregrinos ritus impleverit; Romam omni genere luſtraverit; retardatuſque a bellica profecti-

one

one ſit, & Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies celebraverit. Vopiſcus in Aureliano: *In illo timore*, inquit, *quo Marcomanni cuncta vaſtabant, ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt, paventibus cunctis, ne eadem, quæ ſub Gallieno fuerant, provenirent. quare etiam libri Sibyllini, noti beneficiis publicis, inſpecti ſunt, inventumque ut in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent. Facta denique ſunt ea quæ præcepta fuerant in diverſo ceremoniarum genere, atque ita Barbari reſtiterunt.*

Tertium denique malum in morborum genere verſatur. Hi autem vel animum hominis, vel corpus afficiunt.

Inter animi morbos, quos & peſtes recte vocaveris, maximus eſt *Inſania*, ab ipſis quaſi præſentibus Diis immitti credita: quare μαίνεσθαι & δαιμονίζεσθαι idem valent, ac junguntur, Joh. 10. 20. τῷ σωφρονεῖν opponuntur, quod liquet conferenti loca: Marc. 5. 15. Luc. 8. 35. Act. 26. 25. Plato diſerte initio Alcibiadis 2 τὸ μαίνεσθαι ἆρ' γε ὑπεναντίον σοὶ δοκεῖ τῷ σωφρονεῖν.

Inſania hic duplex occurrit, Vaticinantium & Larvatorum.

Vaticinantes futura prædicebant; fanatici dicebantur a Fauno, cujus, ut & aliorum Deorum præſenti numine agitabantur. *Serv. ad* 1. *Georg. v.* 10. Hebr. משגעים Jer. 29. 25. 2. Reg. 9. 11. Marc. 3. 21. hæc ἐπίληψις atque ἔκστασις ſenſum atque animæ virium privatio θεομανία eſt, de qua late agit Peucerus de divinationibus. De Sibylla Æn. 6.

— Non vultus, non color unus,
Non comtæ manſere comæ, ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument, majorque videri
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Jam propiore Dei. — Statius lib. 10. Theb. de Thyodamante:

Ecce repens, ſuperis animum lymphantibus, horror
Thyodamanta ſubit, formidandoque tumultu
Pandere fata jubet, ſive hanc Saturnia mentem,
Sive novum comitem bonus inſtigabat Apollo.
Proſilit in medios viſu audituque tremendus,
Impatienſque Dei, fragili quem mente receptum
Non capit, exundant ſtimuli, nudusque per ora

Stat furor, & trepidas incerto ſanguine tendit,
Exhauritque genas; acies huc errat & illuc,
Sertaque mixta comis ſparſa cervice flagellat.

Idem Statius 1. Achill. Vatem Calchantem graphice deſcribit. De Pythiæ ἐκστάσει agit Diodorus Sic. lib. 16. Strabo, lib. 9. Origenes contra Celſum, lib. 7. Chryſoſt. homil. 29. in. 1. ad Corinth. iiſdem fere verbis, quæ apud Scholiaſten Ariſtophanis in Plut. pag. 4. leguntur. Sed hæc inſania luſtrationis non egebat, quia eam a Numine, ſed benigno, immiſſam credebant.

Alterum Inſaniæ genus eorum erat qui *Larvati*, ac *Cerriti* dicebantur. qui Cereris ira ac larvarum incurſatione animo vexati, menteque orbati. *Non. Marc. cap.* 1. §. 213. Cic. de Aruſp. reſp. *A Diis quidem immortalibus quæ poteſt homini major eſſe pœna furore atque dementia? niſi forte in tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari ac conſumi vides, graviores Deorum immortalium iras ſubire, quam illos, qui furentes inducuntur, putas. Non ſunt illi ejulatus & gemitus Philoctetæ tam miſeri (quanquam ſunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis, & quam ſomnium matricidarum.*

Hos luſtrationibus ſanari putabant. Plaut. amphitr. act. 2. ſc. 2. *quæſo, quin tu iſtanc jubes pro cerrita circumferri.* id. Epid. act. 1. ſc. 2. *Deſipiebam mentis —— Men' piacularem fieri oportet ob ſtultitiam tuam?* Deſipere enim inſanire eſt, & ſtultitia inſania, adi Horatium, *lib.* 2. *ſat.* 3. ubi tractat Stoicum paradoxum: ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. Terent. Andr. act. 5. ſc. 3. *Cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? An ut pro hujus peccatis ego ſupplicium feram?* Bacis Boeotius Lacedæmoniorum mulieres fanaticas carminibus luſtralibus expiavit. notavit hoc Junius in adagio, *Veriora Bacidis dictis.* Feſtus: *Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum ſunt animati, cum mentis ſuæ non ſunt, & per quædam verba liberantur incommodo.* Ariſtoph. Veſp. de filio adverſus inſaniam Patris remedia quærente: Εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου, καὶ κάθαιρε, καὶ μάλα μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζε. *quin eum lavitque, purgavitque: Corybantum ſacra patrare cœpit.* Scholiaſt. p. 314. ὡς μαινόμενος, καὶ κατεχόμενος ὑπὸ θεῶν, ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ μυστήρια, ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας. *Quaſi inſaniens, & numine afflatus. proptere-*

rea

rea Corybantum myſteria peregit, propter inſaniæ purgationem. Theophraſtus hunc ultimum δεισιδαιμονίας characterem notat: μαινόμενον τε ἰδὼν, ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. *Inſanientem ſi viderit, aut comitiali morbo laborantem, exhorreſcens in ſinum ſpuit.* Epilepſia morbus ille fuit qui inſputabatur, quod Plinius diſerte monſtrat, lib. 28. c. 4. quaſi hæc conſputio ad avertendam morbi perniciem conferat. Plaut. Capt. act. 3. ſc. 4.

Hegio, hic homo rabioſus habitus eſt in Alide
Nec tu, quod iſthic fabuletur, aures immittas tuas.
Nam iſthic haſtis inſectatus eſt domi matrem & Patrem;
Et illic iſti qui ſputatur morbus interdum venit,
Proin tu ab iſthoc procul recedas.

Similis ſuperſtitio Regis Achiſi, 1. *Sam.* 21. qui Davidem inſaniam ſimulantem procul a domo ſua arcuit. Varro in Eumenidibus: *Apage in directum a domo noſtra iſtam inſanitatem.* Epilepſia autem ἱερὰ νόσος *Divinus morbus* nuncupatur, videlicet quod, ut ait Apulejus in Apologia, animi partem rationalem, quæ ſanctiſſima eſt, eam violet. Hac ſæpe Hercules correptus, fortaſſe ob Iphiti cædem, expiationibus ſe ab hoc morbo liberari poſſe putavit. *vid. Diod. ſic. lib.* 4. *cap.* 31.

Inter corporis morbos Peſtis maxime ab ipſis Diis immitti viſa eſt; ideoque luſtrationibus expianda, quare & Athenienſes Ἀγνώστῳ Θεῷ fecerunt, de quo ante diximus. Apollo Græcorum ad Trojam exercitum peſte vaſtabat, *Iliad. A.* quare Achilles de placando Deo deliberat:

Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης, αἰγῶν τε τελείων
Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.
Sive agno tenero, corpuſque recente capellæ
Hoc ſi forte malam placatus munere peſtem Arceat.

Servius ad illud Virgilii: *Auri ſacra fames*, ex Petronio Maſſilienſium ſacrum contra peſtem narrat. Frequentiſſima declamantibus materia, reſponſa in peſtilentiam data, ut virgines tres pluresve immolentur, in ſatyrico Petronii. vid. Quintiliani declam. 326. & 384. Apud Athenienſes Leus filias liberandæ a peſte urbi immolavit: templum illis extructum Λεωκόριον appellatum, de quo Ælianus, *var. hiſtor. lib.* 12. *cap.* 28. & Meurſius

quia reponendarum nemo artifex rationem inire potuerit, redemtores nuntiarunt. Flaccus poſt hoc factum negatur merite conſtitiſſe. quinetiam per ſummam animi ægritudinem expiravit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum deceſſiſſe, alterum graviter audiſſet affectum. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 1. Q. Flaminii, Legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam avaritiam juſta animadverſione vindicavit Senatus, eodem Valerio teſte, cum enim vinctum Romæ protrahi juſſiſſet, is ante cauſæ dictionem, in carcere, teterrimo genere morbi conſumtus eſt: pecuniam Dea, ejuſdem Senatus imperio, & quidem ſummam duplicando recuperavit. Sed hoc tam clarum noxæ ſimul ac pœnæ exemplum ſacrilegos homines non deterruit. nec enim multo poſt literæ in Senatu recitatæ ſunt Q. Minucii Prætoris, cui Brutii provincia erat: pecuniam Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatam, nec ad quos pertineat veſtigia ulla extare. Indigne hoc paſſus Senatus. C. Aurelio Coſ. negotium datum, ut ad Prætorem in Brutios ſcriberet: Senatui placere, quæſtionem de expilatis theſauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius Prætor triennio ante habuiſſet. quæ inventa pecunia eſſet, reponi: ſi quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, ſi videretur, ſicut ante Pontifices cenſuiſſent, fieri, cauſa expiandæ violationis ejus templi. *Liv. lib.* 31. *cap.* 12. Nec Xerxes, nec Phocenſes, nec Galli Apollinis Delphici templum impune violarunt. vid. *Juſtin. lib.* 2. 8. 24. Cicero, *de Aruſp. reſp.* religione Telluris ſe moveri dicit, quod ejus ſedes privato veſtibulo contineatur, eique poſtulationem deberi. Aurum Toloſanum multis excidii cauſa fuit, vid. Juſtin. *lib.* 32. *cap.* 3. A. Gell. *lib.* 3. *cap.* 9. alioſque.

Ait quidem Joſephus in Apologia adverſus Apionem, lege Moſaïca conſtitutum fuiſſe περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν, μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις, αὐτοῦ ἕνεκα προσηγορίας τοῦ θεοῦ. *Neque eos derideret quos gentium aliarum opinio Deos confinxit, neve quisquam male illis diceret, ſaltem enim prodeſſe illis honorem tanti nominis debere.* Quod ex qua legis parte hauſerit Flavius divinare non poſſum, niſi forte hallucinatus eſt non intelligens quæ Exod. 22. 28. ſcripta ſunt: אלהים לא תקלל *Non execraberis Deos*, quæ in

eam

cam ſententiam accipienda ſunt, ut ſignificetur ἱεροὺς καὶ ἀσύλους eſſe rerumpublicarum moderatores, qui in terris vice Numinis funguntur. Alias non uno edicto Moſes Iſraëlitis præceperat, ut terram hoſtilem armis ingreſſi, ſimulacra omnia, templaque & altaria Deorum diruerent, quos cæteræ nationes per errorem coluiſſent. Gentiles autem religiones ſuas violantes, contra conſcientiam quamvis errantem agebant, adeoque *formaliter & interpretative*, ut cum caſuiſtis & ſchola loquamur, contra Dei voluntatem, agebant, quare eos ſacrilegii reos fuiſſe negari non poteſt.

Inter peccata in homines commiſſa, homicidium maxime abominati ſunt Dii gentilium, quamvis ἀνθρωποκτόνοι ἀπ' ἀρχῆς, ideoque humano ſanguine pollutos, niſi ante luſtratos, a ſacris prohibuerunt. Sybaritas ab Oraculo Delphico repulit Pythia, quod citharoedi cæde polluti eſſent. Ælian. var. hiſt. lib. 5. cap. 45.

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεασι
πολὺς ἀποςάζων ἀπὸ λαΐνου οὐδοῦ ἐρύκει.
Οὔ σε θεμιςεύσω, Μουσῶν θεράποντα κατέκτας
Ἥρης πρὸς βώμοισι, θεῶν τίσιν οὐκ ἀλεείνας.
Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιςόν,
Οὐδ' ἀπαραίτητον, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν.
Ἀλλ' αὐτοῦ κεφαλῇσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν,
Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήμασι βαίνει.

Cede meis menſis, manibus nam ſanguis adhærens,
Deſtillanſque recens prohibet tibi limina templi.
Non tibi fata canam, magnæ Junonis ad aram
Muſarum innocuum ſtraviſti cæde miniſtrum.
Non immortales hoc Dii patientur inultum.
Si quis enim prudens ſcelerata e mente profectum
Committat facinus, gravis hunc prope pæna ſequetur.
Non exorabit, neque ſi genus ab Jove ſummo
Duceret, ipſe ſuo collo, colliſque nepotum
Hoc luet, & generi cumulatim damna ferentur.

Qui fuga ſocium a latronibus circumventum deſeruerat, tanquam homicidam eadem Pythia averſata eſt. Ælian. var. hiſt. Lib. 3. cap. 44. vid. & Simplic. in Epict. cap. 39.

Ardeo

'Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐβοήθης,
'Ου σε θεμιστεύσω, περικαλλέος ἔξιθι νηοῦ.
Occidi ſocium præſens es paſſus amicum,
Non tibi vaticinor, ſacro te proripe templo.

Qui vero imprudens ſocium occidiſſet, cum latronem peteret, ut purum admiſit, ibid.

"Εκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, οὔ σ' ἐμίανεν
Αἷμα, πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος, ἢ πάρος ἦσθα.
Defendens ſocium verſo mucrone necaſti,
Purior es manibus nunc quam prius eſſe ſolebas.

Sic cives Delphici malis preſſi coacti ſunt placare manes Æſopi fabulatoris notiſſimi. Spartani manes Pauſaniæ, Callondas manes Archilochi oraculo juſſi placarunt. *vid. Plutarch. de ſera num. vindicta cap.* 26. 35. Oreſtes a cæde matris nondum expiatus, ad ſacra Liberi Patris ab Athenienſibus non eſt admiſſus, ne tamen a feſti celebritate plane arceretur, χοῶν feſtum in ejus gratiam inſtitutum eſt. *vid. Hoſpin. de feſt.* Nec Nero Eleuſiniis ſacris intereſſe auſus eſt. *Suet. Ner. cap.* 34. Huc facit locus apud Ariſtotelem, *Polit. lib.* 2. *cap.* 2. ubi communem uſum mulierum rejicit, hoc argumento, quia ſic ſinguli ſuos patres ignorarent, atque ita ſi ignari patrem ſuum occidiſſent, expiari non poſſent.

CAP.

CAPUT. VIII.

Pœna peccatorum. Fames, Bellum, Morbi, iique vel animi vel corporis. Inſania vaticinantium. ἐνθουσιασμὸς *Pythiæ. Larvati. Porci grundiles. Peſtilentia in Græcorum ad Trojam exercitu: apud Maſſilienſes: Romanos. Lectiſternia. Ludi.*

RAro antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo. Dii laneis pedibus incedentes plumbeas habent manus, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſant.

Pœnas peccatorum gentiles vel ſentiebant vel præſagiebant. Sentiebant mala præſentia, qualia imprimis λιμὸς, πόλεμος, λοιμὸς, quæ Davidi, divino juſſu, proponebantur. 2. *Sam.* 24. Ad primum malum, famem ſcilicet, avertendum gentiles ſuperſtitionibus ſuis fuere occupatiſſimi. Cei, quotannis, teſte Cicerone, 1. *de divin.* ortum caniculæ diligenter ſervabant, conjecturamque capiebant, ſalubriſne an peſtilens annus eſſet futurus, quod etiam ad fertilitatem & famem, quam ex eo præſagiebant, ſe extendiſſe colligas ex Apollon. Argon. lib. 2.

Ἦμος δ' οὐρανόθεν μινωΐδας ἔφλεγε νήσους
Σείριος, οὐδ' ἐπὶ δηρὸν ἔην ἄκος ἐνναέτῃσιν.
Τῆμος τόν γ' ἐκάλεσαν ἐφημοσύνης ἑκάτοιο
Λιμοῦ ἀλεξητῆρα· λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ
Φθίην· ἐν δὲ κέῳ κατενάσσατο λαὸν ἀγείρας
Παῤῥάσιον· τοί περ τε Λυκάονός εἰσι γενέθλης.
Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν διὸς ἰκμαίοιο·
Ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν, ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
Σειρίῳ, αὐτῷ τε κρονίδῃ διΐ, τοῖο δ' ἕκητι
Γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιοι ἐκ Διὸς αὖραι

Ἤματα τεσσαράκοντα. κέω δ' ἔτι νῦν ἱερῆες
Ἀντολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.
Quando de cœlo Minoidas torrebat inſulas.
Sirius, neque diu adeſſet medela inhabitantibus;
Tunc ipſum invocarunt, ex monitis Apollinis,
Famis liberatorem. reliquit autem ipſe, patris precepto
Phthiam, inque Ceum tranſtulit ad habitandum populum congregans
Arcadicum, qui quidem Lycaonis ſunt genus,
Atque templum fecit inſigne Jovis Icmai,
Sacraque rite peregit in montibus ſtella iſti
Sirio, ipſique Saturnio Jovi, cujus cauſa
Terram refrigerant eteſia ex Jove aura
Dies quadraginta. Ceique etiamnum ſacrifico
Ortum ante Canis celebrant ſacra.

Phigalenſes, neglectis Cereris ſacris, cum fame vexarentur, Apollinis oraculo moniti, Deam placarunt. *Pauſan. in Arcad.* Apud Græcos mos erat Famem virgis ex ædibus ejicere, dicendo: ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. *Foras famem, intro divitias ac ſanitatem.* Cum Athenienſes fame laborarent, monuit oraculum, ut famem, loco deſignato, certis piaculis placarent, illi campum quendam deſignarunt, qui inde λιμοῦ πεδίον *famis campus* dictus eſt, quod in proverbium abiit, notante Eraſmo.

Altera calamitas, bellum, magnam ſecum vaſtitatem trahens, quod Annibali in ſomnio oſtenſum Cicero & Livius teſtantur. Huic avertendo laborarunt gentiles. Illuſtre eſt exemplum Meſæ Moabitarum Reguli, 2. *Reg.* 3. qui ſuper murum immolato filio ſuo primogenito Iſraelitici belli molem amoliri ſe poſſe ſibi perſuaſerat. Alexandro M. Tyrum obſidente, cum ad ſummas anguſtias incolæ redacti eſſent, multis ſeculis ſacrum intermiſſum repetere quidam voluerunt, ut ingenuus puer Saturno immolaretur: ac niſi Seniores, utpote ſaniores, obſtitiſſent, humanitatem dira ſuperſtitio viciſſet. *Curt. lib.* 4. De Antonino Philoſopho narrat Jul. Capitolinus, quod bello Marcommannico territus, undique Sacerdotes acciverit; peregrinos ritus impleverit; Romam omni genere luſtraverit; retardatuſque a bellica profectione

one ſit, & Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies celebraverit. Vopiſcus in Aureliano: *In illo timore ,* inquit , *quo Marcomanni cuncta vaſtabant , ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt , paventibus cunctis, ne eadem , quæ ſub Gallieno fuerant , provenirent. quare etiam libri Sibyllini , noti beneficiis publicis , inſpecti ſunt , inventumque ut in certis locis ſacrificia fierent, quæ Barbari tranſire non poſſent. Facta denique ſunt ea quæ præcepta fuerant in diverſo ceremoniarum genere , atque ita Barbari reſtiterunt.*

Tertium denique malum in morborum genere verſatur. Hi autem vel animum hominis , vel corpus afficiunt.

Inter animi morbos , quos & peſtes recte vocaveris , maximus eſt *Inſania* , ab ipſis quaſi præſentibus Diis immitti credita : quare μαίνεσθαι & δαιμονίζεσθαι idem valent , ac junguntur ; Joh. 10. 20. τῷ σωφρονεῖν opponuntur, quod liquet conferenti loca : Marc. 5. 15. Luc. 8. 35. Act. 26. 25. Plato diſerte initio Alcibiadis 2. τὸ μαίνεσθαι ἆρ' γε ὑπεναντίον σοὶ δοκεῖ τῷ σωφρονεῖν.

Inſania hic duplex occurrit, Vaticinantium & Larvatorum.

Vaticinantes futura prædicebant ; fanatici dicebantur a Fauno , cujus, ut & aliorum Deorum præſenti numine agitabantur. *Serv. ad* 1. *Georg. v.* 10. Hebr. משגעים Jer. 29. 25. 2. Reg. 9. 11. Marc. 3. 21. hæc ἐπίληψις atque ἔκστασις ſenſum atque animæ virium privatio θεομανεία eſt , de qua late agit Peucerus de divinationibus. De Sibylla Æn. 6.

—— Non vultus , non color unus ,
Non comtæ manſere comæ , ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument , majorque videri
Nec mortale ſonans , afflata eſt numine quando
Jam propiore Dei. —— Statius lib. 10. Theb. de Thyodamante:

Ecce repens , ſuperis animum lymphantibus , horror
Thyodamanta ſubit , formidandoque tumultu
Pandere fata jubet , ſive hanc Saturnia mentem ,
Sive novum comitem bonus inſtigabat Apollo.
Proſilit in medios viſu audituque tremendus ,
Impatienſque Dei , fragili quem mente receptum
Non capit , exundant ſtimuli , nudusque per ora

 Stat

Stat furor, & trepidas incerto ſanguine tendit,
Exhauritque genas; acies huc errat & illuc,
Sertaque mixta comis ſparſa cervice flagellat.

Idem Statius 1. Achill. Vatem Calchantem graphice deſcribit. De Pythiæ ἐκστάσει agit Diodorus Sic. lib. 16. Strabo, lib. 9. Origenes contra Celſum, lib. 7. Chryſoſt. homil. 29. in. 1. ad Corinth. iiſdem fere verbis, quæ apud Scholiaſten Ariſtophanis in Plut. pag. 4. leguntur. Sed hæc inſania luſtrationis non egebat, quia eam a Numine, ſed benigno, immiſſam credebant.

Alterum Inſaniæ genus eorum erat qui *Larvati*, ac *Cerriti* dicebantur. qui Cereris ira ac larvarum incurſatione animo vexati, menteque orbati. *Non. Marc. cap.* 1. §. 213. Cic. de Aruſp. reſp. *A Diis quidem immortalibus qua poteſt homini major eſſe pœna furore atque dementia? niſi forte in tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari ac conſumi vides, graviores Deorum immortalium iras ſubire, quam illos, qui furentes inducuntur, putas. Non ſunt illi ejulatus & gemitus Philoctetæ tam miſeri (quanquam ſunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis, & quam ſomnium matricidarum.*

Hos luſtrationibus ſanari putabant. Plaut. amphitr. act. 2. ſc. 2. *quæſo, quin tu iſtanc jubes pro cerrita circumferri.* id. Epid. act. 1. ſc. 2. *Deſipiebam mentis —— Men' piacularem fieri oportet ob ſtultitiam tuam?* Deſipere enim inſanire eſt, & ſtultitia inſania. adi Horatium, *lib.* 2. *ſat.* 3. ubi tractat Stoicum paradoxum: ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. Terent. Andr. act. 5. ſc. 3. *Cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? An ut pro hujus peccatis ego ſupplicium feram?* Bacis Boeotius Lacedæmoniorum mulieres fanaticas carminibus luſtralibus expiavit. notavit hoc Junius in adagio, *Veriora Bacidis dictis.* Feſtus: *Piari eos, veluti proprio verbo, ait Verrius, qui parum ſunt animati, cum mentis ſuæ non ſunt, & per quædam verba liberantur incommodo.* Ariſtoph. Veſp. de filio adverſus inſaniam Patris remedia quærente: Εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου, καὶ κάθαιρε, καὶ μάλα μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζε. *quin eum lavitque, purgavitque: Corybantum ſacra patrare cœpit.* Scholiaſt. p. 314. ὡς μαινόμενος, καὶ κατεχόμενος ὑπὸ θείου, ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ, μυστήρια, ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας. *Quaſi inſaniens, & numine afflatus. propterea*

rea Corybantum myſteria peregit, propter inſaniæ purgationem. Theophraſtus hunc ultimum δεισιδαιμονίας characterem notat: μαινόμενον τε ἰδὼν, ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. *Inſanientem ſi viderit, aut comitiali morbo laborantem, exhorreſcens in ſinum ſpuit.* Epilepſia morbus ille fuit qui inſputabatur, quod Plinius diſerte monſtrat, lib. 28. c. 4. quaſi hæc conſputio ad avertendam morbi perniciem conferat. Plaut. Capt. act. 3. ſc. 4.

Hegio, hic homo rabioſus habitus eſt in Alide
Nec tu, quod iſthic fabuletur, aures immittas tuas.
Nam iſthic haſtis inſectatus eſt domi matrem & Patrem;
Et illic iſti qui ſputatur morbus interdum venit,
Proin tu ab iſthoc procul recedas.

Similis ſuperſtitio Regis Achiſi, 1. *Sam.* 21. qui Davidem inſaniam ſimulantem procul a domo ſua arcuit. Varro in Eumenidibus: *Apage in directum a domo noſtra iſtam inſanitatem.* Epilepſia autem ἱερὰ νόσος *Divinus morbus* nuncupatur, videlicet quod, ut ait Apulejus in Apologia, animi partem rationalem, quæ ſanctiſſima eſt, eam violet. Hac ſæpe Hercules correptus, fortaſſe ob Iphiti cædem, expiationibus ſe ab hoc morbo liberari poſſe putavit. *vid. Diod. ſic. lib.* 4. *cap.* 31.

Inter corporis morbos Peſtis maxime ab ipſis Diis immitti viſa eſt; ideoque luſtrationibus expianda, quare & Athenienſes Ἀγνώσῳ Θεῷ fecerunt, de quo ante diximus. Apollo Græcorum ad Trojam exercitum peſte vaſtabat, *Iliad. A.* quare Achilles de placando Deo deliberat:

Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης, αἰγῶν τε τελείων
Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.
Sive agno tenero, corpuſque recente capellæ
Hoc ſi forte malam placatus munere peſtem Arceat.

Servius ad illud Virgilii: *Auri ſacra fames*, ex Petronio Maſſilienſium ſacrum contra peſtem narrat. Frequentiſſima declamantibus materia, reſponſa in peſtilentiam data, ut virgines tres pluresve immolentur, in ſatyrico Petronii. vid. Quintiliani declam. 326. & 384. Apud Athenienſes Leus filias liberandæ a peſte urbi immolavit: templum illis extructum Λεωκορίων appellatum, de quo Ælianus, *var. hiſtor. lib.* 12. *cap.* 28. & Meurſius

ceram. gem. cap. 17. De Crotonienſibus & Metapontinis, *Juſtin. lib.* 20. *cap.* 2. Similia circa reſtitutionem ludorum Olympicorum facta narrat Phlegon, in fragmento, quod de Olympiis ſupereſt. Talibus remediis, ſed fruſtra, uſi Athenienſes in funeſtiſſima illa peſtilentia, quam deſcribunt Thucydides, *lib.* 2. Lucretius, *lib.* 6.

De Romanis ſæpe in Livio. *Lib.* 5. Cum gravis peſtilenſque omnibus animalibus æſtas eſſet, cujus inſanabili pernicie quando nec cauſa nec finis inveniretur, libri Sibyllini ex Sc. aditi ſunt. IIViri ſacris faciundis lectiſternio per dies octo, Apollinem, Latonamque, & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus, quam ampliſſime poterat tum apparari ſtratis lectis placavere. privatim quoque id ſacrum celebratum eſt. &c. Hac de cauſa Æſculapius Epidauro Romam accerſitus, *Liv. lib.* 10. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 7. *Ovid.* 15. *metam.* Sic apud Liv. lib. 3. Cum vis peſtilentiæ late graſſaretur, Senatus inops humani conſilii, ad Deos populum ac vota vertit. juſſi cum conjugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere Deum. &c. Ludi etiam ſcenici, inter alia cœleſtis iræ placamina primo inſtituti ſunt T. Sulpitio Petico, & C. Licinio Stolone Coſſ. *Liv. lib.* 7. Sic lib. 4. cap. 25.

Cum Carthaginenſes peſte laborarent, cruenta ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio uſi ſunt, quippe homines immolabant. &c. *Juſtin. lib.* 18. *c.* 6.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Somniorum natura: interpretatio. Somnia male conſciorum, Neronis, Regum, privatorum. Somnia læta, triſtia. Somnia Hecubæ, Cyri, Auguſti, Galbæ, Chariclis, Cimonis, aliorum. Spectra humana ſpecie auguſtiora. רפאים *Gigantes. lotio manuum Pilati.*

NEc minor gentilium cura ac metus circa pœnas imminentes, quam præſentes: illas ſignis quibuſdam, ut ipſi cenſebant, certis præſagiebant.

Signa hæc vel interna homini erant, vel externa. Interna ſunt ſomnia, quæ homini quieſcenti ſpecies rerum & præteritarum & futurarum depingunt. Mens enim externis rebus non occupata, ſed in ſe reflexa, phantaſmata contemplatur liberius, & mirabiles rerum figuras fabricatur. Recte olim Heraclitus vivis unum dixit eſſe mundum, omnibus communem: dormientium unumquemque in ſibi peculiarem divertere atque exſpatiari. Superſtitioſus animus, non tam de præteritis quam de futuris ſollicitus, ſomnia divinitatis aliquid aut divinationis habere credit. Tibull. lib. 3, eleg. 4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falſa timere jubent.

Homer. Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. quod Cicero, 1. *de divin.* multis probat. Hinc nata ars quæ ὀνειροκριτική dicta, de cujus inventoribus ac ſcriptoribus antiquis vide Hadr. Junii animadverſ. *lib.* 1. *cap.* 18. Proavorum memoria hac arte clarus fuit Junianus Majus, adeo ut reſponſa ejus divina fere monita haberentur, teſte ejus συγχρόνῳ Alexandro ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 11. celebratur & a Sannazario, *eleg. lib.* 2. ac a Joviano Pontano epitaphium meruit. Ὀνειροκρίταις Superſtitioſus curat maxime Theophr. charact. cap. 17. ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας,

πρὸς

πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ, ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. Inſomnium ſi viderit, pergere ille ad ſomniorum interpretes, ad divinos, ad augures, ſciſcitaturus, cui Deo, cui Deæ vota ſint facienda. Plutarchus de ſuperſt. cap. 4. *Superſtitio ſemper pœnas quaſdam exercens, miſeram exagitans animam, ſomniis ſomno exturbat, a ſeipſa, tanquam ab aliquo alio excarnificatam, duriſque & abſurdis parentem mandatis, poſtquam evigilavit non contemnit ſomnia ſua nec videt, nec delectatur, eo quod nihil eorum, quibus turbata fuerit, verum ſit: ſed umbram fugiens fraudis innoxiæ, revera ſeſe decipit ac conturbat, ſumtuſque facit in agyrtas, atque impoſtores incidentes, qui ei dicant:* Si te nocturna viſa terruerunt, Hecateſve comeſſatio terrenæ: *Vetulam voca, quæ piſtrino adſidet, & mari corpus tuum merge, ac per totum diem humi deſide.* Quam ſolliciti erant de ſomniorum ſuorum interpretatione aulici illi Pharaonis? *Gen.* 40. Nec minus conſternatus erat Rex Nebucadnezar propter viſionem nocturnam. *Dan.* 2. Uxor Pilati diſerte: *πολλὰ ἔπαθον σήμερον δι᾽ αὐτοῦ. Matth.* 27. Suetonius, ſomnio pertei ritus, ab actione forenſi abſtinere voluit, adverſi quid veritus, ait *Plinius lib.* 1. *epiſt.* 18. In male conſciis hoc præſertim obtinet. Plutarchus de ſera Numinis vindicta, *cap.* 6. narrat ſomnia Clytemneſtræ, Apollodori, Hipparchi, Ptolomæi Ceranni, Pauſaniæ: Inſtar omnium ſit quod ſcribit Suetonius, *Ner. cap.* 45. terrebatur evidentibus ſomniorum portentis Nero, nunquam antea ſomniare ſolitus, occiſa demum matre, vidit per quietem, navem ſibi gubernanti extortum gubernaculum, trahique ſe ab Octavia uxore in arctiſſimas tenebras, & modo pennatarum formicarum multitudine oppleri; modo a ſimulachris gentium ad Pompeji theatrum dedicatarum circuiri, arcerique progreſſu. Aſturconem, quo maxime lætabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros.

Regum imprimis obſervata ſunt ſomnia. Neſtor poſtquam Agamemnon in concilio Græcorum ſomnium narraſſet, Iliad. B. ſic ait:

> Εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε
> Ψεῦδός μεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

> Νῦν δ' ἴδεν ὃς μέγ' ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.
> *Si quis forte alius, quæ nunc audiſtis, Achivum*
> *Somnia vidiſſet, potuiſſent falſa videri:*
> *Nunc autem vidit regno qui præſtat, & armis.*

Etiam poſt læta ſomnia, qualemcunque animi perturbationem ſedare voluerunt. Rhea Sylvia, 3. Faſtor. ſic precatur:

> *Utile ſit fauſtumque precor, quod imagine ſomni*
> *Vidimus, an ſomno clarius illud erat.*

2. de arte: *Multa vove, ſed cuncta palam: quotieſque licebit*

> *Quæ referas illi ſomnia læta vide.*
> *Et veniat quæ luſtret anus lectumque locumque,*
> *Præferat & tremula ſulphur & ova manu.*

Apulejus, lib. 11. cum in ſomnio illi promiſſum, ſe aſinum exuturum: *Nec mora*, inquit, *cum ſomno protinus abſolutus pavore & gaudio, ac dein ſudore nimio permixtus exurgo: ſummeque miratus Deæ potentis tam claram præſentiam, marino rore reſperſus, magniſque imperiis ejus intentus*, &c. Sic & triſtia ſomnia expiabant. Tibull. lib. 1. el. 5.

> *Ipſe procuravi ne poſſent ſæva nocere*
> *Somnia, ter ſalſa deveneranda mola.*

Et lib. 3. eleg. 4. *At natum in curas hominum genus, omina noctis*

> *Farre pio placant & ſaliente ſale.*

Socii Jaſonis, apud Apollon. Argon. 4. Circen

> Εὗρον ἁλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐφαιδρύνουσαν,
> Τοῖον γὰρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο.
> Αἵματί οἱ θάλαμοί τε, καὶ ἕρκεα πάντα δόμοιο
> Μύρεσθαι δόκεον· φλὸξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπτεν,
> Οἷσι πάρος ξείνους θέλγ' ἀνέρας ὅστις ἵκοιτο,
> Τὴν δ' αὐτὴ φονίῳ σβέζεν αἵματι πορφύρουσαν,
> Χερσὶν ἀφυσσαμένη· λῆξεν δ' ὀλοοῖο φόβοιο.
> Τῷ καὶ ἐπιπλομένης ἠοῦς νοτίδεσσι θαλάσσης
> Ἐγρομένη πλοκάμους τε καὶ εἵματα φαιδρύνεσκε.
> *Invenerunt maris humiditatibus caput lavantem;*
> *Ita enim nocturnis ſomniis attonita reddita*
> *Sanguine ei thalami, ſimul atque mœnia cuncta domus;*
> *Madere videbantur, flammaque omnia pharmaca devorabat;*

 Qui-

Digitized by Google

Quibus antea advenas demulſit viros, quicunque veniſſent.
Iſtam ipſa cruento delevit ſanguine rubentem,
Manibus hauriens; ceſſavitque a gravi terrore.
Quare & inſtante aurora liquoribus marinis
Experrecta, capillos ſimul atque veſtes luſtrabat.

Soſia apud Plautum, Amph. 2. ſc. 2. *Somnium narrat tibi.*

Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Jovi
Aut mola ſalſa hodie aut thure comprecatum oportuit.

Sic Mil. glorioſ. act. 2. ſc. 4. poſtquam Philocomaſium ſuum ſomnium narraſſet, Palæſtrio ait: *abi intro, & comprecare.* Mart. lib. 11. ep. 50. *Amphora nunc petitur nigri carioſa falerni,*
Expiet ut ſomnos garrula ſaga tuos.

Priamus poſt Hecubæ ſomnium ſacrificat. Cicero 1. de divin. ex veteri poeta:

Quia mater gravida parere ſe ardentem facem
Viſa eſt in ſomnis Hecuba, quo facto Pater
Rex ipſe Priamus, ſomnio mentis metu
Perculſus, curis ſumtis ſuſpirantibus
Exſacrificabat hoſtiis balantibus,
Tum conjectorem poſtulat pacem petens,
Ut ſe edoceret obſecrans Apollinem
Quo ſeſe vortant tanta ſortes ſomnium.

Petron. ſatyr. *Licas Tryphana ſomnium expiavit.* Ariſtoph. Ranis act. 5. ſc. 2.

Ὦ νυκτὸς κελαινοφαὴς	*O noctem nigram tenebris*
Ὄρφνα, τίνα μοι δύστηνον	*Quam tu miſerum affers ſomnium*
Ὄνειρον πέμπεις ἐξ ἀφανῦς	*Mihi; hunc ex obſcuris caliginibus*
Ἀίδα πρόσπολον	*Erebi ſervulum*
ψυχὰν ἄψυχον ἔχοντα,	*Inanime pectus habentem,*
Μέλαινας νυκτὸς παῖδα,	*Nefariæ noctis prolem,*
Φρικώδη δειναὶν ὄψιν,	*Atrocem vultu: amictum*
Μελανονεκυείμονα,	*Nigronecíredimiculis*
Φόνια, φόνια δερκόμενον;	*Trucia, trucia tuentem,*
Μεγάλυς ὄνυχας ἔχοντα;	*Magnos ungues habentem;*
Ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε,	*Ferte facem celeres famulæ mihi:*
Κάλπισι τ᾽ ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,	*Situla aquam e liquido date flumine;*

Θέρμετε

Θέρμετε τ' ὕδωρ — *Calfacite undas*
Ὡς ἂν θείοισιν ὄνειρον ἀποκλύσω, — *Hac ut ſomnia fontibus abluam.*

Scholiaſt. p. 182. Ἀποκλύσω.) Ἀπονίψωμαι, ὅπερ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς ὀνείροις. τοῦτο δὲ μιμεῖται ὁ Αἰσχύλος, παρ' οὗ ἀποδιοπομπεῖσθαι εἰώθει τῆς χαλεπωτάτους τῶν ὀνείρων. Abluam.) *quod in ſomniis facere ſolent. Hoc autem imitatus Æſchylus, apud quem atrocia ſomnia procurari, ſive expiari ſolent.* Cyrus apud Xenophontem, παιδείας *lib.* 8. poſt ſomnium Jovi patrio, & Soli, & aliis Diis hoſtias mactat. Apud eundem, *in ſympoſio*, Charmidæ commoda paupertatis mire prædicanti Callias reſpondet: νῦν καὶ τύχῃ μηδέποτε πλουτεῖν, καὶ ἐὰν ὄναρ ἀγαθὸν ἴδῃς τοῖς ἀποτροπαίοις θύοις; *Igiturne precaris ne unquam diteſcas, & ſi letum tibi oblatum fuerit ſomnium Diis Averruncis ſacrificas?* ut avertant rem ſcilicet mali omnis. Ipſe Xenophon, *lib.* 4. *de expedit. Cyri Min.* per quietem ſe compedibus primo vinctum, deinde ſolutum ac liberum vidit. quod ſomnium chiroſopho ipſe narravit. ubi autem illuxit præſentes rem divinam fecerunt, & pulchre litarunt. Auguſtus ex nocturno viſu ſtipem quotannis emendicabat a populo, cavam manum aſſes porrigentibus præbens. *Sueton. Auguſt. cap.* 91. Galba (*Sueton. c.* 18.) cum ſomniaſſet Fortunam ſuam Tuſculanam, minantem ſe erepturam quæ ipſi dediſſet, exterritus, prima luce, ad expiandum ſomnium, præmiſſis qui rem divinam appararent, Tuſculum excucurrit. Chaticles apud Heliodorum, *lib.* 3. *Æthiop.* Apollini ὑμνον ἀποθύει, τεθορυβημένος τι, κατὰ τοὺς ὕπνους, *hymnum ſacrificat, quod in ſomnis aliquo modo turbatus eſſet.* Cybele anus, *ibid. lib.* 7. θυσίαν ἄγειν τῇ θεῷ λέγουσα, ὑπὲρ τῆς δεσποίνης Ἀρσάκης, ἔκ τινων ὀνειράτων τεταραγμένης, καὶ ἐξιλεώσασθαι τὰ ὀφθέντα βουλομένης. *Sacrificium ſe Deæ facturam dicens pro Domina Arſace, quibuſdam inſomniis territa, & placare viſa volente.* Cimon Athenienſis per ſomnium canem exacerbatam ſe allatrare, atque ex latratu miſtam edere humanam vocem: *I, mihi nam catuliſque meis redderis amicus:* Aſtyphilus vates mortem ei denuntiari pronunciat. Cimon dein Libero Patri ſacrificat, ubi jecur ſine capite fuit, ſanguiſque victimæ a formicis raptus ad Cimonem delatus, & pollici pedis ejus circumjectus. *Plut. in Cim.* Aquila in ſomnis viſa a parentibus quibus filiæ locandæ, omen infeſtiſſimum, apud

Digitized by Google

Achillem Tatium, *lib.* 2. qui ſomnii hujus luſtrandi ſacrificium aſſignat Ξενίῳ νύκτος Διὶ μέσης ἐπὶ θάλατταν. Cum Latini Tarquinios reducere conarentur, duo fratres Tarquiniorum, Publicus & Marcus Laurentini, horribiles quaſdam ſpecies in ſomniis viderunt, pœnas atroces intentantes ni cœpto deſiſterent: Videbantur ſibi exagitari a quibuſdam furiis, verberari, tandem oculis orbari, multiſque aliis ſuppliciis miſerum in modum affligi, ita ut timore ac tremore excitarentur. Hi primum averruncatoriis quibuſdam, & piacularibus ſacris conabantur infeſtantes ſe dæmonas avertere, ſed fruſtra: itaque vates conſulebant. *Dion. Halic. lib.* 5. *cap.* 54. Cum uterque Conſul, T. Manlius Torquatus, & P. Decius Mus eandem ſpeciem in quiete vidiſſent viri majoris quam pro humano habitu, auguſtioriſque, dicentis: Ex una acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, matrique Terræ deberi: Utrius exercitus Imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partisque victoriam fore. Hos nocturnos viſus coſſ. inter ſe contulerunt: placuit ante omnia averruncandæ Deum iræ victimas cædi, hoc ſacrificio expiaturi erant, ſi averti poſſet. *Liv. lib.* 8. *cap.* 6. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 7.

Non temere hic a Livio notatum, ſpeciem illam *majorem quam pro modo humano, auguſtioremque* apparuiſſe. Sic antiqui opinionem divinitatis tum dæmonibus, tum defunctorum animabus adſtruxerunt.

De dæmonibus: Sueton. Claud. cap. 1. Druſo *ſpecies barbaræ mulieris humana amplior* apparuit. Tacit. *annal.* 11. de Curtio Ruſo, in Africa verſante: *Oblata illi ſpecies muliebris ultra modum humanum.* Plinius, lib. 7. epiſt. 27. ſuper eodem miraculo: *Offertur ei muliebris figura, humana grandior, pulchriorque.* Tacit. 1. hiſtor. *Erupiſſe cella Junonis majorem humana ſpeciem.* Xenoph. lib. 8. παιδείας: ἔδοξεν αὐτῷ προσελθὼν κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον. Dio de Druſo agens, lib. 55. in princ. γυνή τις μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν. Spectrum Bruto ante aciem Philippicam viſum *immanis atque horrendi corporis*, teſte Plutarcho. Dion. eodem teſte *grandem mulierem, cultu & facie nihil a tragica furia abhorrentem* conſpexit. Caſſius Parmenſis fractis Antonii opibus Athenas confu-

git, ubi κακοδαίμονα hominem *ingentis magnitudinis* vidit. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 7. Hannibal, ut ibidem Valerius, in ſomniis exiſtimavit miſſum ſibi ab Jove *mortali ſpecie excelſiorem* juvenem pro quo Livius *lib.* 21. *cap.* 22. in quiete, inquit, viſum ab eo juvenem *divina ſpecie*. Tibull. lib. 3. el. 4. de juvene in ſomniis ſibi viſo:

Non illo quicquam formoſius ulla priorum
Ætas, humanum nec videt illud opus.

Epizelus, apud Herodotum, *lib.* 6. in pugna Marathonia φάσμα vidit hominis quantitatem excedens, hinc excoecatus magnam tamen hoſtium edidit ſtragem.

De functorum animabus, Julius Proculus affirmavit, viſum a ſe Romulum, poſt obitum, auguſtiore forma quam fuiſſet. *Flor. lib.* 1. *cap.* 1. Ovid. 2. Faſt.

Pulcher, & humano major, trabeaque decorus
Romulus, in media viſus adeſſe via.

Seneca, Thyeſt. v. 669.

——— *errat antiquis vetus*
Emiſſa buſtis turba, & inſultant loco
Majora notis monſtra. Idem, Oedip. v. 174.
Vaga per lucos ſimulacra virum
Majora viris.

De Herculis ἀποθεώσει, Ovid. 9. metamorph.

Sic ubi mortales Tyrinthius exuit artus,
Parte ſui meliore viget, majorque videri
Cœpit, & auguſta fieri gravitate verendus.

Æneas, de apparente ſibi Creuſa. 2. Æneid.

Infelix ſimulachrum, atque ipſius umbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.

Dido moritura. 4. Æn. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

Apud Homerum, Odyſſ. λ. Achillis umbra apud inferos φοίτα μακρὰ βιβῶσα. Apud Senecam, Troad. v. 178.

Emicuit ingens umbra Theſſalici ducis.

Ut Amilcar, in eodem inferorum loco, apud Silium Ital. lib. 13.

——— *Inde citato*

Celſus abit greſſu, majorque receſſit imago,

Caſſius in acie Philippenſi Julium Cæſarem a ſe interfectum vidit humano habitu auguſtiorem. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 8. Apollonius Tyanæus animam Achillis e tumulo (ut ſcribit Philoſtratus, *in vita Apoll. lib.* 4.) excitatam ait ſibi viſam primo quinque, poſt ea duodecim quaſi cubitorum. Sed hæc ſimplicius capere quod impediat? Scilicet reſpiciendo ſtatuarum ordines, hæ enim vel pariles erant in quibus humani corporis modulus ſervabatur, quales doctis & ſapientibus viris erigebantur: vel magnæ, ſi infra ſeſquialteram ſtatura contineretur, quæ Auguſtæ vocabantur, & Regum erant ac Imperatorum: Vel denique majores, quibus commenſus erat duplicatus, quales Heroum erant. Nam maximæ diis Optimis Maximis ſacræ multo etiam auctiores compingebantur, unde coloſſos nuncupabant, de hiantis vaſtæ inanitatis ratione, *Coel. Rhodig. Lect. ant. lib.* 17. *cap.* 16. Eodem modo Alexander M. poſteris fallax præparavit miraculum, cum in expeditionis ſuæ monumentum, non tantum munimenta caſtrorum extendi juſſit, ſed etiam cubilia amplioris formæ quam pro corporum habitu relinqui. *Curt. lib.* 9. *cap.* 3. *Juſtin. lib.* 12. *cap.* 8.

Hæc opinio ad ipſos quoque Judæos penetravit. Philo Jud. *lib. de execratione*, reſipiſcentes Judæos in patriam redituros ait deducente quodam ſpectro, auguſtiore, divinioreque, quam quæ humanis oculis obverſari ſolent; cæterorum quidem nemini, ſolis autem revertentibus conſpicuo. Giganteam animarum apud inferos formam aſtruere quidam voluerunt ex *Pr.* 2. 18. ubi Salomo orbitas adulteræ propendere dicit ad רפאים & Pr. 21. 16. *Vir qui erraverit in ſemita intelligentiæ in cœtu* רפאים *commorabitur*. Vox hæc gigantes notat, quia tanquam manes & ſpectra inter homines verſabantur, adeo ut ad eorum conſpectum homines quaſi exanimarentur, ut fere contigit exploratoribus Iſraeliticis, *Num.* 13. 33. Sed & notat ſtatum damnatorum apud inferos, cum Gigantes manifeſte impii fuerint, *Gen.* 6. quin in illorum panegyri adulteri & impii verſaturi ſint, dubitandum non eſt: pro apparitione autem animarum forma gigantea hic ne γρὺ quidem. Viſo etiam ſpectro luſtratio inſtituta. *Phleg. de reb. mirab. cap.* 1.

Sed

Sed ne digreſſiuncula hæc gigantea videatur, in ſemitam redimus. Exemplum expiationis ſomnii eſt in Senecæ Octavia: *act.* 4. *ſc.* 1. ubi Poppæa:

Delubra & aras petere conſtitui ſacras,
Cæſis litare victimis numen Deum,
Ut expientur noctis & ſomni mina,
Terrorque in hoſtes redeat attonitus meos,
Et vota pro me ſuſcipe, & precibus piis
Superos adora, manet ut præſens metus.

Sic Anna Soror Didonis apud Silium Ital. lib. 8.

Namque aſper ſomno dirus me impleverat horror,
Terque ſuam Dido, ter cum clamore vocarat,
Et læta exultans oſtenderat ora Sichæus.
Quæ dum abigo menti, & ſub lucem, ut viſa ſecundent
Oro cœlicolas, ac vivo purgor in amni.

Apud Valer. Flaccum, lib. 5. Argonaut.

Forte, Deûm variis per noctem territa monſtris,
Senſerat ut pulſas tandem Medea tenebras.
Rapta thoris primi jubar ad placabile Phoebi
Ibat, & horrendas luſtrantia flumina noctes.
Et poſt: —— *patriumque viam detorquet ad amnem,*
Sacraque terrifice ſuplex movet irrita noctis.

De ſumtibus in hanc ſuperſtitionem impenſis queritur Martialis, lib. 7. epig. 53.

Semper mane mihi de me mera ſomnia narras,
Quæ moveant animum ſollicitentque meum.
Jam prior ad fæcem, ſed & hæc vindemia venit,
Exorat noctes dum mihi ſaga tuas:
Conſumſi ſalſaſque molas & thuris acervos,
Decrevere greges dum cadit agna frequens:
Non porcus, non cortis aves, non ova ſuperſunt,
Aut vigila, aut dormi, Naſidiane, tibi.

Pilatus in hiſtoria paſſionis Jeſu Chriſti, *Matt.* 27. 24. Manus ſuas, toto populo inſpectante, abluit. Interpretes in diverſa abeunt, ſunt qui hanc ablutionem luſtrationem fuiſſe volunt: atque hi in duas rurſus diſcedunt ſententias: Alii enim Pilatum

ſe

ſe luſtraſſe judicant, quod ſe jam piaculo teneri, id eſt, piacularem eſſe putaret, propter traditionem Domini noſtri in manus Judæorum, qua in re falluntur: Cum enim Pilatus Dominum nondum tradidiſſet Judæis, piaculo ſane nondum tenebatur, eoque facinore nondum peracto, non poterat ἀπονίπτειν, cum manus ejus nondum eſſent infectæ. Alii ergo de procurando uxoris ſomnio eum cogitaſſe contendunt, ac propterea iiſdem pene, quibus uxor, verbis uſum fuiſſe; illa enim dixerat: Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. ille: Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου. Sed neque hoc vero ſimile. Cur enim hoc ſomnium procuraverit maritus, ac non potius ipſa uxor, cui hoc fuerat oblatum? cur coram tribunali, & iſta Judæorum, gentiles ſuperſtitiones averſantium, πανηγύρει, acnon potius domi, antequam in publicum prodiiſſet? Præterea an hæc luſtratio ſola χειρολουσίᾳ peragi potuit ſine totius corporis, inprimis capitis, ablutione, quomodo noctes plerumque purgari ſolebant. Aliorum ſomnia alii non expiabant, niſi de ſe aliquid portenderent. Priamus uxoris ſomnium de filio, & totius Trojæ, cui ipſe imperabat, excidio, expiavit. Martialis Naſidieni ſomnia de ſe fuiſſe dicit, adeoque ſibi expianda, & ut ab illis ſumtibus liberetur, petit ut de ſe ſomniet Naſidienus, ſi ſomniare libeat. Hoc autem uxori Pilati accidiſſe non liquet. Hoc ergo Pilati factum referendum ad illud Chreias genus, quod Rhetores μικτὴ vocant, quia ἐκ λόγου καὶ πράξεως conflatum eſt. Sicut Agabus, *Act.* 21. 11. zona Pauli manus ac pedes ſibi vinxit, dixitque: *hæc dicit Spiritus S. virum, cujus hæc eſt zona, ita vincient Hieroſolymis Judæi.* Deus ipſe, *Deut.* 21. præceperat, ſi quis gladio confoſſus in agro fuiſſet inventus, ignoto percuſſore, congregandos eſſe Sacerdotes Leviticos, una cum proximæ civitas Senioribus, qui ſuper vitulam in valle mactatam, manus ſuas abluerent, proteſtati: *manus noſtræ ſanguinem hunc non effuderunt, & oculi noſtri effundentem non viderunt: Expia populum ſuum Iſraelem, quem redemiſti, Jehova, & ne impone reatum ſanguinis innoxii in medio populi tui Iſraelis.* Addita promiſſione: *Sic expiabitur illis reatus illius ſanguinis.* Eodem more Pilatus, et ore & opere de ſua innocentia proteſtatus eſt. Hoc enim & moris antiqui fuit, notante ad hunc locum Grotio, ut judices ex legibus

bus aliquem damnaturi, manibus ad Solem elevatis teſtarentur ἀθῷοι ἐσμὲν ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ ἀνθρώπου, ut videre eſt in libro conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis, *l.* 52. 11. Philo, *de vita Moſis*: λύτρον σύμβολον ἀνυπαιτίου ζωῆς. Judæis mos vetus etiam nunc manet a funere venientibus manus lavandi, quo teſtantur ſe cauſam morti non præbuiſſe, & omnia neceſſaria miniſtraſſe defuncto.

CAPUT X.

Signa in cælo. Eclipſes. Cometæ. Libri Bigois, diſciplina Tuſca. Fulminum varia genera. Symbolum providentiæ divinæ. Jupiter Elicius. Sueſſanorum facinus horrendum. Capitolium de cælo tactum. Tempeſtates, Venti; Nebulæ Socratis numina. Judæi cælicolæ. Diluvium Noachicum univerſale. Inundationes Tyberis. Siccitates. Nili defectus. Terræmotus: apud Celænas. Lacus Curtius.

HActenus, quaſi Morpheo quodam duce, ignavi domum & penetralia ſomni ſatis ſpeculati, cornea an eburnea porta evaſimus. Nunc ſublimiora, & quæ extra hominem ſunt, μετέωρα contemplabimur, quamvis enim hæc naturales ſuas cauſas habeant, cum tamen ea ſignificent, quæ naturæ vires ſuperant, ingentes hominibus terrores incuſſerunt. Loquitur Deus mortalibus in verbo ſcripto: locutus eſt πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως per Vates: Sed & cœli enarrant gloriam Dei. Quomodo ille erga nos eſt affectus, eo modo ſidera, elementa, meteora, venti ac fulmina tanquam oculi Dei micant, ſonantque, ut in iis, tanquam in ſpeculo animum ejus in-

tueri poſſimus. Signa cœli timere Chriſtianos non decet, hoc gentilium eſt, *Jer.* 10. ab his tamen ad eorum conditorem pius aſcendit animus, ejuſque laudat clementiam, qui inertiam noſtram his quaſi ſtimulis excitat, ut mathematico aliquando reſpondit Carolus Magnus, an Ludovicus Pius ejus filius? ingentem cometam conſpiciens, & magnam rerum mutationem animo præſagiens. Deus O. M. nunquam miraculum edidit, ut converteretur atheus, quia lumen naturæ ad eum convincendum ſufficit: Signa hæc potentiæ ac majeſtatis divinæ ingentem horrorem incuſſerunt ſæpiſſime monſtris ἀθεολάτοις, quod de Tiberio & Caligula ſcripſit Suetonius: Superſtitioſam tamen gentilium religionem videmus ſimul ac miſeramur.

Signa hæc naturalia occurrunt in æthere Eclipſes: cometæ: in aëre Fulmina: in inferioribus Tempeſtates.

Eclipſium cauſas naturales demonſtrarunt illi, qui ſciverunt temporum orbes implere deſtinatas vices, Lunamque deficere cum aut terram ſubit, aut Sole premitur, quam quidem rationem ſibi perceptam etiam vulgus militum edocuerunt Agathocles Syracuſanus, *Juſtin. lib.* 22. & L. Sulpitius Gallus. *Liv. lib.* 44. *cap.* 37. Multitudo autem impotens, ſæva, mutabilis, ubi vana religione capta eſt, melius ſuperſtitioſis vatibus, quam ducibus paret. Cum tale oſtentum Alexandro M. contra Darium moventi oblatum eſſet, teſte Arriano 2. 3. 4. Lunæ, Soli ac Terræ fecit, ut omnes placatum iret, qui auctores iſtius deliquii viderentur. Nicias autem Athenienſium Imperator cauſæ ignarus, veritus claſſem portu educere, opes eorum afflixit. *Plin. lib.* 2. *cap.* 12. Narrat Livius, *lib.* 38. *c.* 36. M. Valerio Meſſala, C. Livio Salinatore coſſ. ſupplicationem in triduum pro collegio decem virorum imperatam fuiſſe in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuiſſent. Porro Lunæ laboranti diſſono ſtrepitu & clangore opem ferre ſtudebant, hinc Juvenalis, *ſat.* 6. de loquaci muliere:

Tot pariter pelves, & tintinnabula dicas
Pulſari, jam nemo tubas atqui æra fatiget:
Una laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.

Propert. lib. 1. eleg. 1.

At vos, deducta quibus eſt fallacia Lunæ,
Et labor in magicis ſacra piare focis.
Statius; 6. Theb. *attonitis quotiens avellitur aſtris.*
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant, fruſtraque timent. Ovid, 4. metam.
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Stellæ crinitæ etiam cæde expiatæ. *Suet. Ner. cap.* 36. *Tacit. ann.* 15, *cap.* 47. Cometes terrificum magna ex parte ſidus, ac non leviter expiatum. *Plin. lib.* 2. *cap.* 25. Hos enim malum portendere experientia loquitur.
Manil. *Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.*
Claud. *Et nunquam in cœlo ſpectatum impune cometam.*
Cic. 2. de divin: *Vidiſti & claro tremulos ardore cometas.*

Apud antiquiſſimos Tuſcos artem Fulguritarum ſcripſerat Bigois Nympha, cujus libri, una cum Sibyllinis & Martiorum, in templo Apollinis Palatini ſervabantur. *Serv. ad.* 6. *Ænid. v.* 72 In civitate Fæſulana celebres fuiſſe fulminum interpretes colligere eſt ex Silio Ital. lib. 8.
Adſuit & ſacris interpres fulminis alis *Feſula.* ———

Tuſci in eo reſpectu cœlum in ſedecim partes diviſere. Prima eſt a ſeptentrionibus ad æquinoctialem exortum: ſecunda ad meridiem: tertia ad æquinoctialem occaſum: quarta obtinet quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptentriones. Has iterum in quaternas diviſere partes, ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem e contrario appellavere dextras. Ex his maxime diræ, quæ ſeptentrionem ab occaſu attingunt. Itaque plurimum refert unde venerint fulmina, & quo conceſſerint. Optimum eſt in exortivas rediſſe partes. Ideo cum a prima cœli parte venerit, & in eandem conceſſerint, ſumma felicitas portenditur, quale Syllæ Dictatori oſtentum datum. Cætera ipſius mundi portione minus proſpera aut dira. *Plin. lib.* 2. *cap.* 54.

Diverſa fulminum genera, huc ſpectantia, ex Senecæ quæſt. natur. *lib.* 2. Plin. *lib.* 2. *cap.* 52. *& ſeqq.* item Feſto, tanquam in tabella proponemus, ne autores ſæpius nominare opus ſit.

Diſtinguuntur tum a cauſis efficientibus; tum ab effectis ſive ſignificationibus.

Digitized by Google

Ex cauſis vel dubia ſunt, vel certa.

Dubia, quæ & *provorſa* vocabantur, quæ ignorantur, noctu vel interdiu facta ſint: ideoque Jovi Fulguri, & Summano ſimul ſacra fiebant.

Certa, quæ ad certum auctorem referri poterant.

Tuſcorum literæ novem deos fulmina emittere exiſtimabant, eaque eſſe undecim generum. Servius, *ad* 1. *Æneid. v.* 46. in Hetruſcis de fulguratura libris, duodecim genera ſcripta eſſe dicit: & ex Varrone notat, quatuor diis fulmina aſſignari, alii plures numerant, ex quibus fortiſſimum quidem Jovis, minora Junonis & Minervæ, ideoque hæc Jovis fulmine, vindictam impletura, uſa eſt. 1. Æneid. v. 46.

Ipſa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem.

Romani duo tantum ex iis ſervavere: Dia vel diurna Jovi, nocturna Summano attribuentes. *Auguſt. de civ. Dei. lib.* 4. *cap.* 23. Junoni tamen ac Minervæ fulmen ex argento dederunt; Jovi autem ex auro pondo quinquaginta *Liv. lib* 22. *cap.* 1. Fuerunt & Jovis quædam ſimulachra, ſuperſtitioſis ritibus conſecrata, adverſus Theodoſium Imp. in Alpibus conſtituta a gentilibus, quæ ipſe, victo Eugenio depoſuit, eorumque fulmina, quod aurea eſſent, jocantibus, & ſe ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benigneque donavit. *Auguſt. de C. D. lib.* 5. *cap.* 26. Hoc Jovis Βροντοῖο telum etiam veteres Germani agnoverunt, qui quintum hebdomadæ diem Jovi ſacrum, Donder-dagh appellarunt. *Voſſ. de idolol. lib.* 2. *cap.* 35. Et hinc forte Dei Brontonis cognomen in lapide Romæ, ad D. Mariæ trans pontem, apud Ald. Manutium, *in ratione Orthogr. p.* 730.

SOLI. INVICT.
MITHRÆ. FL. SEPTIMIUS. ZOSIMUS.
V. P. SACERDOS. DEI.
BRONTONIS.
ET. ÆCATE. HOC. SPELEUM.
CONSTITUIT.

Brontontis, in eodem marmore legit Dempſterus *ad Roſin. antiq. lib.* 2. *cap.* 8. quod ad grammaticam analogiam accedit propius. De æde Jovis Tonantis in Capitolio ab Auguſto exſtructa, vide

de Rycquum, de capitolio, cap. 39. Alex. Donati Romam, lib. 2. cap. 11. An hic per contemtum Iudæis dictus בעל פעור *Baal Peor*, *Deus apertionis*, puta *natium*, in emittendo flatu ventris? quod Scaliger ſentit. Nihil enim æque ridicule tonitrui opponitur; quare Lucanus, in latrinis publicis, clariore crepitu ventris emiſſo, hemiſtichium Neronis ludibrii cauſa pronuntiaſſe dicitur: *Sub terris tonuiſſe putes*. Scaligeri ſententiam rejicit Voſſius, *de idol. lib.* 2. *cap.* 7.

Jovis Tonantis templum dedicavit Auguſtus. in ipſo ſacrificio tonitrua acciderunt, & Auguſto tale ſomnium oblatum: Quum propter nominis ac formæ ejus Jovis novitatem, & quod ab Auguſto is conſecratus eſſet, maxime autem quod adſcendentes in Capitolium ad eum primo perveniebant, ab omnibus *Jupiter Tonans* frequentaretur ac coleretur: imaginatus eſt in ſomnis Auguſtus, Jovem Capitolinum ſecum expoſtulare, quod ſecundo jam ipſe loco haberetur; ſeque reſpondiſſe, excubitorem hunc *Tonantem* ei Capitolino a ſe eſſe poſitum: ideoque orta die tintinnabulum *Jovi Tonanti* appendit ſomnii confirmandi cauſa. Nam qui noctu vicinas invicem domos cuſtodiunt, tintinnabulo utuntur, ut alter alteri, quoties viſum eſt ſignum dare poſſit. *Dio. lib.* 54. *Sueton August. cap.* 91.

Iupiter Ἀστραπαῖος aram habuit in muro inter templa Apollinis & Iovis Olympii, cui Pythaiſtæ, conſpecto ab Harmate fulgure, ex juſſu oraculi Delphici, ſacra faciebant. ut ex Strabone, aliiſque docet Meurſius. *Reliq. Attic. cap.* 9.

Quæ a Jove mittebantur fulmina conſiderabantur, vel ut a mittente, vel ut a recipiente.

Priori quidem modo tres Jovi manubias dabant (Manubias fulminum jactus dicit) in libris Hetruſcorum lectum, Servio teſte: ad 1. Æneid. v. 46.) Vel quia fulmen triſulcum: vel propter triplicem poteſtatem; Eſt enim vel *oſtentatorium*, quo terror incutitur. 1. Æneid. *Et fulmine terret*. 8. Æneid.

Fulgores nunc terrificos ſonitumque metumque: Miſcebant operi.

Vel *peremtorium*, quod punit. 8. Æneid. v. 432.

Flammiſque ſequacibus iras.

4. Æneid. v. 25. *Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras.*

Tale agnoviſſe videtur Paſtor ille fulmine percuſſus, cujus mo-

Digitized by Google

meminit Stephanus de urbibus, in *Laodicea;* qui telum agnoſcens exclamavit lingua Syriacá *Rahmanthas*, quod ipſe, ex Philone interpretatur: ἀφ' ὕψους ὁ θεός, *ab alto Deus.* Scilcet ῥᾶμαν ὕψος, ἀθᾶς ἢ ὁ θεός. Heinſiq tamen in exercitationibus ſacris ad 1. cor. 16. 22. corruptum videtur ex Μαρὰν ἀθὰ, quod eſt ὁ κύριος ἔρχεται. *Dominus venit.* quod diriſſimum devotionis carmen Judæis intonabatur, cum ipſius Domini adventum in ſontis caput implorarent, de quo vide Heideggerum de Patriarchis, *exercit.* 3. § 54. Quamvis autem Heinſio non placeat illud ῥᾶμαν per ὕψος explicare, & eodem Heinſio concedente paſtor ille Syriace locutus fuerit: nobis illa interpretatio non adeo abſurda viſa eſt, cum ea vox à רום vel רמם manifeſte deſcendat, & Heſychius ῥαμὰ per ὑψηλή interpretetur. Adi Bochartum, *geogr. ſacr. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12.

Vel denique *præſagum.* 10. Æneid. v. 177. *præſagi fulminis ignes.*
Ecl. 1. *De cœlo tactas memini prædicere quercus.*

Item alia tria ſunt fulminum genera; quod afflat, quod incendit, quod findit. Sic Jupiter Anchiſen *Fulminis afflavit ventis & contigit igni.* 2. Æneid. Incendii exemplum eſt in Semele, 3. metamorph.

Addidit & tonitrus, & inevitabile fulmen,
Qua tamen uſque poteſt vires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum dejecerat ipſe Typhoea,
Nunc armatur eo, nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud levius fulmen cui dextra Cyclopum
Sævitiæ flammæque minus, minus addidit iræ,
Tela ſecunda vocant ſuperi. —

Findit, ut 1. Georg. *Ipſe Pater, media nimborum in nocte, coruſca*
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit: fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis ſtravit pavor: ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit.

Alia emittit quidem Jupiter, ſed e conſilio Deorum, & quidem duobus modis. Nam vel advocat duodecim tantum Deos, atque hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, ſed tunc quoque non alitei quam ut noceat, nec prodeſt quidem impune, cum fragore

fragore diſcutit. Vel advocat omnes illos, quos ſuperiores vel involutos vocant: hoc vaſtat & includit, & mutat ſtatum privatum utique & publicum quem invenit, cum igne veniens adurit, fuligine deformat, accendit. &c.

Si autem recipientem reſpicias, fulmina, ut & omnia auguria ſunt oblativa vel Impetrativa.

Oblativa, quæ non poſcuntur, ſed forte veniunt. (*Serv.* 6. *Æneid. v.* 190.) ſunt triplicia: Conſiliaria, Auctoritatis, & Status. (*Serv.* 8. *Æneid. v.* 524.)

Conſiliaria, quæ & monitoria, ante rem fiunt, ſed poſt cogitationem: cum aliquid in animo verſantibus ſuadetur aut diſſuadetur. Tale apud Livium, *lib.* 42. *cap.* 20. In ſuſpenſa civitate ad expectationem novi cum Perſeo belli, nocturna tempeſtate, columna roſtrata in Capitolio tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt. Ea res prodigii loco habita ad Senatum relata eſt. Patres ad aruſpices referre, & Xviros adire libros juſſerunt. Xviri luſtrandum oppidum, ſupplicationem obſecrationemque habendum, victimis majoribus ſacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Minervæ promontorium renuntiarunt. Ludos per decem dies primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. Aruſpices in bonum verſurum id prodigium, prolationemque finium, & interitum perduellium portendi reſponderunt: quod ex hoſtibus ſpolia fuiſſent ea roſtra, quæ tempeſtas diſjeciſſet. Sic ſacrificante cos. Æmylio Paulo, fulmen in aram delapſum combuſſit, unaque perpetravit ſacrificium. *Plut. in. Æm. Paulo.* Chabrias item Athenienſis, teſte Frontino, *ſtrateg. lib.* 1. *cap.* 12. *ex.* 12. claſſe dimicaturus, excuſſo ante navem ipſius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus; *Nunc*, inquit, *potiſſimum ineunda pugna eſt, cum Deorum maximus Jupiter adeſſe numen ſuum claſſi noſtræ oſtendit.* Cicero in Mario, cujus fragmentum legitur: Aquilam

—— ubi prepetibus pennis, lapſuque volantem
Conſpexit Marius, divini numinis Augur,
Fauſtaque ſigna ſuæ laudis, reditufque notavit:
Partibus intonuit cœli Pater ipſe ſiniſtris,
Sic aquila clarum firmavit Jupiter omen.

Et

Et apud Virgil. 8. Æn.

Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Æneas Anchiſiades, & fidus Achates,
Multaque dira ſuo triſti cum corde putabant,
Ni ſignum cœlo Cytherea dediſſet aperto.
Namque improviſo vibratus ab æthere fulgor
Cum ſonitu venit, & ruere omnia viſa repente,
Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor.

Narrat xenophon, *rer. Græc. lib. 7.* poſtquam Archidamus Lacedæmonios ſuos ad ſtrenue rem gerendam hortatus eſſet, ex æthere fulgura ac tonitrua illi ſecunda intonuiſſe. Secuta eſt pugna, quæ ἄδακρυς dicta, in qua ex Lacedæmoniis nullus occubuit.

Ulyſſi procis exitium machinanti, Οδυσσ. φ. v. 413.

Ζεὺς δὲ μεγάλ' ἔκτυπε σήματα φαίνων.
Jupiper valde ſonuit ſigna oſtendens.

Cum Cyrus concione ad exercitum habita, Veſtam, Jovem aliosque Deos patrios precatus eſſet λέγονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ αὐτῷ αἴσιοι γενέσθαι. *Dicuntur fulgura & tonitrua ei boni ominis eſſe facta.* quæ ubi apparuiſſent Cambyſes pater & Cyrus, nullo præterea alio augurio utentes profecti ſunt, quod hæc ſigna Dei O. M. neminem laterent. *Xenoph.* κυρκπ. *lib.* 1. Epaminondas contra hoſtem exercitum educens, tonitru facto, ac iis, qui circa ipſum erant, interrogantibus, quid Deum ſignificare putaret, dixit: ἐμβεβροντῆσθαι τοὺς πολεμίους, attonitos eſſe hoſtes, *Plut. apopht.*

Amm. Marcell. lib. 23. *Secuta die, qui erat VII. Id. April, ſole vergente jam in occaſum, ex parva nubecula, ſubito aere craſſato, uſus adimitur lucis: & poſt minacem tonitruum crebritatem & fulgurum, Jovianus nomine miles de cœlo tactus, cum duobus equis concidit, quos potu ſatiatos a flumine reducebat, quo viſo harum rerum interpretes arceſſit: interrogatique id etiam vetare procinctum fidentius affirmabant*, fulmen conſiliarium *eſſe monſtrantes, ita enim appellantur*, quæ diſſuadent aliquid fieri, vel ſuadent. *Ideoque hoc nimis cavendum, quod militem celſi nominis, cum bellatoriis jumentis extinxit: & hoc modo contacta loca nec intueri nec calcari debere fulgurales pronuntiant libri.* Illuſtre eſt & illud, quod narrat Treutlerus

lerus in vitâ Wilhelmi Haſſiæ Lantgravii: cum Fridewaldi, Haſſorum arce belli contra Carolum V. ineundi conſilium inirent Principes Germaniæ cum Joh. Fraxineo Epiſcopo Bajonenſi, Galliæ Regis legato; eo momento, quo de ſumma rei vixdum inter illos convenerat, rapidum coruſcantis aëris fulgur totum conclave occupat, ſequente mox unico ſed terrifico aëris mugitu. Reliquis territis, Bajonenſis, conſilium hoc à Deo fauſta ominatione approbari, lætus exclamavit, idque exemplis ex antiquitate repetitis confirmavit. Exitus interpretationi fidem fecit. Simile quid bis accidiſſe in congreſſibus Henrici II. Angliæ, & Philippi Galliæ Regum notavit Bakerus.

Auctoritatis fulmen eſt, ubi poſt rem factam venit, quam futuram bono malove ſignificat. 12. Æn. *Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit*: ubi Servius: *cum fiunt fœdera, ſi coruſcatio fuerit, confirmantur*. In ipſo conſecrationis ædis Iovis Tonantis, ſacro multa tonitrua exaudita ſcribit Dio, *lib.* 54. Plut. in Galba: *ubi in caſtris exorſus eſt orationem partim habere, partim de ſcripto recitare: toties tonuit & fulguravit, tantaque vis imbris & caliginis in caſtra & urbem effuſa eſt, ut liqueret non admittere, neque comprobare Deos, neque felicem ſucceſſum habituram Piſonis adoptionem.* In tali fulmine nuptiarum quoque omen eſt. 4. Æneid. v. 166.

——— Prima & tellus & conſcia Juno
Dant ſignum: fulſere ignes & conſcius æther Connubii. ———

Claudianus, 2. de rapt. Proſerp. ——— *Ni Jupiter æthere ſummo*
Pacificas rubri torſiſſet luminis alas
Confeſſus ſocerum. nimbis Hymenæus hiulcis
Intonat, & teſtes firmant connubia flammæ.

Apud Homerum, Odyſſ. ω. v. 538. poſtquam Laërtes Eupithem percuſſiſſet, & Minerva pacem ſuaſiſſet, Jupiter fulmen emiſit:

Καὶ τότε δὴ Κρονίδης ἀφίει ψολόεντα κεραυνόν.

Et Iliad. B. v. 350. & ſeqq. Græcis naves conſcendentibus Jupiter fulmine miſſo, annuit:

Φημὶ γὰρ οὖν, κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,

 Ἀστράπτων

Ἀςράπτων ἐπιδέξι, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Hoc eſt, interprete E. Heſſo: —— *namque illa profecto*

Sponſio certa Iovis, nos vincere Pergama bello
Oſtendit, quo namque die hac in bella profecti
Cærula fluctivagis ſulcavimus æquora remis,
Trojanis mortem, & crudelia fata ferentes,
A dextra Pater immenſo ſplendore coruſcans
Affulſit nobis lætantibus omine dextro.

Status eſt, ubi quietis nec agentibus quicquam, nec cogitantibus quidem fulmen intervenit. Non itaque ſine cauſa fulmen divinæ providentiæ ſymbolum fuit: quod apparet ex numinis fulminis figuram gerentibus, cum ἐπιγραφῇ, PROVIDENTIÆ DEORUM, *EZ. Spanh. de uſu & præſt. numiſm. p.* 394.

Impetrativa fulmina dicebantur, quæ optata veniunt & poſcuntur: Sicut Æneas augurium petebat. 3. Æneid.

Da, Pater, augurium atque animis illabere noſtris.

Hæc a Jove Elicio, certo quodam carmine, impetrabantur: Picus ſic ait Numæ Pompilio. 3. Faſt.

Jupiter huc veniet ſumma deductus ab arce
Nubila promiſſi Styx mihi teſtis erit.
Emiſſi laqueis quid agant, quæ carmina dicant,
Quaque trahant ſuperis ſedibus arte Jovem,
Scire nefas homini eſt: nobis conceſſa canentur,
Quæque pio dici Vatis ab ore queunt.
Eliciunt cœlo te, Jupiter, unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.

Eadem ratione καταιβάτης *Deſcenſor* dictus eſt, in nummo Antonini, apud Patinum, *pag.* 226. Καταιβάσια, ſigna cœlitus ad terram demiſſa. favet locus Plutarchi, 2. de fort. Alex. *Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ parvam fortuna portiunculam contulerat, paſſus eſt ſe καταιβάτην, tanquam Deum qui in terras deſcendiſſet, appellari*, &c. Hunc ſub eo nomine colebant Athenienſes, eidem Sicyonii aram erexerant, ut refert Pauſanias in Eliacis.

Numa autem, dicto Ovidii loco fulmen a Jove impetravit:

Ortus erat ſummo tantummodo margine Phœbus,

Sollicitæ

Sollicitæ mentes ſpeque metuque pavent.
Conſtitit, atque caput niveo velatus amictu,
Jam bene dis notas ſuſtulit ille manus.
Atque ita, tempus adeſt promiſſi muneris, inquit,
Pollicitam dictis, Jupiter, adde fidem.
Dum loquitur totum jam Sol emoverat orbem,
Et gravis ethereo venit ab axe fragor.
Ter tonuit ſine nube Deus, tria fulmina miſit,
Credite dicenti, mira, ſed acta loquor.

Impetrativa fulmina duplicia erant, Hoſpitalia, vel Auxiliaria. Hoſpitalia, quæ ſacrificiis ad homines Jovem arceſſebant, ſed ſi iraſcente Domino invitarent, cum magno invitantium periculo veniebant. Itaque hunc impetrandi fulminis modum difficillimum eſſe, ex annalibus Piſonis, exemplo Tulli Hoſtilii oſtendit Plinius, *lib.* 28. *cap.* 2. qui cum ex Numæ libris, eodem, quo ille, ſacrificio, Jovem cœlo devocare conatus eſſet, quoniam parùm rite quædam feciſſet, fulmine ictus eſt. Eadem ſcribit Livius, *lib.* 1. Factum tamen a Volſiniis, & Porſena Herruſcorum Rege. Horrendum eſt, atque impietate ethnica magis impium quod narrat Jovianus Pontanus, lib. 5. de bello Neapol. *Inventi*, inquit, *ex oppidanis atque obſeſſis* (in oppido Sueſſa) *ſunt, qui nocturnis in tenebris, deceptis caſtrorum vigiliis, per aſperrimas rupes furtim profecti ad littus, trahentes imaginem affixi ad crucem Chriſti, maledictis eam prius, ac diro proſecuti carmine, poſt in mare exſecrabundi immerſerunt, cœlo, mari, terriſque tempeſtatem imprecati. Quo etiam tempore Sacerdotes quidam, mortalium omnium ſceleſtiſſimi, dum ſatisfacere profanis militum artibus ſtudent, ritum nefarium ſecuti, quo, ut dictum eſt, in hujuſmodi neceſſitatibus elici imbres putantur, aſino pro ædis foribus conſtituto, tanquam agenti animam, funeſtum cecinere carmen. Poſt divina euchariſtia in illius os palatumque injecta, conclamatum aſinum funereis cantibus, vivum tandem ibidem pro templi foribus, humavere. Hic vero, vixdum perfecto ſacro, obnubeſcere aer, ac mare ventis agitari cum cœpiſſet, dieſque medius offundi tenebris, ac nunc cœlum micaret ignibus, nunc lux omnino eriperetur, tonitru cœlum terraque horreſcerent, volitarent evulſæ ventis arbores, diſcuſſaque fulminibus ſaxa complerent aures*

fragoribus: prorupit tanta e nimbis pluvia imbreſque tam validi, ut non ciſternæ modo colligendis aquis ſatis non eſſent, ſed arentia ſaxa, rupeſque exuſtæ ſolibus, torrentes undequaque prolapſos diffunderent. Itaque Rex (Ferdinandus) *qui ſola in ſiti potiundi oppidi ſpem collocaverat, fruſtra ab ea habitus, ad Savonem in vetera caſtra rediit.*

Auxiliaria, quæ advocata dicebantur, ſed advocantium bono veniebant, 2. Æneid. poſt Anchiſæ precationem:

Da deinde auxilium, Pater, atque hæc omina firma:

Protinus additur; *Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore*
Intonuit lævum, & de cœlo lapſa per auras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Idem Ulyſſi contigit. Odyſſ. Y. verſ. 102.

Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς,
Αὐτίκα δ' ἐβρόντησεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου
Ὑψόθεν ἐκ νεφέων. γήθησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς.
Sic dixit precatus: hunc autem audivit conſiliarius Jupiter;
Statim autem tonuit a ſplendido Olympo
Ab alto ex nebulis. lætatus autem eſt Ulyſſes.

Et Æneæ poſt preces fuſas. 7. Æneid. v. 141.

Hic pater Omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radiiſque ardentem lucis & auro
Ipſe manu quatiens oſtendit ab æthere nubem.

Item Aſcanio: 9. Æneid. v. 630.

Audiit, & cœli genitor de parte ſerena
Intonuit lævum. Romulo: 3. Faſtor.
Ille precabatur: tonitru dedit omina lævo
Jupiter; & Lævo fulmina miſſa polo.

Etiam Mario, apud Ciceronem, lib. 1. de divin.

Hanc (aquilam) *ubi præpetibus pennis, lapſuque volantem*
Conſpexit Marius, divini Numinis augur,
Fauſtaque ſigna ſuæ laudis, reditusque notavit:
Partibus intonuit cœli pater ipſe ſiniſtris.
Sic aquilæ clarum firmavit Jupiter omen.

Æacus, apud Clementem Alex. Strom. lib. 6. ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ ἑλληνικὸν ὄρος, τὰς καθαρὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς οὐρανὸν κοινὸν ἀνακαλέσας τὸν θεὸν ηὔξατο συμπαθῆσαι αὐτὸν τετρομένην τὴν ἑλλάδα. ἅμα δὲ εὐχομένου, βροντὴ ἐξαίσιος.

ἐξαίσιος ἐκτύπει, καὶ πᾶς ὁ πέριξ ἀὴρ ἐνεφοῦτο. λάβροι δὲ καὶ συνεχεῖς ὄμβροι καταρραγέντες ὅλην ἐπλήρωσαν τὴν χώραν· ἐντεῦθεν ἄφθονος καὶ πλουσία τελεσφορεῖται εὐκαρπία τῇ Αἰακοῦ γεωργηθεῖσα εὐχῇ. *Cum in Græcum montem adſcendiſſet, mundis in cœlum extenſis manibus, communem Deum invocans precatus eſt, ut afflictæ miſereretur Græciæ. Simul ac autem cœpit precari, felix ſtatim tonitru inſonuit, & totus aer circumcirca fuit obductus nubibus. Vehementes autem & continui imbres erumpentes totam implevere regionem. Hinc efficitur abundans & copioſa fructuum feracitas, qui Æaci, tanquam agricolæ, fuere impetrati precibus.* Qua in re Princeps aëris, diabolus, Clemente judice, æmulari voluit ſignum illud, quo verus Deus ſignificare voluit ſe exaudiſſe preces ſervi ſui Samuelis, cui voce tonante, & pluvia reſpondit meſſis tempore. 1. *Sam.* 12. 18. Sicut igne θεοπρεπεῖ reſpondit Eliæ. 1. *Reg.* 18. De M. Aurelio Imp. ſcribit Jul. Capitolinus in ejus vita: *Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum intorſit, ſuis pluvia impetrata, cum ſiti laborarent.* Cujus hiſtoriæ imago hodieque viſitur, Romæ in columna Marci Cæſaris: quam divulſam ac diſſolutam reſtituit Pontifex Sixtus V. imaginemque ejus ſculpturæ expreſſit in annalibus Eccleſiaſticis Baronius, ad an. Chr. CLXXVI. In ea videre eſt Jovem pluvium cum ingenti barba, hinc hoſtes fulmine proſternentem, inde aqua pluvia refocillantem Romanos. Ubi in eo quidem peccatum, quod non Deo Chriſtianorum, ſed gentili numini hujus miraculi gloria tribuatur. Sed quid ab gentilibus aliud potuit exſpectari? qui omnia ſecunda Diis ſuis, ſuæque pietati; ac ſolum adverſa adſcribere ſolent Chriſtianis. Fuſius autem rem eſt exſecutus Dio Caſſius, ſive Coccejus, qui ſub filio hujus M. Aurelii, Commodo Cæſare, & ſequentibus vixit Imperatoribus. Narrat ille, ut Romanis fortiter pugnantibus cum Quadis, ſed illis prælium detrectantibus, propterea quod putarent ſiti poſſe confici Romanos citra prælium (hoc *machinamentum* hoſtium appellat Capitolinus) nubes derepente ſic coactæ ſint, ut maximus imber ſit coortus. *οὐκ ἀθεεὶ non ſine divino beneficio.* Addidit idem Dio, quomodo pluvia coorta Romani omnes faciem in cœlum ſuſtulerunt, prius ore aquam pluviam exceperint, mox ſcutis galeiſque ſubjectis largiter hauſerint, etiam equis bibere dede-

rint, pugnaſſe interim, ac ſanguine hoſtili in galeas infuſo, pariter aquam & ſanguinem hauſiſſe: dum vero pariter & pugnare & bibere volunt, magnam fuiſſe cladem accepturos, εἰ μὴ χάλαζα ἰσχυρὰ, ϗ κεραυνοὶ οὐκ ὀλίγοι τοῖς πολεμίοις ἐνέπεσον. *Niſi vehemens grando, nec fulmina exigua in hoſtes cecidiſſent.* Itaque inquit, ἦν ὁρᾷν ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ὕδωρ τε ἅμα ϗ πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φερόμενον ϗ οἱ ὑγραίνοντό τε ϗ ἔπινον οἱ δὲ ἐπυροῦντο, ϗ ἔθνησκον· ϗ οὔτε τῶν Ῥωμαίων τὸ πῦρ ἥπτετο, ἀλλ' εἴπου ϗ προσέμιξε σφισιν, εὐθὺς ἐσβέννυτο· οὔτε τοὺς βαρβάρους ὁ ὑετὸς ὠφέλει, ἀλλὰ ϗ ἐπὶ μᾶλλον τὴν φλόγα αὐτῶν, ὥσπερ ἔλαιον, ἔγειρεν. ὕδωρ τε ὑόμενοι ἐζήτουν· ϗ οἱ μὲν ἑαυτοὺς ἐτίτρωσκον, ὡς ϗ τῷ αἵματι τὸ πῦρ κατασβέσοντες, οἱ δὲ ϗ τοῖς Ῥωμαίοις προσέτρεχον, ὡς ϗ μόνοις σωτήριον ὕδωρ ἔχοντας· ἠλέησε γοῦν αὐτοὺς ϗ ὁ Μάρκος. *Videre erat eodem in loco inſimul de cœlo cadere aquam, & ignem, eoque alios madefactos, ac bibiſſe, alios vero exuſtos, ac mortuos. Nec enim ignis attingebat Romanos: vel ſi forte iis miſceretur, continuo extinguebatur: nec imber juvabat barbaros, ſed eos olei inſtar inflammabat: ſic ut pluvia perfuſi aquam requirerent, ac ſivi ipſis infligerent vulnera, ut ſic ignem ſanguine reſtinguerent. Pars etiam refugere ad Romanos, quaſi ſolis illis aqua foret ſalutaris: ſic ut Marcus etiam illorum miſereretur.* Atque hæc ex ipſo Dione ſe referre ait Johannes Xiphilinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in compendio Dionis. Ex quo etiam memorat iſta: Καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, Ἀρνέφιν τινα Μάγον Αἰγύπτιον συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τε τινὰς δαίμονας, ϗ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλίσασθαι, ϗ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. *Fama eſt Arnuphin Magum Ægyptium, qui una fuerat cum Marco, Mercurium illum, qui in aere eſt, ac dæmones alios, magicis quibuſdam artibus invocaſſe, perque eos pluviam extorſiſſe.* Idem de hoc Arnuphi legas apud Suidam. Sed ait, ab aliis eum qui ſapientia ſua effecerit, ut hinc coactis nubibus pluvia effunderetur, inde vero eſſent fulgura ac tonitrua, ſtatui Julianum Χαλδαῖον ſcriptorem, filium Juliani Philoſophi Chaldæi, qui quatuor de dæmonibus libros perſcripſit. Et jam dubitavit etiam Claudianus, utrum ea barbarorum clades tribui pietati Cæſaris deberet, an Magorum ſapientiæ. Sic enim ille lib. 1. in VI. Honorii conſulatum;

Non tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens, Marce, redis: cum gentibus undique cinctam

Exuit

Exuit Heſperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla Ducum. Nam flammeus imber in hoſtem
Decidit: hunc dorſo trepidum flammante ferebat
Ambuſtus ſonipes: hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea: liquefactaque pulvere cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus enſes.
Tunc contenta polo, mortalis neſcia teli
Pugna fuit: Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armavere Deos: ſeu quod reor omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.

Videmus ex his agnoſcere gentiles miraculum, quod in hac cum Quadis pugna contigit. Solum autem dubitare, utrum Cæſaris moribus id dederint Dii; an magicis artibus ſit tribuendum. Sed quis credat Deum hoc miraculum feciſſe ob impiam gentilis pietatem: aut miraculum hoc tribuendum eſſe ullius artibus magicis? præſertim cum Marcus Cæſar, quod tota ejus vita oſtendit, ab hujuſmodi hominum genere abhorruerit. Non dubium igitur, quin fides ſit habenda Apollinari Epiſcopo Hierapolitano, qui iiſdem ac Marcus Cæſar temporibus vixit, atque hoc ipſum Chriſtianorum precibus fuiſſe impetratum non dubitavit in apologia ſua referre; teſte Euſebio, *lib. 5. hiſt. Eccl. cap. 5.* Quemadmodum & fecit paulo junior ſed qui ejus temporis poterat meminiſſe, Tertullianus in apologia, *cap. 5. & lib. ad Scapulam, cap.* 4. ut mittam Gregorium Nyſſenum, *orat.* 2. *in XL.* Martyres, atque alios, qui multo poſtea vixere. Scribit Dio ſua etiam ætate, legionem duodecimam *κεραυνοβόλον Fulminatricem* eſſe dictam, quæ quod Cappadociæ impoſita eſſet *Melitene* appellata. Narrat ex Apollinari Euſebius, ex eo item Xiphilinus, ex hiſce Panvinius, legionem duodecimam ſive Melitenem ab hoc miraculo nomen accepiſſe *κεραυνοβόλας* ſive fulminatricis, nec antea fuiſſe legionem ullam, quæ Fulminatrix diceretur. Cui contradicit inſcriptio Tergeſtina apud Gruterum, pag. CXCIII inſcr. III. ubi jam Trajani temporibus legionis fulminatricis ſit mentio. Verum hæc ſic poſſe conciliari videntur, ſi ſtatuamus, duodecimam legionem fuiſſe antea dictam Fulminatricem. At aliam fuiſſe, in qua forent Chriſtiani, quorum precibus hoc miracu-

Digitized by Google

raculum feratur acceptum. Vocatam hanc Melitenem. Sed poſtea, gentilium aſtu, ad delendam hujus facti memoriam, fuiſſe aliis legionibus permixtam. Ita tum legionis Melitenes nomen periiſſe: imo & Fulminatricis: una duntaxat duodecima Fulminatricis nomen retinente. Unde eſt, quod in variis inſcriptionibus *legionis Fulminatricis* mentio fiat: quarum quin aliquæ ſint temporis ejus quod non poſt Trajanum modo, ſed etiam M. Aurelium fuerit, minime dubitandum: ut docet Voſſius in commentario de Chriſtianorum perſecutione, cui adde Clar. Witſii diatriben de legione fulminatrice Chriſtianorum, ſub Imperatore M. Aurelio Antonino.

Ex Effectis ſive ſignificationibus Fulmina ſunt vel Bruta, quæ inania, & nihil portendere videbantur: Vel ſignificantia, quæ certi aliquid portendebant; quæ ſi repeterentur Renovativa, vel Adteſtata dicebantur, quia iterato facta ſignificationem priorum adteſtabantur.

Hæc vel publica erant vel privata.

Publica, qualia Regalia, quorum vi tangebatur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca: quorum ſignificatio regnum civitati minatur. Hæc enim non ultra tricefimum annum portendere credebantur, præterquam in deductione oppidorum. Jul. Obſeq. de prodigiis cap, 1. *Junonis Lucinæ templum fulmine ictum, ita ut faſtigium valveque deformarentur.* cap. 2. *Ædes Jovis in Capitolio fulmine icta &c.* Tacit. annal. 13. cap. 24. *Urbem Princeps* (Nero) *luſtravit e reſponſo haruſpicum, quod Jovis ac Minervæ ædes de cælo tactæ erant.* Quod cum etiam Cotta & Torquato coſſ. factum eſſet, Cicero ad ſuum conſulatum, & conjurationem Catilinariam magnifice applicat, procurationemque fulminis cum cura factam eſſe oſtendit. 3. Catilin: *Nam profecto*, inquit, *memoria tenetis, Cotta & Torquato coſſ. complures in Capitolio turres de cælo eſſe percuſſas, cum & ſimulachra Deorum immortalium depulſa ſint, & ſtatuæ veterum hominum dejecta, & legum æra liquefacta. Tactus eſt ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis. Quo quidem tempore, cum haruſpices ex tota Etruria conveniſſent, cædes atque incendia, & legum*

Digitized by Google

gum interitum, & bellum civile ac domeſticum, & totius urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt; niſi Dii immortales, omni ratione placati, ſuo numine quaſi ipſa fata flexiſſent. Itaque ex illorum reſponſis, tum & ludi per decem dies facti ſunt, neque res ulla, quæ ad placandos Deos pertineret, prætermiſſa eſt: iidemque juſſerunt ſimulachrum Jovis facere majus, & in excelſo collocare, & contra atque ante fuerat, ad Orientem convertere: ac ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum quod videtis: Solis ortum & forum, curiamque conſpiceret, fore, ut ea conſilia, quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis atque imperii, illuſtrarentur; ut a S. P. Q. R. perſpici poſſent. Atque illud ita collocandum coſſ. locaverunt: ſed tanta fuit operis tarditas, ut neque a ſuperioribus conſulibus, neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. Neque hæc Cicero ſuis tantum narravit Quiritibus, ſed etiam, inſignis virtutum ſuarum præco, ligata oratione, *lib.* 1. *de divin.* poſteris tradere voluit.

Fulmina privata, quæ & familiaria, illa erant, quæ fiebant cuique familiam ſuam indepto, erantque fatidica in totam vitam. Cæterum exiſtimabant quoque non ultra decem annos privata fulmina portendere, præterquam aut primo matrimonio, aut die natali facta. Fulgurum ſuſceptiones inter privata ſacra numerantur Macrobio, *lib.* 1. *Saturn. cap.* 16. Servius item, *ad* 2. *Æneid. v.* 649. notat: De fulminibus hoc ſcriptum in reconditis invenitur, quod ſi quem Principem civitatis, vel Regem fulmen afflaverit, & ſupervixerit, poſteros ejus nobiles futuros & æternæ gloriæ.

Obſervandum, quorundam fulminum ſignificationes, ad hos vel illos, ad quos pertinere videntur non pervenire, quia enunciare & audire nefas, præterquam ſi hoſpiti indicentur, aut parenti, & ſæpe in vaſtum mare, aut ſolitudines, nullo conſcio, ſparguntur.

Porro fulminum ſignificationes vel determinatæ ſunt in hanc vel illam partem, vel mediæ & inter utramque hærentes.

Determinata fulmina vel proſpera ſunt vel adverſa.

Proſpera ac Læta cenſebantur læva, quoniam læva mundi parte ortus eſt. Varro, lib. 5. epiſt. quæſt. *A Deorum ſede cum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtrum ſunt partes mundi exorientes, ad*

 dextram

dextram occidentes, factum arbitror, ut ſiniſtra auſpicia meliora quam dextra exiſtimentur. Cic. 2. de divin. *Fulmen ſiniſtrum auſpicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia.* Nec tam adventus ſpectatur quam reditus, ſive ab ictu reſiliat ignis, ſive opere confecto, aut igne conſumto ſpiritus remeet. Ideo cum a parte cœli prima e ſedecim, quas ſupra enumeravi, venerint, & in eandem conceſſerint, ſumma felicitas portenditur, quale Syllæ Dictatori datum. Atque ideo hæc ſignificantiora, quoniam altiora, & viciniora domicilio Jovis. *Serv. ad* 2. *Æneid. v.* 693. Hæc vel manſura ac perpetua ſignificant, vel caduca.

Fulmina adverſa, peſtifera, quibus mors exiliumve ſignificabatur. Hæc mala portendunt vel inevitabilia, vel evitabilia; atque hæc triplicia. Mala enim vel poſſunt minui, vel prorogari, unde Fulmina Prorogativa, quorum minæ differri poſſunt, averti non poſſunt; vel denique tolli: unde Peremtalia, quibus tolluntur priorum fulminum minæ; idque duobus modis: Vel prioribus tollendis, vel majore manubia, ut tertia ſecundæ, ſecunda primæ cedat Nam ut omnia ſuperantur fulmine, ſic ictum fulgur manubiis vincitur.

Fulmina mediæ ſignificationis, ſunt vel mixta vel neutra.

Mixta, aut partem boni habent, partem mali: aut mala in bonum, aut bona in malum vertunt. Huc referri poſſunt Poſtularia, Obruta, Fallaciæ. Poſtularia ſive Poſtulatoria ſunt, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur. Obruta, quibus jam prius percuſſa, nec procurata feriuntur. Fallacia, quæ per ſpeciem alicujus boni nocent,

Neutra ſunt illa, quæ nec adverſa nec proſpera ſunt, ut quæ aliquam nobis actionem ſignificant, qua nec terreri nec lætari debemus: ut peregrinationem, in qua nec ſpei, nec metus quicquam ſit. Huc pertinent Deprecanea, quæ ſpeciem periculi ſine periculo afferre creduntur.

Atque hæc eſt veterum gentilium de fulmine theologia, quibus adde Ciceronem, 2. *de divinat.* Item ἐφήμερον βροντοσκοπίαν ἐκ τοῦ Τάγητος, quam primus in lucem produxit Janus Rutgerſius, *Var. lect. lib.* 3. *cap.* 16. Quid aliæ gentes barbaræ, Romanis ignotæ, de fulmine, ejuſque divinitate ſentiant, enarrat Voſſius, *de idolol. lib.* 3. *cap.* 8.

Poſt

Poſt Fulmina de Tempeſtatibus agendum: quibus Deum præfecerunt gentiles Æolum, qui, ut eſt apud Virgilium, 1. Æneid. v. 57. 58.

Luctantes ventos, tempeſtateſque *ſonoras*
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Et Deos Samothracas ſive Cabiros, a quibus Orpheus in tempeſtate tranquillitatem petiit; apud Diodorum Siculum, *lib.* 4.

Ædes tempeſtatis apud P. Victorem in prima urbis regione Ovid. 6. Faſt.

Te quoque, Tempeſtas, *meritam delubra fatentur,*
Cum pene eſt Corſis obruta claſſis aquis.

De hujus ædis dedicatione hæc ad me Daventria perſcripſit vir Ampl. & Clar. Gisbertus Cuperus, literis a. d. x. Kal. Majas CIↃ IↃC LXXV. Errant viri docti, qui ædis dedicationem M. Marcello tribuunt, qui bello Punico ſecundo Syracuſas venit, „ liberatus ab Oceani periculo, cum Corſicam & Sardiniam na- „ vigaret. Ita ſentit Carolus Neapolis ad Ovidium, & Tomaſi- „ nus cap. 25. de donariis, ſ cuti ambo fidem Marliani, cap. „ 16. lib. 7. topographiæ urbis Romæ. At ædes vota eſt & de- „ dicata a L. Cornelio Scipione, Barbati filio, A. U. C. 494. „ quo Conſul Corſos & Sardos divicit, cumque pene obrutus „ eſſet fluctibus maris Corſici: Inſcriptio antiqua effoſſa Romæ „ ad portam Capenam, Anno Chriſti 1616. HONC. OINO. „ PLOIRUME. CONSENTIONT. R. DUONORO. „ OPTUMO. FUISE. VIRO. LUCIOM. SCIPIONE. „ FILIOS. BARBATI. CONSOL. DENSOR. AIDILIS. „ HIC. FUET. A. HIC. CEPIT. CORSICA. ALERIA- „ QUE. URBE. DEDET. TEMPESTATIBUS. AIDE. „ MERETO. Cujus explicationem videre potes apud Gaſſen- „ dum in vita Peireſcii pag. 224.

Tempeſtatibus etiam ſacrificabant. Æneas, 5. Æneid.

Tres Eryci vitulos, & tempeſtatibus agnam
Cædere deinde jubet.

Tempeſtates in duorum elementorum regionibus excitantur potiſſimum, Aeris, & Terræ. Aeri mare jungimus, ubi occurrunt venti, grandines, nubes, & ſimilia μετέωρα, quæ ſtudioſe

ac ſuperſtitioſe gentilibus placabantur. De terribili motu balænæ in mari dicitur Joh. 41. 16. *Ab elatione ejus pavent potentes, & a fluctibus ejus* יתחטאו *expiantur.* Exempla tria ſunt apud Clementem Alex. lib. 6. Strom. Πάλιν ἱστοροῦσιν Ἕλληνες, ἐκλειπόντων ποτὲ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, Ἀρισταῖον ἐν Κέῳ θῦσαι Ἰσθμίῳ Διΐ· πολλὴ γὰρ ἦν φθορὰ φλογμῷ διαπιμπραμένων πάντων, καὶ δὴ καὶ τὸ ἀναψύχειν τοὺς καρποὺς εἰωθότων ἀνέμων, μὴ πνεόντων ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀνεκαλέτο. Δελφοὶ δὲ Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειπούσης τῆς Πυθίας·

Ὦ Δελφοὶ λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λῷον ἔσται,

βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον· πνεύσαντες γὰρ ἐρρωμένως περὶ τὴν Σηπιάδα ἄκραν συνέτριψαν πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ περσικοῦ στόλου. Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος κωλυσανέμας ἐπεκλήθη· λέγεται οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ὄρους, πνέοντός ποτε ἀνέμου βαρὺ καὶ νοσῶδες τοῖς ἐγχωρίοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν ἀγονίας αἰτίου γινομένου, παῦσαι τὸν ἄνεμον. διὸ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἔπεσι γράφει,

Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
Ὀρνύμενοι, θνητοῖσι καταφθινύθουσιν ἀρούρας.

Καὶ πάλιν· Εὖτ' ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματα θήσεις.

Rurſus narrant Græci, quod cum eteſiæ venti aliquando deficerent, Ariſtæus in Ceo ſacrificavit Jovi Iſthmio: maxima enim erat calamitas; qui, cum ardore omnia conflagrarent, & venti non ſpirarent, qui ſolebant fructus refrigerare, facile eos revocavit. Delphi autem, cum Xerxes bello invaſiſſet Græciam, dixiſſet autem Pythia:

Placate, o Delphi, ventos, jam fata favebunt.

altari poſito, & facto ventis ſacrificio, eos habuere adjutores. Nam cum circa Sepiadem Promontorium ſpiraſſent vehementes, Perſicæ claſſis apparatum univerſum contrivere. Empedocles quoque Agrigentinus κωλυσανέμας, *id eſt*, ventorum prohibitor *fuit cognominatus. Dicitur certe cum ex monte Agrigenti, gravis quidam aliquando ſpiraret ventus, qui non ſolum morbos importabat incolis, ſed eorum etiam uxoribus ſterilitatis erat cauſa, feciſſe ut is ceſſaret. quocirca ipſe quoque ſcribit in verſibus:*

Indefeſſorum ventorum flamina tolles:
Qui ſpirando hominum perdentes arva fatigant.
Et rurſus: Cumque voles eadem tu rurſus flamina pones.

Quod de Delphis hic dicitur narrat etiam Herodotus, *lib. 7.* qui

Digitized by Google

qui Polymnia inſcribitur. Tempeſtatem autem illam, qua Perſica claſſis afflicta eſt, Magi quarto die ſedarunt, inciſiones faciendo, ventum incantando, Thetim ac Nereides ſacrificiis placando. *Herod. ibid.* Lacedæmonii in monte Taygeto equum ventis immolabant, ibidemque adolebant, ut eorum flatu cinis ejus per fines quam latiſſime deferretur. *Feſtus in October equus.* Athenienſes Boreæ ſacra faciebant. Heſychius: Βορεασμοὶ Ἀθήνησιν οἱ ἀγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτὰς καὶ θοίνας, ἵνα ἄνοτοι πλέωσιν ἐκαλοῦντο ἡ βορεασμοί. *Boreaſmi feſta & epulæ in honorem Boreæ inſtituta, ut eo propitio ſilerent auſtri in navigatione.* alii malunt legere ἄνοσοι πνῶσιν, id eſt, *ſalubres ſpirarent.* Videtur dicere thiaſotas horum ſacrorum fuiſſe appellatos Βορεασμοὺς, alii arbitrantur Βορεασμὸν eſſe hujus ſuperſtitionis ritum: at qui hæc ſacra celebrarent, eos eſſe dictos Βορεασάς. Etiam apud Platonem in Phædro legas de ara ab Athenienſibus Boreæ conſtituta: ubi is Orithyiam rapuiſſe dicebatur. ubi tamen una cum Borea cultus videtur vir magni nominis a Boreali tractu adveniens, a quo rapta Orthyia. Niſi malis, Principem hanc puellam periiſſe tempeſtate, a Borea excitata; ac propterea placuiſſe, ut Boreæ ſupplicaretur, quo in poſterum magis propitius foret navigantibus. Eundem etiam Thurii anniverſario feſto coluerunt. *Ælian. var. hiſt. lib.* 12. *cap.* 61. & Megalopolitæ, teſte Pauſania, *in Arcadicis.*

Helleniſtæ Judæi Βοῤῥᾶ, ſive Aquilonis nomine, infeſtum illum generi humano hoſtem denotare ſolent; illud Jeremiæ, *cap.* 1. ſcilicet ſecuti: ἀπὸ προσώπου βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. *A facie Boreæ excitabuntur mala in omnes habitatores terræ.* Heſychius: Βοῤῥᾶς, ἄνεμος ψυχρὸς, παγώδης καὶ σκληρός; ὃς τροπολογούμενος σκαιὸς καὶ ἀποπεμπτος λέγεται, ὃς σημαίνει τὸν διάβολον, παρὰ τὸ τῶν ἀσεβῶν (Al. leg παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι) ἐπιδέξιος. Reſpexit autem locum Salomonis, ut putavit, Βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται cum omnino nihil tale Hebræi in hoc loco legant. Vox ipſa Hebræa origine videtur, à ברח quod celeritatem notat tam in curſu quam in fuga, quemadmodum & fugitivum cum Attici, cum Orithyiam rapuit, fecere. Sic Jeſaias, *cap.* 27. 1. Leviathanem נחש ברח vocat, LXX. δράκοντα ὄφιν φεύγοντα. Jobus autem, *cap.* 26. 13. Dominum ſerpentem ברח condidiſſe

 ait,

ait, LXX. *δράκοντα τὸν ἀποστάτην. ſerpentem qui defecit*, ideſt, diabolum, à velocitate; vel quod cuncta penetraret. unde de Borea Ovidius, 7. metamorph.

Idem ego cum ſubii convexa foramina terræ,
Suppoſuique ferox imis mea terga cavernis,
Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.

Quemadmodum & ei filium, à voce קל, quæ velocitatem notat, *Calain* dixerunt. Boreæ autem etiam ſerpentum caudas pedum loco junxerunt. Pauſanias in Eliacis: Τέταρτος δ' ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐξ ἀριστερᾶς περιϊόντι Βορέας ἐστὶν, ἡρπακὼς Ὠρείθυιαν. οὐραὶ δὲ ὄφεων ἀντὶ ποδῶν εἰσιν αὐτῷ. *Quartus ſuper ciſta, a ſiniſtra ſi circumeas, Boreas qui Orithyiam rapuit: pedum autem loco ſerpentes habet.* Unde & fortaſſe Draco Arcticus, ſeu Borealis, ab Aſtronomis in ea parte eſt collocatus. Quantum autem circa tempeſtates valeant Angeli vide apud Lib. Fromundum, *meteorol. lib. 4. cap. 2. artic. 3.*

Inter Pythagoræ ſymbola refertur: *Ventis ſpirantibus, ſonum adora.* Jamblichus in enarratione ſymbolorum Pythagoræ. τὸ δὲ, ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὼ προσκύνει, καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα. αἰνίττεται γὰρ, ὡς δεῖ τῶν θείων φύσεων καὶ δυνάμεων τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν. hoc eſt: *Illud vero*, Ventis ſpirantibus, ſonum, adora, *divinæ quoque ſapientiæ argumentum, ſignumque eſt. Quippe innuit, quem admodum oporteat amare & diligere divinarum naturarum & potentiarum ſimilitudinem.* Lege factum vatis Eliæ. 1. *Reg.* 19. *v.* 11. 12. 13. Lilius Greg. Gyraldus exiſtimat Philoſophum diſcipulos ſuos monere voluiſſe, ut cum ſeditionibus rixantes inter ſe cives viderent, ipſi in tutum ſe reciperent, procul videlicet a litibus ac tumultibus, quos per ventos flantes intelligit. Aliis videtur alluſum ad Græcum verſiculum:

Καιρῷ λατρεύειν, μὴ δ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Tempori inſerviendum, neque ventis reſtandum.

In Titane Sicyoniorum oppido ara ventorum eſt, ad quam una nocte quotannis ſacerdos ſacrum facit, ut & ad quatuor foveas arcana quædam ſiebant, ad ventorum ſævitiam placandam, Sacerdote magica quædam Medeæ carmina cantante. *Pauſan. Corinth.* Eurypylus, 2. Æneid. adytis hæc dicta reportat:

San-

Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Cum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras,
Sanguine quærendi reditus, animaque litandum
Argolica. Anchiſes, 3. Æneid.
Placemus ventos, & Gnoſſia regna petamus:

Deinde mactat *Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.* Nigram agnum immolandam monet Bacchus in Euripidis & Æſchyli contentione apud Ariſtophanem in Ranis, act. 3. ſc. 2.

Ἄρ' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε.
Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.
Agnum huc, agnum efferte pueri nigrum ocyus:
Nam turbo verborum tentat prorumpere.

Cic. 3. de nat. deor. *Quod ſi nubes retulerit in Deos, referendæ certe erunt tempeſtates, quæ populi Romani ritibus conſecratæ ſunt. Ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines ſunt Dii putandi. Noſtri quidem Duces mare ingredientes immolare hoſtiam fluctibus conſueverunt.* Non ſecus ac hodie Veneti, tradito more a majoribus, mare quotannis deſpondent. Simile quid olim factitatum eſſe Syracuſis, colligere licet ex Athenæo, *lib.* 11. *cap.* 2. In extrema ejus urbis inſula, juxta Olympiæ templum extra muros focus quidam fuit, unde calycem navi deducunt tendentes in altum, uſque dum clypeus Minervæ templo impoſitus videri deſinat: ibi tum calycem hunc fictilem in mare demittunt, conjectis prius in illum floribus, favis, thuris granis integris, aliiſque aromatis.

Ariſtæus Rex, ſacrificiis in inſula Ceo Iovi peractis, eteſias deficientes revocavit, Loca huc facientia ex Hygino, Theophraſto, Apollonii Argonauticis adduxit Bochartus *Canaan. lib.* 1. *cap.* 14. Plutarchus etiam in Lucullo illuſtre exemplum habet. Cum Mithridates Ponti Rex valida claſſe urbem Cyzicum premeret, Proſerpina, cui ſacra rite facta erant, Ariſtagoræ ſcribæ publico in ſomnis apparuit, dicens: *Cras tibicinem Libycum cum tubicine Pontico committam.* Ænigma non intelligebatur, donec luce inſequente, auſter ferox a Libya adſpirans, tempeſtate commota, Ponticam claſſem, & omnes machinas Mathematici Niconidis colliſit & diffregit.

Nubium cultores a craſſioribus gentilibus ἀθεότητος ſunt inſimu-

mulati. Athenienſes Numina Socratis nebulas & fluida elementa eſſe dixerunt: ut Ariſtophanes in Nebulis ſcenice luſit.

Ὦ δέσποθ᾽ ἄναξ, ἀμέτρητ᾽ ἀὴρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον,
Λαμπρός τ᾽ αἰθὴρ, σεμναί τε θεαὶ, νεφέλαι βροντησικέραυνοι.
O Rex, immenſe aer, qui terram pendentem undique cingis,
O rutile æther, O veneranda nubes, quæ fulmina vento mittitis.

In eadem comœdia Socrates Strepſiadem ſic affatur:

Βούλει τὰ θεῖα πράγματ᾽ εἰδέναι σαφῶς,
Καὶ συγγενέσθαι ταῖς νεφέλαισιν εἰς λόγους,
Ταῖς ἡμετέραισι δαίμοσιν;
Vis tu res divinas clare pernoſcere,
Etiam cum nubibus in colloquio congredi
Noſtris Deabus? Iterum:
Οὐράνιαι νεφέλαι, μεγάλαι θεαὶ, ἀνδράσιν ἀργοῖς·
Αἵπερ γνώμην καὶ διάλεξιν καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσιν.
Καὶ τερατείαν, καὶ περίλεξιν, καὶ κροῦσιν, καὶ κατάληψιν.
Nubes cæleſtes, magnæ viris numina pigris:
Quæ ſenſum & mentem nobis ſuppeditant, vireſque loquendi,
Nugandi, circumſcribendi, apprehendendi, animoſque movendi.

Tandem: αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαὶ, τ᾽ ἄλλα δὲ πάντ᾽ ἐστὶ φλύαρος. *Hæ ſolæ ſunt Deæ, alia omnia nugæ.* Spernebat vir ſapientiſſimus eos Deos, quos colebat ſuperſtitioni obnoxia civitas: hoc cives putido maledicto ultum ivere. Judæis quoque hoc per calumniam impegerunt gentiles. Juven. ſat. 14.

Quidam ſortiti metuentem Sabbatha patrem,
Nil præter nubes & cœli numen adorant.

quo facit illud Petronianum:

Judæus licet & porcinum numen adoret,
Et cœli ſummas advocet auriculas.

Si heic pro *cœli* legas *cilli*, ſermo erit de ὀνολατρείᾳ æque falſo adſcripta Judæis, quod magis placet Voſſio, *lib.* 3. *de idolol. cap.* 75. vid. & Iſ. Voſſium ad Pomp. Melam, *lib* 1. *cap.* 18. Nonnulli Hebræorum Doctores cœleſtes orbes anima, intelligentiaque præditos exiſtimarunt, quam R. Moſis opinionem David Kimchi in Pſ. 19. his verbis explicat: והרב מורה צדק החכם רבי משה פירש כספרים על השכלים כי דעתו ידע הפילוסופים כי גלגלים חיים משכילים עבדים

: לאל ומשבחים אותו שבח גדול *Rabbi Moſes vocem illam* enarrant, *ſic exponit, ut ad cœleſtes orbes referat: quoniam hæc illius ac Philoſophorum opinio eſt: cœleſtes orbes vivere ac intelligere, ac Deum colere, & ſummis laudibus efferre.* Propterea Judæos *cœlicolas* ab Impp. *Cod. de Judæis & cœlicolis*, appellari cenſet Baronius, ad A. C, LX. Conſtat vocem שמים apud Hebræos ſæpe verum Deum notare: ut & Chald. שמיא Dan. 4. 26. item οὐρανὸς in Novo Teſt. Luc. 15. 21. & 20. 4. & apud ſcriptorem apocryphum. 1. Maccab. 3. 18. & 5. 12. Sic apud Latinos *cælum*. Virg. 8. Æneid.

Cæruleus Tybris cœlo *gratiſſimus amnis.*

Ovid. 8. metam. —— *immenſa eſt, finemque potentia* cœli
Non habet, & quicquid ſuperi voluere peractum eſt.

De Chriſtianis idem quod de Judæis fuit exiſtimatum Tertullian. apolog. cap. 24. *Alius, ſi hoc putatis, nubes orans, alius lacunaria.* Nempe, qui gentium numina colere recuſabant, verum autem Deum, ſublatis in cœlum oculis, invocabant, ſtolidis viſi ſunt nationibus nihil præter aerem colere, vel nubes numerare, ſi ſub dio precarentur; vel lacunaria, quoties hoc ſub tecto facerent. Antequam vero gentilitatem ſuperſtitio plane obruiſſet, numina ſine ſimulachris colentes, ut Romanos poſt Numam annis 160. feciſſe teſtatur Plutarchus, cœlum ſuſpiciebant, illudque aereum præſertim, Jovis nomine invocabant. Ennius apud Cicer. 2. de nat. Deor.

Aſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes Jovem,

& Euripides ibidem: *Vides ſublime fuſum immoderatum æthera,*
Qui tenero terram circumvectu amplectitur?
Hunc ſummum habeto divum: hunc perhibeto Jovem.

Ipſa Euripidis fabula interiit, hi tamen verſus Græce leguntur apud Clementem Alex. lib 5. Strom:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν

Ex Aere in Terram deſcendemus, quæ cum fluminibus eam interſecantibus, & mari circumfluente, ita connexa eſt, ut unum

O corpus

Digitized by Google

corpus conſtituant: in quo aquarum fluxus ac refluxus inſoliti maximum ſæpe mortalibus metum incuſſerunt. Ex aquarum enim incrementis ad priora tempora mente recurrebant, verentes ne aliud quoddam diluvium, Noachico æquale, univerſam terram rurſus inundaret. Hujus univerſalitatem negavit hoc ſeculo *Iſaacus Peyrerius*, Præadamitas ſomnians; ſolide autem aſſeruerunt *Samuel Mareſius*, & *Chriſtianus Schotanus* in Bibliotheca hiſtoriæ ſacræ. Diluvii hujus famam per traditionem ad omnes gentes dimanaſſe certiſſimum eſt: Grotius, lib. 1. de ver. relig. „ Chriſt. De diluvio notandum, in ejus hiſtoriam ferme omnium gentium hiſtoriam deſinere, etiam earum, quas diu incognitas parentum noſtrorum ætas notitiæ noſtræ tradidit: unde „ & Varroni omne id tempus ignotum vocatur. Sed quæ a Poetis fabularum licentia involuta legimus, ea ex vero, id eſt, „ Moſi convenienter vetuſtiſſimi ſcriptores tradiderant, Chaldæorum Beroſus, Aſſyriorum Abydenus, qui & columbæ emiſſæ „ meminit, ut & ex Græcis Plutarchus; & Lucianus, qui apud „ Hierapolim Syriæ vetuſtiſſimam ait extitiſſe hiſtoriam & de „ Arca, & de ſervatis per eam non hominibus modo ſelectis, „ ſed & animalibus cæteris. Apud Molonem quoque & Nicolaum Damaſcenum hiſtoria eadem extabat: quorum hic Arcæ „ quoque nomen habebat, quod & in Deucalionis hiſtoria apud „ Apollodorum reperitur. Sed & in Americæ partibus, Cuba, „ Mechoacana, Nicaraga, diluvii, animalium ſervatorum, quin „ & corvi & columbæ ſervatam memoriam, diluvii ipſius etiam „ in ea parte, quæ nunc Caſtella aurifera vocatur, Hiſpani complures teſtantur. Qua parte terrarum homines ante diluvium „ egerint, vel illud loquitur, quod Plinio notatum eſt, Joppen „ ante diluvium conditam. Locus in quo ſubſedit arca poſt diluvium, in montibus Gordiæis, ab omni ævo, in hunc diem „ Armeniorum conſtante memoria, monſtratur.

Cauſſam immanis hujus calamitatis fuiſſe enormia ejus ſeculi peccata & S. Scriptura teſtatur, Gen 6. & gentiles agnovere. Ovid. 1. metam.

Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero, fratrum quoque gratia rara eſt.

Imminet

Imminet exitio vir conjugis, illa mariti,
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos,
Victa jacet pietas, & Virgo cæde madentes
Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Deinde poſtquam Poeta Gigantomachiam, & fœdas Lycaonis menſas ceciniſſet, Jovem in concilio Deorum ſic indignantem, ac concionantem facit:

Occidit una domus, ſed non domus una perire
Digna fuit, quà terra patet, fera regnat Erinnys,
In facinus juraſſe putes. —— ——

Lucianus de Deâ Syria, mores hominum ante diluvium Deucalionis, quod cum Noachico fere confunditur, ſic deſcribit: ὑβρισαὶ κάρτα ἐόντες, ἀθέμιστα ἔργα ἔπρησσον, οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον, οὔτε ξείνους ἐδέχοντο, οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο. *Cum contumelioſi admodum eſſent, nefaria opera perpetrabant. Neque enim jusjurandum obſervabant, neque hoſpites recipiebant, neque ſupplicum miſerebantur.*

Hac ergo de cauſa inſolitas inundationes inter ominoſa prodigia numerabant gentiles. Livius lib. 5. cap. 15. *In unum omnium curæ verſæ ſunt, quod lacus in Albano nemore, ſine ullis cœleſtibus aquis cauſave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam crevit. Quidnam eo Dii portenderent prodigio miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum.* Inprimis vero Romanis ſcriptoribus notatu digna viſa eſt Tyberis inundatio. Livius, lib. 30. cap. 38. *Inter prodigia etiam aquarum inſolita magnitudo in religionem verſa, nam ita abundavit Tyberis, ut ludi Apollinares circo inundato, extra portam Collinam, ad ædem Erycinæ Veneris parati ſint. Cæterum ludorum ipſo die, ſerenitate ſubitâ orta, pompa duci cœpta ad portam Collinam, revocata deductaque in Circum eſt, cum deceſſiſſe inde aquam nuntiatum eſſet: lætitiamque populo, & ludis celebritatem addidit ſedes ſua ſolemni ſpectaculo reddita.* In ludis illis ſcenicis, quos avertendæ peſtis cauſa primos Romani inſtituerunt, idem notat Livius, *lib. 7. cap.* 3. quod hoc primum ludorum initium, procurandis religionibus datum, nec religione animos, nec corpora morbis levaverit, quin etiam cum medios forte ludos circus Tyberi circumfuſo irrigatus impediſſet, id vero

O 2

Digitized by Google

ro velut averſis jam Diis, aſpernantibuſque placamina iræ, terrorem ingentem fecit. Tacit. annal. 1. *Eodem anno continuis imbribus auctus Tiberis, plana urbis ſtagnaverat, relabentem ſecuta eſt ædificiorum & hominum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallus ut libri Sibyllini adirentur.* Plutarch. Othone: *Id quod Tiberi accidit, pro fœdo oſtento habuit vulgus. Erat quidem hora, qua potiſſimum flumina exundant, ſed nunquam in tantum excreverat neque tantam ediderat ſtragem, vel ruinam attulerat effuſus, & inundans magnam partem urbis, maxime in foro frumentario, ut magna fames per multos dies urbem obſederit.* Oroſius, lib. 4. cap. 11. *Quinto Lutatio Catulo, Aulo Manlio Coſſ. (anno ab U. C. 507) diverſæ ignium aquarumque clades pene abſumſere urbem. Nam Tiberis inſolitis auctus imbribus & ultra opinionem, vel diuturnitate vel magnitudine redundans, omnium Romæ ædificia, in plano poſita, delevit.* vide Auguſtin. de C. D. lib. 3. cap. 18. Similes Tiberis inundationes, & ſubſecuta mala enumerat Lycoſthenes de prodigiis. *pag.* 107. 143. 145. 191. 235. 336. &c. Adde Richterum *axiom polit.* 308.

Propter inſolitas etiam ſiccitates animi gentilium religione tacti, ſterilitatem inde metuentes. Sic Græci: Clem. Alex. lib. 6. Strom. Πλὴν ἀλλ' οἱ Ἕλληνες αὐχμοῦ ποτε τὴν Ἑλλάδα πολυχρονίως φθείροντος, καὶ ἐπισχέσεως ἀγονίας καρπῶν, οἱ καταληφθέντες, φασὶ, διὰ λιμὸν ἱκέται παραγενόμενοι εἰς Δελφοὺς, ἤροντο τὴν Πυθίαν, πῶς ἂν ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δεινοῦ. μίαν δ' αὐτοῖς ἔχρησεν ἀρωγὴν τῆς συμφορᾶς, εἰ χρήσαιντο τῇ Αἰακοῦ εὐχῇ. *Verum enim vero cum diuturna ſiccitas Græciam aliquando affligeret & fructuum eſſet magna ſterilitas, qui remanſerant, inquiunt, propter Delphos ſupplices venientes, rogarunt Pythiam, quomodo liberarentur a tam gravi calamitate. Ea reſpondit, calamitatis unum eſſe remedium, ſi uterentur precibus Æaci.*

De Arcadibus refert Pauſanias, *in Arcadicis*, ſi ſiccitate ſolum laboret, atque ex eo ſegetes & ſtirpes exareſcant, ibi Jovis Lycæi Sacerdos ad aquæ ejus fontes cum precatione converſus, riteque re divina, mactatis hoſtiis, peracta, e quercu ramum non alte, ſed in ſummam aquam porricit; exiſtit repente, commota aqua, ater halitus nebulæ perſimilis, ex quo ita multo poſt nubes attollitur, moxque plurium nubium acceſſione obducto cœlo, Arcadum fines optatis imbribus perfunduntur. Guanchæ Canarienſes

&c

& Peruani, cum ſiccitas eſt, oves & capras ad balatum fame, vel alia neceſſitate adigunt, quo iram numinis placari, ac pluviam impetrari exiſtimant. *Horn. orig. Americ. lib.* 2. *cap.* 13. Sic Roman: Livius, lib. 4. cap. 30. *A. Cornelio Coſſo, T. Quintio Penno* 11. *Coſſ. ſiccitate plurimum laboratum eſt: nec coeleſtes modo defuerunt aquæ, ſed terra quoque ingenito humore egens, vix ad perennes ſuffecit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivoſque ſtragem ſiti pecorum morientium dedit: ſcabie alia abſumta, vulgatique contactu in homines morbi, & primo in agreſtes irruerant ſervitiaque, urbs deinde impletur. Nec corpora modo affecta tabo, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa invaſit: novos ritus ſacrificando, vaticinandoque inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi; donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit, cernentes in omnibus vicis ſacellisque peregrina atque inſolita piacula pacis Deum expoſcendæ. Adeo ut datum inde negotium ædilibus fuerit, ut animadverterent, ne qui niſi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio colerentur.* Hoc *Aqualicium* dicebatur, cum aqua pluvialis remediis quibuſdam elicitur. *Feſt.* Tertull. apolog. cap. 40. *Cum ab imbribus æſtiva hyberna ſuſpendunt, & annus in cura eſt aquilicia Jovi immolatis, nudepedalia populo denunciatis, coelum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis averſi ab ipſo & Deo & cœlo.* Cum Siciliam ſterilis annus arefeciſſet, divino Palicorum reſponſo admoniti Siculi, heroï cuidam certum ſacrificium celebraverunt, & revertit ubertas. *Macrob. ſaturn. lib.* 5. *cap* 19.

Ægyptii Nili incrementa ſtudioſe obſervarunt, a quibus totius anni ſpes pendebat, adhibent Νειλομέτρειον ſive Νειλοσκόπιον in cubitos diſtinctum, cui cum aliquando Grammaticus quidam Abujaafarus aſſideret, carmen quoddam in partes divellens & ad normam exigens, ita ut a prætereuntibus non intelligeretur, tanquam incantationibus ſuis amnis tumorem compeſceret, ab illis in aquam præcipitatus miſer periit. Nilus enim eo anno parcius exundaverat, adeo ut Ægypto fames timeretur. *Pocok. not. ad. Abulfar. pag.* 161. Nilo ergo deficiente, omnibus modis eum placare, & incrementum ejus provocare ſtuduerunt, quod etiam mactatis hoſtiis humanis primus fecit Buſiris. Ovid. 1. de arte:

Dicitur Ægyptus caruiſſe juvantibus arva
Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe novem:
Cum Thraſylus Buſirin adit, monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Jovem.
Illi Buſiris, fies Jovis hoſtia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.

Idem in Ibin: *Ut qui poſt annos ſacri mactator iniqui*
Elicuit pluvias victima caſus aquas.

Hanc crudelitatem perſtringit Juvenalis, ſat. 15.

—— Quæ tanta fames, infeſtaque vallo
Arma coegerunt tam deteſtabile monſtrum
Audere? anne aliam terra Memphitide ſicca
Invidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Serapidem ejus incrementi auctorem putabant, ideoque ad ejus templum πῆχυν menſuram adſcendentis Nili deportabant, quem morem abrogavit Theodoſius Imperator, qui cum Nilum de priſtino incremento nihil remittere animadverteret, ingenti exultatione dixiſſe fertur: *Gratias tibi, CHRISTE, quod abſque urbis illius magna pernicie, tam vetuſtus error extinctus eſt.* Ruffin. lib 11. hiſt. Eccl. qui eſt appendix ad Euſeb. cap. 30.

Tandem in viſcera terræ ibimus; ex cujus cavitatibus ignes aliquando erumpentes luſtrationibus ſæpe repreſſi viſi ſunt ſuperſtitioſis, inprimis quos Ætna evomuit: Julius Obſequens: Cn. Cæpione, Cajo Lælio Coſſ. *Mons Ætna ignibus abundavit, prodigium majoribus hoſtiis quadraginta expiatum.* Idem, inter prodigia quæ M. Æmilio, Lucio Aurelio coſſ. contigerunt: *Ætna mons terræ motu ignes ſuper verticem late diffudit, & ad inſulam Liparas mare efferbuit, & quibuſdam adustis navibus, vapore pleroſque navaleis exanimavit.* Oroſius lib. 4. cap. 4. inter prodigia quæ A. U. C. 477. nunciata ſunt: *Apud agrum Calenum repente flamma, ſciſſo hiatu terræ eructata, tribus diebus, & tribus noctibus terribiliter exæſtuans, quinque agri jugera, exhauſto penitus ſucco ubertatis, in cinerem extorruit, ita ut non fruges ſolum, ſed & arbores cum imis ſtirpibus abſumſiſſe referatur.* Hic metus ex memoria incendii Sodomitici gentilibus videtur injectus, ejus enim notitia ad eos quoque pervenit, quod ex Diodoro Siculo, Strabone, Tacito,

Digitized by Google

cito, Plinio, Solino probat Grotius, *lib. 1. de ver. relig. Chriſt.* eorumque verba in annotatis deſcribit: ubi Strabo ruinam hanc factam ait ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς, καὶ θερμῶν ἀσφαλτωδῶν καὶ θειωδῶν. *A terra motibus, erumpente igne, aquiſque calidis & bituminoſis.* Idem Strabo de inſigni tempeſtate, & flammis, prope Liparam, multis ex locis erumpentibus ex Poſidonio narrat, *lib. 6.* quam rem cum Siciliæ Prætor T. Flaminius ſenatui declaraſſet, ſenatus mandavit, ut & in ipſa inſula, & in Lipara Diis Manibus, & maritimis, facto ſacrificio, litaretur.

Obſervatum præterea fuit *tripudium ſonubium*, quod juxta auguralem diſciplinam ſic dictum eſt a ſono, ad quod pertinet ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat. *Serv. ad. 3. Æneid. v. 90.*

Neque tamen ſine ratione hoc tripudium ſonubium θειασμὸν ἐπιδημοῦντος θεοῦ intelligas, diverſum à terræ motu. Sic apud Maronem, lib. 6. Æneid. ad ſacrificium agitantis maxima Æneæ,

Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moveri
Sylvarum, viſæque canes ululare per umbram,
Adventante Dea.

De Jove Elicio, Ovid. 3. Faſtor,

Conſtat Aventinæ tremuiſſe cacumina ſylvæ,
Terraque ſubſedit pondere preſſa Iovis.

Et de Junone idem, 2. Faſtor.

Huc ubi venerunt pariter nuptæque virique
Suppliciter poſito procubuere genu.
Cum ſubito motæ tremuere cacumina ſylvæ,
Et Dea per lucos viſa locuta ſuos.

Ovid. 15. metam. v. 669.

Vix bene deſierant, cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prænuncia ſibila movit,
Adventuque ſuo ſignumque, araſque, foreſque,
Marmoreumque ſolum, faſtigiaque aurea movit.

Seneca Troadibus. v. 166.

Vidi ipſe, vidi. ſumma jam Titan juga
Stringebat; ortus vicerat noctem dies:
Cum ſubito cæco terra mugitu fremens

Concuſſa,

Concuſſa, coecos traxit ex imo ſinus.
Movere ſylvæ capita, & excelſum nemus
Fragore vaſto tonuit, & lucus ſacer;
Idæa ruptis ſaxa ceciderunt jugis.
Nec ſola tellus tremuit, & pontus ſuum
Adeſſe Achillem ſenſit, ac ſtravit vada.
Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus,
Et hiatus Erebi pervium ad ſuperos iter
Tellure fracta prabet, ac tumulum levat.
Emicuit ingens umbra Theſſalici Ducis.

Hoc ſane Romani obſervarunt, nunquam urbem ſuam tremuiſſe, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium eſſet. *Plin. lib.* 2. *cap.* 84. ideoque ferias ejus rei cauſa etiam imperabant, Dei autem nomen, cui ferias ſervare oporteret edicere quieſcebant, ne alium pro alio nominando, falſa religione populum alligarent, quæ ex Agellio & Voſſio, ſupra, *cap.* 4. attigimus. *Cicero* 1. *de divin. A multis ſcriptum eſt, cum terræ motus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce extitiſſe: quocirca Junonem illam appellatam Monetam.*

Claudius Imp. ſedulo obſervavit, ut quoties terra in urbe moviſſet, ferias, advocata concione, Prætor indiceret. *Sueton. claud. cap.* 22. Adde Livium, *lib.* 34. *cap.* 55. Philoſtratus, *lib.* 6. *de vita Apollinii*, agens de Antiochenſibus Syris, & terræ motu, qui, dum ipſi in concione ſunt, factus eſt; σεισμοῦ δὲ γενναίου προσπεσόντος ἔπτηξαν, καὶ ὅπερ ἐν διοσημείαις εἰώθεν, ὑπὲρ ἀλλήλων ηὔξαντο. Sempronius, tremente inter prælium cum Picentibus campo, Tellurem Deam, promiſſa æde, placavit. *Flor. lib.* 1. *cap.* 19.

Tempore Gallieni terræ motus graviſſimus fuit: inſpectiſque Sibyllæ libris Jovi Salutari factum. *Treb. Pollio in Gallien.* Hominibus etiam oblatis Dii illi placati ſunt. Stobæus, *ſerm.* 7. qui eſt de fortitudine: *Juxta Celænas, urbem Phrygiæ, vaſto terræ hiatu, aquæ pleno, ob Jovis iram Idæi, facto, multæ domus cum ipſis habitatoribus immerſæ ſunt. Itaque populo periclitante, Midas Rex oraculum accepit, coituram terram, ſi voragini, quod in vita humana pretioſiſſimum eſſet injiceretur. Celænitis autem aurum & argentum, mundumque fœminarum barathro immittentibus, malo interim mi-*

nime

nime ceſſante, Ægeſtius, Midæ filius, cum reputaſſet, nihil in vita pretioſius haberi, quam hominis animam, mox patrem amplexus, cum valedixiſſet uxori Timotheæ, eques cum impetu in hiatum inſiluit. Et cum jam terra ad priſtinum habitum rediiſſet, Midas Jovis Idæi aram extruxit, quam auream reddidit, manibus ſuis attactam. Hæc ara, illo anni tempore, quo hiatus contigit, lapidea fit, eoque elapſo rurſus aurea viſitur. Alterum huic geminum narrat Livius, lib. 7. *Cum motu terræ, ſeu qua vi alia, forum medium ferme ſpecu vaſto eſſet collapſum in immenſam altitudinem: neque ea vorago conjectu terræ, cum pro ſe quiſque gereret, expleri potuit, priuſquam Deum monitu quæri cœptum, quo plurimum populus Rom. poſſet, id enim illi loco dicandum vates canebant, ſi Remp. perpetuam eſſe vellent tum M. Curtium juvenem bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes an ullum magis Romanum bonum quam arma virtuſque eſſet: Silentio facto templa Deorum immortalium quæ foro imminent, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patenteis terræ hiatus ad Deos manes porrigentem ſe devoviſſe: equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem, armatum ſe in ſpecum immiſiſſe, donaque ac fruges ſuper eum a multitudine virorum ac mulierum congeſtas: lacumque Curtium non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum.* Niſi obtineat Ælii & Lutatii ſententia, apud Varronem, *lib. 4. de ling. Lat.* cum locum fulguratum, & ex Sc. ſeptum eſſe a Curtio Conſule, cui M. Genutius fuiſſet collega, ideoque Curtium appellatum. Deinceps Romani ſtipem pro ſalute cæſaris in lacum Curtii jaciebant. *Sueton. Auguſt. cap.* 57. Hoc ideo factum ait Torrentius, ut eo loci, quo hiatus ad inferos patuerat, Dii Manes propitii redderentur. A rerum Friſicarum ſcriptoribus narratur, ſub principatu Aſconii, circa *Stavoram*, puteum forte incolarum opera effoſſum, tantam vim ſalſarum aquarum effudiſſe per triduum, ut rivi in modum per planiciem proximam decurrerent, agroſque triennium ſteriles redderent, nec malum ante ceſſaſſe, quam, ex reſponſo Dei *Stavonis*, ſanguis pueri trimuli in puteum injectus, & aquæ mixtus eſſet. *Hamcon. Friſ. pag.* 14. ad fabularum categoriam refert Emmius, *rer. Friſ. dec. 1. lib.* 3. Qui terræ motuum ceſſationem volebant, Neptuno ſacra faciebant, quoniam Aſphalius dicebatur.

tur. *C. Rhodig. lib.* 30. *cap.* 27.

Circa tonitru ex Μικροκόσμου penitiſſimis cavernis erumpens neſcio quid ſanctioris ſuperſtitionis obſervatum fuit. Hieronymus, *lib.* 13 *comment. in Jeſaiam*, inter Pelufiacas religiones etiam crepitum ventris numerat. Clemens. recognit. lib. 5. Felix in Octavio: *Nec Serapidem magis, quam ſtrepitus, per pudenda corporis expreſſos, contremiſcunt.* Ejus in auſpiciis rationem habuerunt. Cato, orat. de ſacril. *Domi cum auſpicamus ſervi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit.* Martialis, *lib.* 12. *epigr.* 78. ridet miſerum Æthontem, qui, dum Jovem precibus in Capitolio ſalutat, pepedit, quare trinoctiali domicoenio affectus eſt. Ridiculam Metroclis Theophraſti diſcipuli ſuperſtitionem narrat Diog. Laërtius; cum hic inter diſſerendum crepitum emiſiſſet, præ animi dolore domo inclusus, Cratetis & verbis & exemplo recreatus eſt. Horribile ſane & formidoloſum fuit hortenſis Dei, apud Horatium tonitru, quo decuſſi Canidiæ dentes, & excuſſum Saganæ caliendrum. Eſt & Nicarchi, *Antholog. lib.* 2. epigramma, ἐις πορδήν.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλὰς, ἀδιέξοδος ὖσα,
    Πορδὴ ϗ σώζει τραυλὸν ἰεῖσα μέλος.
Οὐκοῦν εἰ σώζει, ϗ ἀποκτείνει πάλι πορδὴ,
    Τοῖς Βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν;

Quod in Latium ſic tranſtuli:

Occidit crepitus multos incluſus in antro,
    At ſervat blæſum ſi canat ille melos.
Si ſervare poteſt crepitus, ſi perdit & idem,
    Quis neget hunc magnis Regibus eſſe parem?

Laudanda ergo ſcilicet Claudii Imp. etiam circa hanc rem cura. *vid. Sueton. Claud. cap.* 32. adi *Voſſ. de idolol. lib.* 3. *cap.* 5.

CAP.

CAPUT XI.

Voces auditæ. Oracula diabolica conſulta a Græcis, Romanis, Ἐπιφάνειαι. *Quid* ἐπιφανεῖς? *Sacrorum* Antiſtites *Pontifices, Augures atque Aruſpices. Vates Hetruſci. Libri Sibyllini, Carmina Martiorum.*

DEus O. M. πολυμερῶς ϗ πολυτρόπως ſub Veteris præſertim Teſtamenti oeconomia, voluntatem ſuam hominibus revelavit per Prophetas, quos ipſe Spiritu ſuo afflavit, ut non tantum θεοπνεύστως loquerentur, ſed & literis quædam mandarent, ad poſterorum inſtructionem. Similia inter gentiles agitavit Diabolus, ut diviniore aliqua revelationis ſpecie, ignarorum mentes faſcinaret, & horrenda ſuperſtitione dementaret: qualia erant ſigna illa, quæ immediate a Spiritu illo tenebrarum profecta, e veſtigio ſenſus externos, auditum præſertim, viſumque feriebant. Auditu percipiebantur Voces illæ, quæ ſine ullo auctore exiſtentes, ſine dubio a Diabolo fictæ ſunt, quæ a ſuperſtitioſis obſervatæ, divinæ, ſcilicet voluntatis nunciæ habebantur. Servius, *ad* 3. *Æneid. v.* 322. hoc apud Trojam contigiſſe narrat; Græci victores in patriam reverſuri ex tumulo Achillis vocem audiverunt, querentis, quod ſibi ſoli nihil de præda impertiviſſent: qua de re conſultus Calchas cecinit, Polyxenam Priami filiam, quam Achilles vivus dilexerat, ejus debere manibus immolari; quæ, cum admota tumulo Achillis occidenda eſſet, manu Pyrrhi, æquanimiter mortem ſuſcepit. Cicero, *lib.* 1. *de divin.* Livius *lib.* 5. *cap.* 50. referunt M. Cæditium hominem de plebe nuntiaſſe, ſe in nova via, ſupra ædem Veſtæ, vocem noctis ſilentio audiviſſe humana clariorem, quæ magiſtratibus dici juberet; Gallos adventare. Id tum quidem ſpretum. Deinde vero ejus vocis expiandæ cauſa, in

Digitized by Google

in nova via, templum *Locutio* factum eſt. Simile illud de Junone Moneta, quod cap. præcedente ex Cicerone protulimus. C. Hoſtilius Mancinus, teſte *Val. Max. lib* 1. *cap,* 6. & *Jul. Obſeq.* cum ab Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conſcenderet, talis vox ſine auctore ad aures ejus pervenit: *Mancine mane.* Fortunæ muliebris ſimulachrum Romæ a matronis dedicatum, bis Latine locutum dicitur: *Rite me matronæ dedicaſtis.* Plut. in Coriolano. Val. Max. lib. 1. cap. 8. ubi & vox Silvani audita narratur: *Uno plus Hetruſci cadent, Romanus exercitus victor abibit.* Liv. lib. 2. cap. 7. quarum rerum vanitatem Plutarchus dicto loco arguit. Lege Toloſanum de Republ. lib. 15. cap. 6.

Oracula vero a certis Diis petebantur, quos conſulere maluerunt gentiles in ipſa Ἐθελοθρησκείᾳ ſuperſtitioſi, quam proprio ingenio excogitatis cultibus illos aut non placare, aut magis offendere. Diabolus autem hac ratione miſeros illos in manifeſta præcipitavit flagitia, ubique ſe homicidam a principio fuiſſe demonſtrans. Horrenda ſunt, quæ Pauſanias narrat, *in Meſſenicis:* Bello vexatis Meſſeniis hoc oraculum editum eſt:

Neſcia viri puella genus inferis
Æpytidum ab alio ſorte ducta ſanguine
Det colla nocturnis ſecunda cædibus.
Vos hæc ad undas Halyi facite ſacra,
Libenter ipſam virginem dantes neci.

Omnes itaque ex Æpytidarum familia virgines ſorti commiſſæ. Cumque Lyciſci filia ducta fuiſſet, eam Epebolus vates ſacrari vetuit, quod diceret non eſſe e Lyciſco genitam, verum uxorem Lyciſci eam ſibi, cum ſterilis eſſet, ſuppoſuiſſe. Interea dum vates hæc ad populum agit, Lyciſcus, clam abducta puella, Spartam profugit, quæ res vulgata cum hominum mentes vehementer commoviſſet, Ariſtodemus ex eadem Æpytidarum gente, ultro filiam immolandam obtulit: Verum civis Meſſenius, cujus nomen non proditur, filiam hanc amans, ac propediem uxorem eam ducturus, eam quæ ſibi deſponſa eſſet, in patris poteſtate amplius eſſe, acriter negare, ſuum, qui ſponſus eſſet, jus omne in illam eſſe. Cum hac oratione parum proficeret, vitiatam a ſe puellam, & gravidam jam eſſe mentitur, qua pertinacia eo furoris Ariſtodemum

mum impulit, ut filiam ſtatim occideret, & ejus utero exciſo, planè non fuiſſe prægnantem omnibus oſtenderet. Ibi alium juſſit Epebolus Vates filiam devovere; quod interpretaretur, virginis cæde, quam iratus pater commiſiſſet, ex oraculo litatum non eſſe. Hinc parum abfuit, quin puellæ procus a concione interficeretur, quippe qui & Ariſtodemum parricidii obligaſſet, & ſalutis ſuæ ſpem in dubium revocaſſet. Euphaes vero, ejus amicus, nulla religione amplius teneri populum, multitudini perſuadet, neque intereſſe a quo virgo cæſa ſit. Æpytidæ omnes aſſentiebantur, nihil enim magis unuſquiſque eorum optabat, quam metu devovendæ filiæ liberari. qua ratione tumultus ſedatus eſt.

Hoc illuſtre admodum nequitiæ Diabolicæ exemplum ex Græcorum hiſtoria ſufficiet: Romani ad ſimilia oracula confugerunt. unum atque alterum exemplum ſuppeditabit Livius *lib.* 5. Lacus in Albano nemore, ſine ullis cœleſtibus aquis, cauſave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam creverat, quidnam eo Dii portenderent prodigio, miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum, & quamvis propior interpres oblatus eſſet, ſenior quidam Vejens, tamen decrevere Patres, Legatos ſorteſque oraculi Pythici exſpectandas, quas cum Legati attuliſſent, congruentes reſponſo captivi illius Vatis Vejentis, inter alia præcipiebant: *Sacra patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata, ut aſſolet, facito.* Iterum, *lib.* 22. Cum Opimia & Floronia virgines Veſtales ſtupri compertæ eſſent, Q. Fabius Pictor, Delphos ad oraculum miſſus eſt, ſciſcitatum, quibus precibus ſupplicationibuſque Deos placare poſſent. *Rurſus*, *lib.* 29. Cum civitatem repens religio invaſiſſet, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum, inſpectis: quandocunque hoſtis alienigena terræ Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi mater Idæa Peſſinunte Romam vecta eſſet. Quare Legati Delphos miſſi, qua ratione Dea Romam tranſportanda, adeoque placanda, ut libens eo veniret.

Pergo ad apparitiones viſibiles, ſive Ἐπιφάνειας, quibus Dii gentilium in myſteriis, cultoribus ſuis ſe præſentes ſiſtebant, eoſque de hiſce ceremoniis edocebant. Cicero 2. de nat. deor. *Præſentiam* vertit. Jupiter Elicius hac ratione Numam Pompilium ful-

 minis

Digitized by Google

minis expiationem docuit. 3. Faſt.

Conſtat Aventinæ tremuiſſe cacumina ſylvæ,
Terraque ſubſedit pondere preſſa Jovis.
Corda micant Regis, totoque e corpore ſanguis
Fugit, & hirſutæ diriguere comæ.
Ut rediitque animus, da certa piamina, dixit,
Fulminis, altorum Rexque Paterque Deum.
Si tua contigimus manibus donaria puris,
Hoc quoque quod peritur ſi pia lingua rogat.
Annuit oranti, verumque ambage remota
Abdidit, & dubio terruit ore virum.

Inſcriptio, quæ Romæ legitur:

PRÆSENTIÆ.
MATRIS. DEUM.
P. SEPTIMIVS. FELIX.
OB. CORONAM.
MILLESIMO. VRBIS. ANNO.

Calaſiris, apud Heliodorum lib. 3. Æthiop. de viſis Apolline & Diana, μὴ ὄναρ ἦν ἡ ὄψις, ἀλλ' ὕπαρ ἐνδεξάμενοι. *Non ſomnii viſio, ſed res ipſa ſic ſe habebat.* ὄναρ enim & ὕπαρ plane ex antica pugnant. Plato, ep. 3. διὰ τὸ τότε σοι ὕβρισμα νῦν ὕπαρ τ' ἀντ' ὀνείρου γέγονε. Ἀντὶ τοῦ ἡ ὀπτασία ἀληθὴς, ἐναργῶς, φανερῶς. *Suidas. viſio vera, clara, manifeſta.* Deinde Cnemoni Calaſiris apparitionis modum exponit: ὃν τρόπον εἶπεν, ὦ τέκνον, καὶ ὁ σοφὸς Ὅμηρος αἰνίττεται, οἱ πολλοὶ τὸ αἴνιγμα παρατρέχουσι.

Ἴχνια γὰρ μετόπισθε (ὡς ἐκεῖνός που λέγει) ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος, ἀρίγνωτοί τε θεοίπερ.

Eo modo, inquit, fili, quem ſapiens Homerus quaſi ænigmate ſignificat: multi autem ænigma prætereunt:

Namque pedum (*ut alicubi ille dicit*) crurumque ſimul veſtigia pone,
Perfacile agnovi remeantes, auraſque ſecantes:
Dii quoque cognoſci poſſunt, certoque notari.

Poſtea: Θεοὶ καὶ δαίμονες, εἶπεν, ὦ Κνήμων, ἐπιφοιτῶντές τε εἰς ἡμᾶς, καὶ ἀποφοιτῶντες, εἰς ἄλλο μὲν ζῶον ἐπιλάχισιν, εἰς ἀνθρώπους δὲ τὰ πλεῖστα, εἰδοποιοῦνται, τῷ ὁμοίῳ πλέον ἡμᾶς εἰς τὴν φαντασίαν ὑπαγόμενοι. τοὺς μὲν δὴ βεβήλους κἂν διαλάθοιεν, τὴν δὲ σοφοῦ γνῶσιν οὐκ ἂν διαφύγοιεν. ἀλλὰ τοῖς

τε

τε ὀφθαλμοῖς ἂν γνωσθεῖεν ἀτενὲς διόλου βλέποντες, καὶ τὸ βλέφαρον οὔποτε ἐπιμύοντες. καὶ τῷ βαδίσματι πλέον, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν, οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον ἢ διαπορευομένων. Διὸ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες, καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσιν. ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς, ἅτε Αἰγύπτιος, καὶ τὴν ἱερὰν παίδευσιν ἐκδιδαχθεὶς, συμβολικῶς τοῖς ἔπεσιν ἐναπέθετο, τοῖς δυναμένοις συνιέναι γνωρίζειν καταλιπών. ἐπὶ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς· δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν, εἰπών. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος, τὸ

Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ', ἔγνων ἀπιόντος.

οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ῥεῖ' ἀπιόντος, καὶ οὐχ, ὥς τινες ὑπάτηνται, ῥᾳδίως ἔγνων ὑπολαμβάνοντες. *Dii, inquit, & Numina, Cnemon, venientia ad nos, & a nobis recedentia, in alia animalia rariſſime, in homines autem ut plurimum ſeſe transformant, ſimilitudine magis, ut viſum inſomni eſſe opinemur, nobis imponentes. Quamvis igitur prophanos homines latuerint, tamen quin a ſapiente cognoſcantur effugere non poſſunt: ſed ex oculis notare poſſunt, cum continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant: & magis etiam ex inceſſu, qui non ex dimotione pedum neque tranſpoſitione exiſtit, ſed ex quodam impetu aereo, & vi expedita findentium magis auras quam tranſeuntium. Quamobrem ſtatuas quoque Deorum Ægyptii ponunt, conjungentes illis pedes, & quaſi unientes. Quæ etiam Homerus ſciens, ut Ægyptius, & doctrina ſacra inſtructus, & occulte & involute verſibus reddidit, relinquens intelligenda illis qui poſſent. De Pallade quidem:* Atque truces oculi fulſere tuenti. *De Neptuno autem:*

Namque pedum crurumque ſimul veſtigia pone
Perfacile agnovi remeante.

Tanquam fluente inceſſu; Hoc enim eſt perfacile remeante; *non, ut quidam decepti*, perfacile agnovi, *putarunt*, Ex hoc inceſſu Dii apud Græcos ſerpere dicuntur. Callim. εἰς λουτρὰ Πάλλ.

Τάν ἵππων ἄρτι φρυασσαμέναν
Τᾶν ἱερᾶν ἐσάκυσα, καὶ ἁ θεὸς εὔτυκος ἕρπει.

Equos ſacros frementes audio, & Dea bene ornata ſerpit. Theocritus, Idyll. 17.

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, Θεοὶ νέποδες γεγαῶτες.

Im-

Immortales vero vocantur Dii ſine pedum uſu facti.

Juno in faciem Æneæ verſa, 10. Æneid. v. 640.

Greſſuſque effingit euntis,
Morte obita quales fama eſt volitare figuras.

Ex tali inceſſu Æneas matrem ſuam recedentem agnovit, apud Virg. 1. Æneid. v. 409. & 5. 647. 648. 649.

Et vera inceſſu patuit Dea,

Scilicet veluti levi vento, naviculæ inſtar propulſa, aut quaſi in terra levigata, aut glacie obducta, lubrico motu elapſa. Neque inanes habitæ ejuſmodi Deorum epiphaniæ, ſed efficaces, & ſalutari quodam auxilio præditæ: quæ nempe aut ægris ſalutem, aut afflictis ſolatium, aut laborantibus auxilium portendere conſueverant; quare & ſtultitiae dulci fortuna ebrii Reges, hoc titulo quoque ſuperbire, & Ἐπιφανεῖς vocari voluerunt, ut inprimis Antiochus Syriæ Rex, veriori nomine Ἐπιμανὴς παρονομαστικῶς dictus. Hinc Athenienſium κολακεία, in carmine Ithyphallico, cum Demetrius eorum urbem ingrederetur: σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν, οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν. Athen. dipnoſ. lib. 6. cap. 15. Eodem modo Auguſti Colaces Poetæ. Virg. 1. Ecl.

Nec tam præſentes alibi cognoſcere divos.
Hic illum vidi juvenem Melibœe quotannis
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.

Ovid. 2. Triſt. *Per te præſentem conſpicuumque Deum.*
Horat, lib. 3. od. 5. Jovem & Auguſtum confert, atque hunc illi quodammodo præfert.

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare: præſens divus habebitur Auguſtus.

De Deorum Epiphania multa docte diſſerit Ez. Spanhemius *diſſert. 5. de uſu & præſt. numiſm.* & ad Callimachi hymnum in Palladem. v. 101.

Hominum aliquando miniſterio Diabolus uti voluit, quorum opera voluntatem ſuam manifeſtaret, ceremoniaſque ſuperſtitioſas præſcriberet. Hi autem homines aut voce effati ſunt, vel ſcriptis conſignata legerunt ea quæ pro divinis, infelicibus venditabant. Voce agebant Pontifices & Augures, aliique divini. Pontificum collegium in rebus ad religiones pertinentibus plerum-

que

que a Senatu conſulebatur, quod ſæpe notavit Livius, ex quo aliiſque ſcriptoribus hunc morem firmat Briſſonius, *lib.* 2. *form. pag.* 209. 210. Augurum & Aruſpicum munus præcipuum erat, auſpicia captare, id eſt, ſigna rerum futurarum, Deorumque monita; Lætane eſſent illa an piacularia; quidve apportarent, proſperane an vero minacia & calamitoſa, expiandaque ſacrificiis & luctu publico, ſcrutari ac præmonere. hinc juſtiſſimæ ſuperſtitionum cauſæ. Terent. Phorm. act. 4 ſc. 4.

Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi
Negotii incipere: quæ cauſa eſt juſtiſſima.

Hetruſci hac arte maxime claruerunt. Liv. *lib.* 1. ad publica prodigia Hetruſci tantum vates adhibebantur. Inſignis eſt hiſtoria apud Agellium, *lib.* 4. *cap.* 5. Cum ſtatua Horatii Coclitis de cœlo tacta eſſet, ob id fulgur *piacul is luendum*, Aruſpices ex Etruria acciti, inimico atque hoſtili in populum Rom. odio, inſtituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Ea re prodita, cum de perfidia confeſſi eſſent, necati ſunt. unde verſus hic tota urbe factus cantatuſque pueris fertur: *Malum conſilium conſultori peſſimum eſt.* Cicero 2. de leg. *Interpretes autem Jovis Opt. Max. publici Augures ſignis & auſpiciis poſtea vidento. diſciplinam tenento, Divorumque iras providento, iiſque parento. Cæliquc fulgura regionibus ratis temperanto, urbemque & agros, & templa liberata atque effata habento: quaque augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita, infeſtaque ſunto: quique non paruerit, capitale eſto. Prodigia, portenta ad Etruſcos & Aruſpices ſi Senatus juſſerit, deferunto. Etruriaque principes diſciplinam docento. Quibus Divis creverint procuranto, idemque fulgura atque obſtita pianto.* Lucanus lib. 1. de variis monſtris expiandis:

Hæc propter placuit Tuſcos de more vetuſto
Acciri vates, quorum qui maximus ævo
Aruns, incoluit deſerta mœnia Lunæ,
Fulminis edoctus motus, venaſque calentes
Fibrarum, & monitus volitantis in aere pennæ.

Claudian. l. 1. in Eutrop: *Fulmineos ſolers Etruria conſulat ignes,*
Immenſumque nefas fibris exploret aruſpex,
Quæ nova portendant ſuperi.

Q Ex-

Digitized by Google

Expiationes præcipiebant hac aut ſimili formula, qualis occurrit apud Varronem, lib. 6. de ling. Lat. *Ut ſuo quiſque ritu ſacrificium faciat.*

Scripta, quibus Deorum voluntatem edocebantur gentiles, erant inprimis libri Sibyllini, de quibus & nos egimus ſyngrammate noſtro de Bibliothecis, *cap* 6. ad quos rebus dubiis ſæpe recurrebant Romani Horum inſpiciendorum cauſa creati primo duum viri, poſtea Xviri, imo quindecim viri facti, de quorum conſilio expiationes inſtitutæ. S Cti ritusque, quo libri inſpiciebantur, formam habet Vopiſcus in Aureliano: Die tertio Idus Januarias Fulvus Sabinus Prætor urbanus dixit: „ *Referimus ad* „ *vos, P. C. Pontificum ſuggeſtionem, & Aureliani Principis lite-* „ *ras, quibus jubetur ut inſpiciantur fatales libri, quibus ſpes belli* „ *terminandi ſacrato Deorum imperio continetur. Scitis enim ipſi,* „ *quotieſcunque gravior aliquis extitit motus, eos ſemper inſpectos:* „ *neque prius mala publica eſſe finita, quam ex iis ſacrificiorum pro-* „ *ceſſit auctoritas.* Tunc ſurrexit primæ ſententiæ Ulpius Sylla- „ nus, atque ita locutus eſt: *Sero nimis, P. C. de Reip. ſalute con-* „ *ſulimus, ſero ad fatalia juſſa reſpicimus, more languentium, qui* „ *ad ſummos medicos niſi in ſumma deſperatione non mittunt: proinde* „ *quaſi peritioribus viris major facienda ſit cura cum omnibus morbis* „ *occurri ſit melius. Meminiſtis enim, P, C. me in hoc ordine ſæpe* „ *dixiſſe, jam tum, cum primum nuntiatum eſt Marcomannos eru-* „ *piſſe; conſulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficiis, in-* „ *ſerviendum Deorum immortalium præceptis: recuſaſſe, vero quoſ-* „ *dam, & cum ingenti calumnia recuſaſſe, cum adulando dicerent,* „ *tantam eſſe Principis virtutem, ut opus non ſit Deos conſuli, proinde* „ *quaſi & ipſe vir magnus non Deos colat, non de Diis immortalibus* „ *ſperet. Quid plura? audivimus literas quibus rogavit opem Deo-* „ *rum, quæ nunquam cuiquam turpis eſt, ut vir fortiſſimus adjuve-* „ *tur. Agite igitur, Pontifices, qua puri, qua mundi, qua ſancti,* „ *qua veſtitu, animiſque ſacris commodi, templum adſcendite, ſub-* „ *ſellia laureata conſtituite, veteranis manibus libros evolvite, fata* „ *Reip quæ ſunt æterna, perquirite, patrimis matrimiſque pueris* „ *carmen indicite: nos ſumtum ſacris, nos apparatum ſacrificiis, nos* „ *aris ambarvalia indicemus.*

„ Poſt

Digitized by Google

„ Poſt hæc interrogati plerique Senatores, ſententiam dixerunt, „ quas longum eſt innectere, deinde aliis manus porrigentibus, „ aliis pedibus in ſententias euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt SCtum. Itum eſt deinde ad templum, „ inſpecti libri, proditi verſus, luſtrata urbs, condita carmina, „ ambarvalia promiſſa, atque ita ſolemnitas, quæ jubebatur, expleta. Eſt epiſtola Aureliani de libris Sibyllinis; nam ipſam „ quoque indidi ad fidem rerum, *Miror, vos, Patres Sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris; perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur & caſtimonia Pontificum, ceremoniiſque ſolemnibus juvate Principem, neceſſitate publica laborantem. Inſpiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur. quem libet ſumtum, cujus libet gentes captivos, quæ libet animalia regia non abnuo, ſed libens offero: neque enim indecorum eſt, Diis juvantibus vincere. Sic apud majores noſtros multa finita ſunt bella, multa cœpta. Si quid eſt ſumtuum, datis ad præfectum ærarii literis, decerni juſſi, eſt præterea veſtræ auctoritatis arca publica, quam magis refertam eſſe reperio, quam cupio.*

In hoc ordine Vatum carmina cenſenda, quæ ſæpiſſime quoque conſulta. Exempla hic congerere ſupervacuum eſt, cum ſeculo in eo operam poſuerit Briſſonius; *lib. 2. de form. pag.* 204. 205.

Digitized by Google

CAPUT. XII.

Suculæ ſi a matre comeduntur non eſt prodigium. Cauſarum ignoratio & rei novitas admirationem faciunt. Quid ſint monſtra, oſtenta, portenta, prodigia? Miracula Deorum gentilium quædam manifeſta, quædam occulta. Accidentia homini præter intentionem in actionibus religioſis, civilibus, animalibus. Auſpicia caduca. Palpitationes. Sternutamenta. Pedum offenſiones. Auguria ex avium volatu, cantu, tripudio ſoliſtimo. Præſagia ex bubus, equis, muribus, muſtelis, canibus: inprimis ex ſerpentibus. Diabolus ſerpens. Serpens Epidaurius. Auguria ex apibus, formicis, muſcis. Prodigia in Sole, nubibus, aëre viſa; audita. Pluviæ ſanguineæ, ſtatuæ ſudantes. Haſtæ motæ. Prodigia multa ſimul conjuncta: ante mortem Julii Cæſaris: ante bellum civile Cæſaris & Pompeji, &c.

SIcut homo iram illam quam animo concepit, nunquam ita occultare poteſt, quin ejus ſigna, aut ex oculis ardentibus erumpant, aut ex ore totoque vultu emicent, ut facile totum hominem ſtatu ſuo motum eſſe deprehendas. Sic etiam rerum naturam, ſi ea a communi curſu, & latente cauſarum ſerie deviet, manifeſtam conditoris iram non ſine ratione præ ſe ferre creditur. Quæ ſane res miſerorum gentilium ſuperſtitionem in immenſum auxit, præſertim ubi cauſæ in occulto poſitæ: quibus manifeſtis nihil inde diri præſagiebant. Nullum piaculare ſacrum decernebant ob ſuculas a matre comeſtas, quia id

id fieri ſcirent ob ventriculi fervorem, atque inde orientem voracitatem. Columella lib. 7. cap. 11. *Sunt quædam ſcrofæ, quæ mandant fœtus ſuos; quod cum fit, non habetur prodigium. Nam ſues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ famis ſunt: ita ut aliquando, ſi indigeant pabuli, non tantum alienam, ſi liceat, ſobolem, ſed etiam ſuam conſumant.* Plinius breviter, lib. 8. cap. 51. *Comeſſe fœtus his non eſt prodigium.* Unde lepidum illud Antiphontis apud Clem. Alexandr. l. 7. *Strom.* Nam cum quidam male præſagiret ex eo quod ſus porcellos devoraſſet, iſque eam vidiſſet, ob ſordes ejus qui ipſam alebat, fame valde attenuatam: De ſigno inquit, lætare, quod cum ſic eſuriret, filios tuos non comederit. Ubi vero cauſæ latent, acceditque rei novitas, multi ſtupent inſtar Æneæ, qui clypeum ſibi a Vulcano fabricatum & cælatum, (8. Æneid.)

Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet.

Animis ſic affectis facillime ſe inſerit ſuperſtitio metu futuri: quod ſapienter animadvertit Seneca, quæſt. natur. lib. 7. *Nemo uſque eo tardus, & demiſſus in terram eſt, ut ad divina non erigatur, ac tota mente conſurgat: utique ubi novum aliquod miraculum e cœlo fulſit. Nam quamdiu ſolita decurrunt, magnitudinem rerum conſuetudo ſubducit. Ita enim compoſiti ſumus, ut nos quotidiana, etiam ſi admiratione digna ſunt, tranſeant: contra minimarum quoque rerum, ſi inſolitæ prodierunt, ſpectaculum dulce fiat. Hic itaque cœtus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulchritudo diſtinguitur, populum non convocat. At cum aliquid ex more mutatum eſt, omnium vultus in cœlo eſt. Sol ſpectatorem, niſi cum deficit, non habet. Nemo obſervat lunam, niſi laborantem. Tunc urbes conclamant, tunc pro ſe quiſque ſuperſtitione vana trepidat.* Huc facit illud Claudiani lib. 1 in Eutropium:

Semiferos partus, metuendaque pignora matri,
Mœnibus in mediis auditum nocte luporum
Murmur, & attonito pecudes paſtore locutas,
Et lapidum duras hyemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Jovem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere lunas,
Et geminos Soles mirari deſinat orbis,
Omnia ceſſerunt eunucho conſule monſtra.

 Hoc

Hoc ipſum etiam verba, prudenter a majoribus poſita, declarant: quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt; oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur, teſte Cicerone, *lib.* 1. *de divin.* quibus conſentanea ſcribit idem; *lib.* 2. *de nat. Deor.* & Auguſtinus, *de Civ. Dei*, *lib.* 21. *cap.* 8. Nonius vero Marcellus *cap.* 5. Monſtra quidem & oſtenta ſimiliter intelligi vult, quod imminentia monſtrent, oſtendant. Portentum autem non ſolum quod portendat, ſed etiam quod jam apportet, & faciat ex his ſignificationibus, quæ in auſpiciis & auguriis & extiſpiciis oſtenduntur. Prodigium tandem ſemper peſſimum eſſe dicit, dictum quaſi porro adigendum. additque illud 3. Æn.

Sola novum, dictuque nefas Harpyia Celano
Prodigium canit, & triſtes denuntiat iras.

Ad quem locum ita Servius: *Prodigium, portentum & monſtrum monſtrum modico fine diſcernuntur, ſed confuſe pro ſe plerunque ponuntur. Varro ſane hac ita definit; oſtentum, quod aliquid hominibus oſtendit; portentum, quod aliquid futurum portendit; Prodigium, quod porro dirigit; miraculum, quod mirum eſt; monſtrum, quod monet.* Lab:o autem, π. *de verb, ſignific. l.* 38. oſtentum definit, omne contra naturam cujuſque rei genitum, factumque: duo autem dicit genera eſſe oſtentorum, unum quoties quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt. alterum cum quid prodigioſum videtur, quæ Græci φαντάσματα, id eſt, viſiones vocant. Non mirum ergo ſi ad monſtri conſpectum plerumque exhorreſcimus: ideo Gigantes, pro monſtris olim habiti, נפלים dicti, cujus etymon a cadendo. Rationem reddit R. D. Kimchi. in lib. rad. ונקראו כן שיפול האדם כפחדם מפני שהם גבוהים כל כך כי לענין והנקראו רוכבים *quia ſcilicet homines metu eorum concidant, unde & formidabiles* אכים *dicuntur.*

Auguſtinus, *lib.* 10. *de Civ. Dei*, *cap.* 16. miracula Deorum gentilium duplicia facit. quædam enim vi ac poteſtate eorum fieri ſatis evidenter apparet, ut eſt, quod effigies Deorum penatium, quos de Troja Æneas effugiens advexit, de loco in locum migraſſe referuntur: quod cotem Tarquinius novacula ſecuit: quod Epidaurius ſerpens Æſculapio naviganti Romam comes ad-

i hæſit

hæſit: quod navim qua ſimulachrum matris Phrygiæ vehebatur, tantis hominum boumque conatibus immobilem redditam, una mulierculæ zona alligatam, ad ſuæ pudicitiæ teſtimonium movit & traxit: quod Veſtalis, de cujus corruptione quæſtio vertebatur, aqua impleto cribro de Tyberi, neque perfluente, abſtulit controverſiam. Alia autem intervallis temporum, occultis ipſius mundi cauſis, veruntamen ſub divina providentia conſtitutis & ordinatis monſtroſa contingunt: quales ſunt inuſitati partus animalium, & cœlo terraque inſolita rerum facies, ſive tantum terrens, ſive etiam nocens: Atque hæc illa eſſe dicit, quæ procurari, atque mitigari dæmoniacis ritibus fallaciſſima eorum aſtutia perhibentur. quale monſtrum ſuo ſeculo, virum ſanctum, propter rei novitatem eſſe dicit Juven. ſat. 13.

Egregium ſanctumque virum ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti jam ſub aratro
Piſcibus inventis, ac fœta comparo mulæ.
Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,
Examenque apium longa conſederit uva,
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.

Talia ergo obſervata ac procurata fuerunt, vel ſingula ſeorſim vel plura conjunctim. Omnes res a Deo O. M. conditæ, ad finem lege naturæ ſibi præſcriptum, certo conatu atque appetitu feruntur, qui tum demum terminatur, cum res finem illum aſſecuta, in ejus fruitione acquieſcit: ſi vero eum non aſſequitur, errat, & ἁμάρτημα committit. Appetitus hic pro ratione creaturarum a Phyſicorum filiis ſtatuitur Rationalis, Senſitivus, Naturalis. Rationalis eſt in hominibus qui propter finem omnia ἐκ προαιρέσεως agunt: Si autem fine ſuo excidant, aut in mediorum ad illum directione aliquid nec opinantibus contingat, de quo antea nec cogitarant, nec cogitare potuerant, illud in prodigium verterunt gentiles, adeoque procurandum exiſtimarunt. quod obſervatum fuit non tantum in actionibus religioſis, ſed etiam civilibus atque animalibus.

In actionibus religioſis ſi quid non rite fieret, ominoſum adeoque luſtrandum credebatur. Plutarchus in Coriolano: *Si unus*

equus

equus thenſas ducentium elanguiſſet, itemque ſi læva manu prebendiſ-
ſet auriga habenas, ſupplicationem decernebant inſtaurandam. Secutis
temporibus unum ſacrificium tricies inſtaurarunt, quod ſemper aliquid
delicti vel offenſionis interveniſſe diceretur. Cicero, orat. de aruſp.
reſp. *An ſi ludius conſtitit, aut tubicen repente conticuit, aut puer ille*
patrimus & matrimus, ſi terram non tenuit, aut lorum omiſit, aut ſi
ædilis verbo, aut ſi nutu aberravit, ludi ſunt non rite facti: eaque er-
rata expiantur, & mentes Deorum immortalium ludorum inſtaurati-
one placantur. ad hunc Ciceronis locum reſpexit Arnobius lib. 4.
adv. gentes: *In ceremoniis veſtris*, inquit, *rebuſque divinis, poſtu-*
lionibus locus eſt, & piaculi contracta eſſe dicuntur commiſſio, ſi per
imprudentiam lapſum, aut in verbo quiſpiam, aut ſympuvio decrravit,
aut ſi curſu in ſolennibus ludis, curriculiſque divinis: commiſſum o-
mnes ſtatim in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, aut tibicen
repente conticuit: aut ſi patrimus ille qui vocitatur puer & omiſit per
ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit, & audetis abnuere
in delictis tam gravibus violari ſemper a vobis Deos, cum in levioribus
cauſis iraſci eos ipſi cum pernicie ſæpius confiteamini civitatis. Plin.
lib. 28. cap. 2. *Si Pontifici Diis cauſa epulanti aliquid exciderit,*
in menſa utique id reponi, adolerique ad larem, piatio eſt. Cum au-
ſpicaretur Conſul, in domo extra urbem, vel in tabernaculo ad
id conducto ſedebat: quod ſi qua de cauſa redire in urbem, nul-
lis dum viſis certis ſignis cogeretur, relinquendum erat prius con-
ductum tabernaculum, & quærendum alterum, ex quo de integro
ſervaret de cœlo. Tiberius Sempronius bis eodem uſus, coſſ. re-
nunciavit Scipionem Naſicam, & C. Martium: cognito poſt vi-
tio, rem ad Senatum retulit, neque neglexit adeo minutam of-
fenſionem Senatus: ſcripſit conſulibus, qui relictis provinciis,
illico Romam regreſſi depoſuerunt magiſtratum. *Plut. in Mar-*
cello. Cicero 2. de divin. Val. Max. lib. 1. cap. 1. Inter prodigia
Caſſii & Bruti cædem portendentia Iulius Obſequens numerat
puerum, qui in pompa Victoriæ cultu cum ferretur, ferculo de-
cidit: & lictorem qui luſtrationi perverſis faſcibus lauream im-
poſuit. Cornelio Cethego, quod exta hoſtiæ non rite porrexiſſet;
Q. Sulpitio, quia immolanti apex, quem geſtant Flamines, de
capite defluxiſſet, ademta ſunt ſacerdotia. Minucio Dictatori,
qui

qui Magiſtrum equitum dixerat C. Flaminium, quia ſtridor ſoricis auditus erat, abrogatum eſt imperium. *Plutarchus & Valerius Max. locis citatis.*

Huc pertinent Auſpicia caduca, cum aliquid ad rem ſacram pertinens excidit, non tantum virga e manu Flaminis, ut Scaliger Feſtum interpretatur, cujus verba: *Caduca auſpicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga de manu;* hoc exempli gratia additur, cum & alia excidere poſſint: ut *viſcera*, quod contigit Craſſo. Plutarch. cap. 36. τὰ σπλάγχνα δὲ μάντεως αὐτῷ προσδόντος, ἐξέβαλε τῶν χειρῶν, id quod viſum eſſe ait vere σκυθρωπὸν & triſte. *Victima*, veluti, *fugit cum ſaucius aram*

Taurus & incertam excuſſit cervice ſecurim.

Sueton. Galb. cap. 18. *Cum per omne iter dextra ſiniſtraque oppidatim victimæ caderentur, taurus ſecuris ictu conſternatus, rupto vinculo eſſedum ejus invaſit, elatiſque pedibus totum cruore perfudit.* Tacit. lib. 3. hiſt. cap. 55. *Acceſſit dirum omen, profugus altaribus taurus, disjecto ſacrificii apparatu, longe, nec ubi feriri hoſtias mos eſt, confoſſus.* 3. Georg.

Sæpe in honore Deum medio, ſtans hoſtia ad aram
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros.

Senec. Oedip. v. 337. *Altum taurus attollens caput*
Primos ad ortus poſitus expavit diem,
Trepiduſque vultum Solis, & radios fugit,

Corona: quod contigit Galbæ, Suet. cap. 18. *Obſervatum etiam eſt Kal. Jan. ſacrificanti coronam de capite excidiſſe.* De Syphace, Silius Ital. lib. 16.

Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris,
Victimaque admota ſtabat ſubjecta bipenni,
Cum ſubito abruptis fugiens altaria taurus
Exiliit vinclis, mugituque excita late
Implevit tecta, & fremitu ſuſpiria rauco
Congeminat, trepida terrorem ſparſit in aula.
Vittaque majorum decoramen fronte ſine ullo
Delapſa attactu nudavit tempora Regis.
Talia cœlicolæ caſuro triſtia regno

Signa dabant, ſævique aderant gravia omina fati.

Patera, ſive Spondeum: Theophr. Charact. cap. 20. inter notas δυσχερείας. Καὶ εὐχομένων ϗ σπενδόντων ἐμβάλλειν; (aliis ἐκβαλεῖν) τὸ ποτήριον ϗ γελάσαι ὡς τερατεῖόν τι πεποιηκώς. *Dum vota libationeſque fiunt, pateram ſibi e manibus elabi ſinit, & ſimul riſum tollit, quaſi aliquid fecerit portentoſum.*

Niſi *caducum auſpicium* dici mavelis, quia homini, cui accidit, caſus & inſortunii omen eſt, quomodo Petronius *peritura fata* dicit, quæ perniciem alicui vel rei, vel homini portendunt: *lachrymoſum fumum* Horat. qui lachrimas exprimit: *mentita tela*, Virg. 2. Æn. quæ Trojanos Græcos eſſe mentiebantur.

In actionibus ad communem vitam humanam ac politicam pertinentibus non minor obſervationum ſuperſtitio. In Magiſtratibus: Julius Obſequens. M. Lepido; Munatio Planco Coſſ. *Notatum eſt prodigii loco fuiſſe, quod P. Ticius Prætor propter diſſenſiones collegæ magiſtratum abrogavit, & ante annum eſt mortuus. Conſtat neminem, qui Magiſtratum collegæ abſtulerat, annum vixiſſe, abrogaverunt autem hi: Lucius Junius Brutus Conſul, Traquinio Collatino: Tib. Gracchus, M. Octavio Cæcinnæ:* P. *Tarquinius, P. Marullo: Tellius, Bruto & Caſſio pugnam adverſus Cæſarem & Antonium molientibus.* Varro lib. 5. de ling. Lat. *Prætor qui die nefaſto fatus eſt, ſi imprudens fecit, piaculari hoſtia facta piatur; ſi prudens dixit, Quintus Mucius abnegabat eum expiari, & ut impium non poſſe dicebat.* Sueton. Galb. cap. 18. *Adoptionis die, neque militi allocuturo caſtrenſem ſellam de more poſitam pro Tribunali, oblitis miniſtris, & in ſenatu curulem perverſe collocatam.*

In privatis: Plin. lib. 28. cap. 2. *Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſas profuſis abominabantur: recedente aliquo ab epulis ſimul verri ſolum: aut bibente conviva menſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum judicatur. Sternutamento revocari ferculum menſamve, ſi non poſtea guſtetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non eſſe, quin & repente conticeſcere convivium, adnotatum eſt, non niſi in pari præſentium numero: quæ in re famæ labor eſt, ad quemcunque eorum pertinens. Cibus etiam e manu prolapſus reddebatur, utique per menſas, vetabantque munditiarum cauſa deflare.* Inter funeſta C. Panſæ exhibita prodigia recenſet Jul. Obſequens, quendam

dam e populo, ſanguine victimarum prolapſo, reſperſam cruore, palmam proficiſcenti dediſſe. Byblis, apud Ovid. 9. metam. v. 596.

Quid quod & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo tunc, cum mihi ferre jubenti
Excidit, & fecit ſpes noſtras cera caducas?
Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluptas,
Sed potius mutanda dies? Deus ipſe monebat
Signaque certa dabat, ſi non male ſana fuiſſem.

Pergimus ad actiones animales, ubi circa palpitationes & facultatem hominis, qua ſe de loco in locum movere poteſt infinita fere a gentilibus ſunt obſervata.

Si pars aliqua corporis ſuapte ſponte ſubſtitiſſet aut mota eſſet, omen inde captum. Hujus palpitationis tres erant ſpecies. Prima, παλμὸς, quæ a Veteri Gloſſario *Saliſatio* dicitur. Plaut. Pſeud. act. 1. ſc. 1. v. 105. *Supercilium mihi ſalit.* Theocr.

Ἄλλεται ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δέξιος, ἦ ἐσῶ γε ἰδήσω
Αὐτάν. Suidas; παλμικὸν οἰώνισμα, ὅπερ συνέγραψε Ποσειδώνιος, δεῖν, ἐὰν πάλληται ὁ δέξιος ὀφθαλμὸς, τόδε σημαίνει. Rabanus: *Saliſſatores vocati ſunt, quia dum eis membrorum quæcunque ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum, ſeu ſignificari.* Secunda; tinnitus auris, Plin. lib. 28. cap. 2. quin & abſentes tinnitu præſentire de ſe ſermones, receptum eſt. Et Epigrammatum Græcanicorum liber 7. meminit. Et [illegible] ſcripſit Ἐνόδιον οἰώνισμα. Elegans eſt illud vetuſtiſſimi Poetæ epigramma:

Garrula, quid totis reſonas mihi noctibus, Auris?
Neſcio quem dicunt nunc meminiſſe mei.
Hic quis ſit quæris? reſonant tibi noctibus aures,
Et reſonant totis, Delia te loquitur.
Non dubie loquitur me Delia, mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter ſecreta ſilentia noctis
Summiſſa ac tenui rumpere voce ſolet.

Tertia ſpecies, πταρμὸς, ſternutatio. Propertius: lib. 2. el. 3.

Aridus argutum ſternuit omen amor.

Cujus ominationis ſollicitudinem cum deprecabantur Græci dicebant Ζεῦ σῶσον. In epigrammate: —— οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον πταρῇ. Atque hæc ex Scaligeri notis ad Auſonii gryphum de numero ternario, ubi verſ. 20. pro *omnia* legendum eſſe vult *ominaterna*. Divini quid in illis latere Pythagoras quoque monuit apud Ælianum var. hiſt. lib. 4. cap. 17. ὁ πολλάκις ἐμπίπτων τοῖς ὠσὶν ἦχος, φωνὴ τῶν κρειττόνων. *Sonus, qui perſæpe accidit auribus, vox eſt præſtantiorum*, i. Dæmonum. Τὸ κρεῖττον idem quod τὸ θεῖον Numen. Sternutamenta autem non facere auſpicium plerique cenſent, ſed cum captatis auguriis ſuperveniunt, illa rata facere, ſive boni ſive mali prænuncia ſint: qualiaque prædicta, prævisaque fuerant affirmare, & probare ſermonis veritatem putaverunt Homeri exemplo, qui, Penelope, malum procis futurum ab Ulyſſe, referente, Telemachum facit ſternutaſſe. Et Xenophonte ad milites concionante, lib. 3. ἀναβ. ſub idem tempus, ſternutans quidam, omen fecit feliciſſimum, ita ut totius dux militiæ crearetur. Themiſtocle vero ad aras ſacrificante, a dextra ſternutans homo augurium fecit, quo præcipui captivi immolarentur. Hippiæ quoque dum ſternutat, excuſſus dens, magnum augurium fecit calamitatis futuræ. *Ariſt. lib. 1. hiſt. animal. cap. 11. & probl. ſect. 33. §. 7. 9. 11.* quod e capite, tanquam ex arce, ſternutamenta originem ducunt, quæ pars divina & ſanctior homini eſt, propterea prodeuntem inde ſpiritum tanquam ſignum augurale, & divinum numen nos venerari decere cenſuit. Si eſſent matutina, nefanda ominari, & rei inceptandæ irritos conatus facere: quare ſi inter calceandum ſternutaſſent, ad lectum redibant ſuperſtitioſi. *Auguſt. de doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 20.* Si vero meridiana, firmiſſimi auſpicii eſſe, præcipue a dextris arbitrati ſunt. Sæpe tamen ſymbolum veritatis, & prognoſticum liberationis facere ab inſidiarum metu, voluere, vide Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 26.* & G. Voetii diſp. *de ſuperſtitione*, cum appendice hiſtorico-Theologica, de ſternutatione.

Circa facultatem loco motivam occurrunt inprimis pedum offenſiones, quas infauſti ſemper ominis fuiſſe idem Alexander loco modo allegato, exemplis probat. C. Gracchus, qua die civili ſeditione oppreſſus fuit, domo egrediens, ita pede limen offendit,

Digitized by Google

dit, ut non parva vis ſanguinis efflueret. Neroni quoque in expeditionem Alexandriam profecturo, lacinia ſurgenti adhæſit. Craſſi etiam filius, contra Parthos proditurus in aciem, ita pedem offendit, ut humi proſtratus concideret: quos omnes vehementi diſcrimine atque immani ſtrage oppreſſos fuiſſe conſtat. Non defuerunt tamen qui talia omina inſuper habendo, nulla religione ab inceptis abſterreri potuerunt. nec illis infeliciter ceſſit. Julius Cæſar in egreſſu navis prolapſus, omen in melius vertit, dicens: *Teneo te Africa.* Sueton. cap. 59.

Facultas generatrix a natura & homini, & reliquis animalibus conceſſa eſt, ut ſibi ſimile procreet, & cum in ſingulari non poſſit, in ſpecie tamen naturam conſervet, & quadantenus immortalem reddat. Si ergo hæc exorbitet, ac ſibi diſſimile ſive monſtrum progeneret, in omen vertebatur. Livius & Julius Obſequens notarunt Mulam peperiſſe; Mulum tripedem natum eſſe: monſtra humana, præſentim Androgynos natos eſſe: Nurſiæ gemini ex muliere ingenua nati: S. Gal. M. Scauro Coſſ. puella integris omnibus membris, puer a parte priore alvo aperta, ita ut nudum inteſtinum conſpiceretur. Idem poſteriore natura ſolidus natus, qui voce miſſa expiravit, *Jul. Obſeq.* qualia monſtra inter cauſas luſtrationum ab hiſtoricis recenſentur. Cum in Urbe Antiochia ad Mæandrum ſita Vir ex virgine factus eſſet, Romamque ad Claudium Imp. adductus, hic prodigii iſtius cauſa in Capitolio Jovi Averrunco aram poſuit. *Phleg. de reb. mirab. ca.* 6. In exercitu Alexandri M. cum ovis agnum edidiſſet, qui figuram & calorem tiaræ in capite teſticulosque utrinque præferebat: averſatus eſt portentum, atque expiatus per Babylonios, quos de more ſecum trahebat ad talia. *Plut. in Alex.* Apud Plutarchum in convivio ſeptem ſapientum, viſo monſtro, equæ partu edito, quod ſuperne ad cervices & manus humana forma erat, reliquas partes haberet equinas, de ejus expiatione deliberatur. Hieron. epiſt. 63. *Legamus veteres hiſtorias, & maxime Græcas & Latinas, & inveniemus luſtralibus hoſtiis, ſecundum errorem portentoſas ſoboles tam in hominibus, quam in armentis ac pecudibus expiatas.* Am. Marcell. lib. 19. fin. *Naſcuntur hujuſcemodi ſæpe portenta, indicantia rerum variarum eventus; quæ quoniam non expiantur,*

ut apud veteres, publice, inaudita prætereunt & incognita.

Animalia quæ appetitu ſenſitivo aguntur, & veſtigium aliquod rationis in phantaſia oſtendunt, ſi quid præter ſolitum fecerint, horrenda inde animo præſagiebant gentiles. in hac categoria ſunt volucres, quadrupedes, ſerpentes.

E volucribus auguria captabantur, vel ex Alitis involatu, vel ex Oſcinis cantu, vel ex tripudio ſoliſtimo, dequibus prolixe ſane agit Cicero, *lib. 2. de nat. Deor.* & 1. *de divin.* Ex recentioribus Peucerus de divinationum generibus.

Imprimis habitus eſt *Infelix Bubo, dirum mortalibus omen.*

Hunc in Capitolio viſum notavit Jul. Obſequens, P. Plautio & M. Fulvio, iterum: Cn. Domitio, G. Fannio coſſ. nonis Martiis, propterea eo anno urbs luſtrata eſt. *Plin. lib* 10. *cap.* 12. Adi Camerarii hor. ſubciſ. *cent.* 1. *cap* 67. & *cent.* 3. *cap.* 18.

Dirâ ave in urbe aut Capitolio viſâ, obſecratio ut haberetur voluit Claudius Imperator. *Sueton. Claud. cap.* 22. Tireſias obſervato triſti augurio ſacrificat apud Sophoclem, Antigone:

Εἰς γὰρ παλαιὸν θῶκον ὀρνιθοσκόπον
Ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,
Ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων κακῷ
Κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ.
Καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς.
Ἔγνων. πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
Εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην,
Βωμοῖσι παμφλέκτοισιν.

Nam in veterem ſedem augurii
Sedens, ubi erat augurii portus,
Ignotam audio avium vocem,
Malo impetu clangentium,
Et lacerantes ſe mutuo unguibus.
Agnovi, nam ſtrepitus alarum non erat ſine ſigno.
Statim vero metuens ſacrificia tentavi,
Inaris flammantibus.

Avis incendiaria ſæpius malo augurio apud Romanos viſa, teſte Julio Obſequente, cap. 38. Sergio Galba, & M. Scauro coſſ. & cap. 50. C. Lælio, L. Domitio coſſ. Propter hanc ſæpe numero

mero urbs luſtrata, ut L. Caſſio, & C. Mario coſſ. quæ ſit avis ea nec reperitur nec traditur. quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe quæcunque apparuerit carbonem ferens ex altaribus Alii ſpinturnicem eam vocant; ſed hæc ipſa quæ eſſet, non invenit Plinius, lib. 10. cap. 13. Audiamus Scaligerum in Feſtum, ad *Buſtum*. Ab hoc inauſpicatum genus avium Ambuſtaneum dictum putarim, quod circa buſta verſetur. Gloſſarium; Aubuſtanius, ἰδαῖοι ὄρνεις. lego: Ambuſtaneus, ut Circanea avis. Ambuſtaneæ aves dictæ videntur, qui de buſto ſeu rogo aliquid in tecta deferebant, & incendium portendebant, unde incendiariæ aves in augurali diſciplina. Servius in fragmentis: *Sane bubo ſi cujus ædes inſederit, & vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur: ſi autem de buſto ſudem ad tectum detulerit, incendium ædibus portendere.* Quin eandem ſpinturnicem fuiſſe cum incendiaria, non dubito. Græco enim nomine dicta eſt ἀπὸ τοῦ σπινθῆρος, quod carbonem ex rogo, aut ex altari in ædes inferret. σπινθὴρ eſt ſtructum ignis. Hæc Scaliger. Feſtus: *Spintyrnix eſt avis genus, turpis figuræ occurſatrix artificum, perdita ſpinturnix ea Græce dicitur, ut ait Santra, σπιθαρίς.*

Solitariæ cornicis occurſus mali ominis in nuptialibus auſpiciis cenſebatur. Hinc illud ἐκκόρει κόρη κορώνην. *Everre, ſive elimina virgo cornicem.* Habes apud Orum in Hieroglyphicis, & Pindari ſcholiaſten in Pythia. *Voſſ. idolol. lib.* 3. *cap.* 86. Athenienſibus autem noctua fauſta, unde proverbium γλαῦξ ἵπταται, de quo Eraſmus.

Inter Oſcines corvus a dextra, a ſiniſtra cornix ratum faciebant. *Cic.* 1. *de divin.* Virg. Ecl. 1.

Sæpe ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix.

Gallinæ cantus infelix, uxorem enim marito ſuperiorem eſſe notat. Contra Gallorum cantus Thebanis felix; cum enim tempore pugnæ Leuctricæ apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, galli gallinacei in eo loco ſic aſſidue canere cœperunt, ut nihil intermitterent; augures Bœotii, (teſte Cicerone, 1. *de divin.*) dixerunt, Thebanorum eſſe victoriam, propterea quod avis illa victa ſilere ſoleret, canere ſi viciſſet.

Simile augurium contigit Ioachimo II. Marchioni Brandeburgenſi exercitum contra Turcas educenti, quod hoc epigrammate ornavit G. Sabinus: *Cum*

Digitized by Google

Cum patris educens Joachimus Marchio turmas
Caſtra profecturis ſignaque movit equis,
Auſpice qui contra pharetratos Cæſare Turcas
Aeria pro Chriſti nomine bella gerit:
Ingrediente viam cantantes Principe pulli
Inſolitum liquida voce dedere ſonum,
Præpete qui nondum veſtiti corpora penna,
Ante duos ſed ad huc ova fuere dies.
Hæc bona felicem portendunt ſigna triumphum,
Auguriis fauſtum talibus omen ineſt.
Namque ubi Thebanis victi Lacedæmones armis,
Sanguine fecerunt Leuctra cruenta ſuo:
Martis aves, læto victoribus omine, galli
Proſpera vocali gutture ſigna dabant.

Sed & hæc & tripudia ſoliſtima a cordatioribus ridebantur. P. Claudius, bello Punico ſecundo cum nuntiaretur pullos cavea liberatos non paſci, mergi eos in aquam juſſit, ut biberent, quoniam eſſe nollent. Damnata hæc auguria lege divina. Deut. 18. 10. vitio verſa Regi Menaſſi, 2 Reg. 21. 6. Eluſa a Moſollamo Judæo, qui inter comites Alexandro, cum exercitu ad rubrum mare contendenti, ſe adjunxerat. Cum properantem exercitum augur quiſpiam ſiſteret, propterea quod alitem ſedentem videret, ex cujus volatu captare omen itineris parabat, e veſtigio Moſollamus, correpta ingenti ſagitta, alitem confixit, atque inſuper amarulento joco eorum ſtultitiam incuſavit, qui miſeram avem alieni conſciam fati crederent, cum ignara fuiſſet ſui. neque enim ſciviſſe eam, quantum periculi a Moſollamo Judæo immineret, quod ex Hecatæo refert Cunæus, *de Rep. Hebr. lib. 2. cap. 22.* Rectius ſcilicet edoctus ſecundum Poetam judicabat:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

In quadrupedibus obſervatum Bovem locutum eſſe, quod ex Julio Obſequente, & innumeris Livii locis manifeſtum eſt. Equi hinnitus a Perſarum Principibus obſervatus in electione Darii Hyſtaſpis: Darium poſtea in ſigillo equum ſculptum habuiſſe

ſcho-

Scholiaſtes Thucydidis notavit. Saxones olim equorum hinnitus nunquam præſagia inprimis obſervabant, & in inſignibus equum Saxoniæ Duces geſſerunt. *Cambd. Brit. pag.* 71. Hic quidem atri coloris erat, cum ea gens paganiſmo dedita eſſet: poſtquam vero Witechindus Chriſtianiſmo nomen dedit, baptiſmo ablutus in album mutavit. *Crantz. Saxon. lib.* 2. *cap.* 24. hinc forte Weſtfaliæ nomen, quaſi *weiſſe valen*, Bodinus tamen quaſi occidentalem Galliam, Weſtwalliam, dictam putat: *method. hiſt. cap.* 9.

Et mures aliquid præſagiebant. Auſon. Eidyll. 12. v. iii.

Quadrupes oſcinibus quis jungitur auſpiciis? mus.

Ad quem locum videri poteſt Scaliger, *lect. Auſon. lib.* 1. *cap.* 25. triſte putabant ſi quid mures arroſiſſent. *Cic.* 2. *de divin.* Livius lib. 30. Mures Antii coronam auream arroſerunt. Q. Fulvio, C. Manlio coſſ. De menſa oleas mures præroſerunt. *Jul. Obſequens.* Plinius, *lib.* 8. *cap.* 57. addit, mures, cum candidi provenere, lætum facere oſtentum. Ante bellum civile Marianum, Mures in templo aurum ſacratum arroſerunt. Fœminam unam ex his æditui ceperunt muſcipula: ea in ipſa muſcipula quinque editis tres devoravit. *Plut. in Sylla.* Soricum quoque occentu dirimi auſpicia ibidem ait Plinius. Eleganter Auguſtinus, de doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 20. *Cum veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuſpicionem futuri mali, quam præſens damnum dolere. Unde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cum eſſet conſultus a quodam, qui ſibi a ſoricibus eroſas caligas diceret: non eſſe illud monſtrum, ſed vere monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices a caligis roderentur.* Clemens Alex. lib. 7. Strom. ſimillimum Bionis (& ſic forte apud Auguſtinum legendum) refert. τί δὲ καὶ θαυμαστὸν, εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ, τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ ὁ Ἀρκεσίλαος παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλαξ κατέφαγεν. *Quid mirum, inquit Bion, ſi mus calathum arroſerit, cum non inveniret quod comederet? hoc enim fuiſſet mirum, ſi ut ludens argutabatur Arceſilaus, murem calathus comediſſet.* Hoc quia muribus familiare eſt θυλακοτρῶγες a Poetis appellantur. Heſych. θυλακοτρώξ, μῦς, ὁ ἢ ἀκρίς. Theophr. charact. cap. 17. Καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν, καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ, ἐκδοῦναι τῷ σκυλοδέψῃ ἀποῤῥάψαι, μὴ προσέχων

S τούτοις,

τȣ́τοις, ἀλλ' ἀποτρεφθεὶς ἐκθύσασθαι. *Si mus forte farina follem arroſerit, adit ad interpretem, & quid facto opus ſit cum percontatur; qui ſi reſpondeat, cerdoni tradendum eum follem eſſe, ut ſarciatur, iſte, neglecto reſponſo, religioni rem habens, exinanitum ſaccum a ſe amolietur.*

Obſervabantur & Lupi in urbe viſi: P. Africano, C. Fulvio coſſ. Minturnis lupus vigilem laniavit, & inter tumultum effugit, *Jul. Obſ.* Cn. Domitio, C. Caſſio coſſ. Lupus urbem ingreſſus, in domo privata occiſus, *id.* & ſæpe Livius. Item muſtelæ: M. Marcello, P. Sulpitio Coſſ. comitia cum ambitioſiſſime fierent, & ob hoc Senatus in Capitolio haberetur, milvus volans muſtelam raptam de cella Jovis in medio conſeſſu patrum miſit. *J. Obſeq.* Si per viam tranſcurrant ominoſum, *Theopr. loc. cit.* Alciatus in emblem:

Auſpiciis res cœpta malis bene cedere neſcit,
Felici quæ ſunt omine facta juvant.
Quicquid agas, muſtela tibi ſi occurrat, omitte;
Signa mala hæc ſortis beſtia prava gerit.

Videatur etiam Eraſmus in proverbio: *Muſtelam habes.* Et Canes: Terent. Phorm. act. 4. ſc. 4. *Introiit in ædes ater alienus canis.* Plutarchus περὶ φιλαδελφίας cap. 36. *Fratres una ambulantes non debent lapidem in medio admittere, quin & canem per medios diſcurrere ominis ſiniſtri habetur.* Auguſt. de doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 20 *His adjunguntur millia inaniſſimarum obſervationum, ſi membrum aliquod ſalierit; ſi junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit: atque illud quod lapidem calcant tanquam deremtorem amicitiæ, minus moleſtum eſt, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pariter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum eſt quod pueri aliquando vindicantur a canibus: nam plerunque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, ut etiam canem, qui medius intervenit, ferire audeant, non impune, namque a vano remedio, cito interdum ille percuſſorem ſuum ad verum medicum mittit.* Hinc apud Plautum, Caſin. act. 5. ſc. 4. *Canina ſcæva* C. Lælio, L. Domitio coſſ. canes ſaxa, tegulas vulgo roſerunt. *Jul. Obſeq.* C. Mario, C. Flacco coſſ. Arimini canis locutus. *id.*

Præ omnibus autem obſervati ſunt Serpentes: Hoc animali

uſus eſt Diabolus, cum Evam deciperet. Judæi Samaëlem vocant Spiritum Serpenti inequitantem, Deo ſc. ridente equum & ſeſſorem ejus, vid. *Ezech. Spanh. de uſu numiſm. in fine differt.* 3. Exinde variis modis a Gentilibus ſub hac ſpecie cultus, præſertim in Bacchi ſacris, ut ex Euſebio *de præpar. Euang. lib.* 1. *cap.* 7. *& lib.* 2. *cap.* 3. Clementis Alexandrini Protreptico, aliiſque videre eſt, quibus conferri poſſunt Schedius, *de Diis Germ. ſyngr.* 2. *cap.* 39. & quæ collegit Ouzelius ad Minucium Felicem, *pag.* 168. 169. 170. Dionyſ. Voſſ. *ad Maimon. de idolol. cap.* 6. §. 2. Et ſæpiſſime ad augendas ſuperſtitiones hoc inſtrumento uſus, exhibuit ſe aliquando ut Deum propitium, aliquando ut horrendum.

Priori modo viſus eſt Æneæ in ludis funebribus Anchiſæ patri celebratis. 5. Æneid.

—— Adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, lapſuſque per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahens varios adverſo Sole colores.
Obſtupuit viſu Æneas; ille agmine longo
Tandem inter pateras, & levia pocula ſerpens
Libavitque dapes, rurſuſque innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.

[illegible] Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, ab in[illegible] ſubito anguis emerſit, cumque exercitum in expeditio[illegible]iſſet, Samnitum caſtra cepit. *Cic.* 1. *de divin.* Cum Æ[illegible] ad ſedandam peſtem Epidauro Romam arceſſeretur, [illegible] mitibus oculis, lenique tractu lapſus, navem ingreſſus, [illegible] Tiberinam egreſſus, tempeſtatem, cui remedio quæ[illegible], adventu ſuo diſpulit. quod Livius, Ovidius, Valerius [illegible] teſtantur. quare Serpens Felicitatis, Victoriæ, Salutis [illegible] fuit, quod ex veteribus nummis demonſtrat Ez. Span[illegible], *de uſu numiſm. pag.* 125.

Quin autem ſæpiſſime horrorem homini incutiat dubitari nequit, ſi naturale illud hominum in ſerpentes odium conſideremus. Apud Artemidorum ſerpens morbi & inimicitiarum ſymbolum eſt. *lib.* 2. ὄφις ἢ νόσον σημαίνει, ἢ ἐχθρὸν ἐπάγει. & in Theocriti Ἀδωνιαζούσαις ait muliercula:

Ἵππον, καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δέδοικα.

Ecce anguem rem cunctis maxime formidabilem eſſe ait. Faliſci olim Tarquinienſeſque, teſte Livio, *lib.* 7. M. Fabium Ambuſtum prima acie fuderunt, cum ſacerdotes eorum anguibus prælatis, inceſſu furiali, militem Romanum inſueta turbarent ſpecie, ſic Ecl. 3.

Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Vide Eraſmum in proverbio: *cane pejus & angue odit.* Non mirum ergo ſi ſerpentum conſpectus ad ſuperſtitionem homines adegerit. Terent. Phorm. act. 4. ſc. 4. *Anguis per impluvium decidit de tegulis.* Plut. Amphitr. act. 5. ſc. 1. v. 26. *Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo.* Theophr. charact. cap. 17. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. *Serpentes ſi viderit in ædibus, ſacellum eo loco extruet.* Apud Livium, lib 1. Tarquinio portentum terribile viſum, anguis ex columna lignea elapſus cum terrorem fugamque in regiam feciſſet: ipſius Regis non tam ſubito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis. Itaque cum ad publica prodigia Hetruſci Vates adhiberentur, hoc velut domeſtico exterritus viſu, Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere ſtatuit. Julius Obſequens, *lib. de prodigiis*, de C. Hoſtilio Mancino coſ. notavit, cum navem Genuæ conſcendiſſet, anguem in navi inventum e manibus effugiſſe, ipſum Conſulem devictum, mox Numantino deditum fuiſſe. Item: P. Atilio & Cornelio Manilio Coſ. Træbulæ Mutuſiæ antequam ludi committerentur, canente tibicine, angues nigros aram circumdediſſe, deſinente cantare, delapſos: poſtero die exortos a populo lapidibus enecatos. Rurſus Q. Metello, Tullio Didio Coſſ. ſacrificantibus anguis ad aram inventus.

Illa quoque quæ nec rationem, nec φαντασίαν, ſed unum tantum naturæ ductum ac legem ſequuntur, quam illis Deus primitus impreſſit, ſi a ſolito curſu deflectant, prodigium facere gen-

tilibus creditum eſt: adeo ſuperſtitionis anſa etiam in inſectis arripiebatur. De Apibus quidem ſibi non conſtant, harum enim examen lætum quid portendebat Dionyſio, apud Ciceronem, 1. *de divin.* qui cum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe dimiſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non extitit: quem cum maxima contentione non potuiſſet extrahere, diſceſſit ægre ferens, cum aliquantulum progreſſus eſſet, ſubito exaudivit hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem lætus adſpexit, cujus in juba examen apum conſederat, quod oſtentum habuit hanc vim, ut Dionyſius paucis poſt diebus regnare cœperit. Apes quoque ſederunt in caſtris Druſi Imperatoris; cum proſperrime pugnatum apud Arbalonem eſt, haud quaquam perpetua aruſpicum conjectura, qui dirum id oſtentum exiſtimant ſemper, ait Plinius, lib. 11. cap. 18. Bene ominatus eſt Poëta ille de Papa Urbano VIII. cujus inſigne gentilitium tres erant apes, hoc carmine:

Urbani imperium vis dicam quale futurum?
Dum dominantur apes copia mellis erit.

Regi Latino, cum in ſacra lauru conſediſſent (7. Æneid. Æneæ in Italiam adventum ſignificarunt:

Hujus apes ſummum denſæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ
Obſedere apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen ſubitum ramo frondente pependit.
Continuo Vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare virum, & partes petere agmen eaſdem,
Partibus ex iiſdem. & ſumma dominarier arce.

Ad ſtatuam Agathoclis lapideam, cum apes ceram fingere cœpiſſent hominem ad magnam perventurum claritatem vates pronunciarunt, *Diod. Sic. lib.* 19. *cap.* 2. Contra triſtia ſæpiſſime portenderunt apes ut Bruto & Caſſio, cum enim intra vallum viſa eſſent apum examina, aruſpices locum, expiandæ religionis gratia, excluſerunt, militum autem animos religio hæc valde obſtrinxit, *Plutarchus*, & *Jul. Obſequens.* Dioni quoque apes in navigii puppe conſidentes triſte augurium fecere, teſte eodem

Plutarcho. Livius, 35. *cap.* 9. *A Capua nuntiatum eſt examen veſparum ingens in forum advolaſſe, & in Martis æde conſediſſe, eas collectas cum cura & igni crematas eſſe.* Inter Pompejanæ cladis prodigia, examina in ſignis a Floro, *lib,* 4. *cap.* 2. numerantur. & a Lucano, lib. 7.

Nec non innumero cooperta examine ſigna.

Julius Obſequens: *Paulo Fabio, Q. Ebio coſſ. In Germania, in caſtris Druſi examen apum in tabernaculo Hoſtilii Rutilii præfecti caſtrorum conſedit, ita ut funem prætendentem, præfixamque tentorio lanceam amplecteretur. Multitudo Romanorum per inſidias ſubjecta eſt.* Cicero de Aruſp. reſponſ: *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet, aruſpices acciendos ex Etruria putaremus.* Tale prodigium Scipio procurari voluit apud Livium, *lib.* 21. *cap.* 46. *& lib.* 24. cap. 10 adde Tacit. annal. 12. cap. 64. & Lipſii not. 154. Amm. Marcell. lib. 18. pag. 127. cum notis Lindenborgii. Simile quid contigit in coronatione Ferdinandi II. Imp. quæ facta eſt Francofurti ad Mœnum, Anno 1619. notante Baudartio. Formicarum prælium Chriſtierno II. Daniæ Regi exilium portendit. *vid. Olaum M. hiſt, ſeptentr. lib.* 22. *cap.* 5.

Muſcæ quoque mali aliquid portendebant, unde & peculiaris circa eas ſuperſtitio. Elei Myiagron Deum, muſcarum multitudine peſtilentiam afferente, invocant, quæ protinus intereunt, qua litatum eſt illo die. *Plin. lib.* 1. *cap.* 28. Forte hinc nomen ſortitus eſt. בעל זבוב *Muſcarum Dominus.* Romæ in ædem Herculis in foro boario nec muſcæ, nec canes intrant. *Plin. lib.* 10. *cap.* 29. Octæi Herculem Conopium, ne provinciam culicibus infeſtam redderet, venerati ſunt, nam culices Octæi conopas vocant. Sicut de Apolline Culiciano eſt, quod infeſtos culices ex agris propulſaret. *Alex. ab Alex. lib.* 1. *cap.* 13. adi Voſſium, de idolol. lib. 4. cap. 99. Sed ne quis nos cum Domitiano muſcas captare cogitet, ad alia nunc tranſibimus.

Prodigia innumera obſervata ſunt in ſole, Luna, ſideribus: Jul. Obſeq. Africano & Lælio coſſ. *Lanuvii inter horam tertiam & quintam duo diſcolores circuli ſolem cinxerunt, rubente alter, alter candida linea, Stella arſit per dies triginta duos.* ſupervacaneus eſſet labor ex Obſequente aut Lycoſthene ac Senecæ quæſtionibus natura-

turalibus ſimilia oſtenta deſcribere, unum tantum atque alterum delibabimus. Auguſtinus de Civ. Dei lib. 2. cap. 25. *In quadam Campaniæ lata planicie, ubi non multo poſt civiles acies nefario prælio conflixerunt, inter ſe prius pugnare viſi ſunt. Namque ibi auditi ſunt primum ingentes fragores, moxque multi ſe vidiſſe nunciarunt per aliquot dies duas acies præliari. Quæ pugna ubi deſtitit, veſtigia quoque velut hominum & equorum, quanta de illa conflictione exprimi poterant, invenerunt.* factum hoc L. Scipione, C. Norbano coſſ. Jul. Obſeq. Simile legere eſt, 2. *Maccab.* 5. Cicero, de aruſp. reſp. *Exanditus in agro propinquo & ſuburbano eſt ſtrepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum.* *** *de ea re ſcriptum eſt, poſtulationes eſſe decretas Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cæleſtibus.* vid. C. Rhodig. lib. 10. cap. 19.

Prodigium erat ſi terra, aut ſanguine, aut lapidibus pluiſſet. Jul. Obſ. cap. 1. 2. 3. 9. 10. 16. &c. Item ſi lacte. id. cap. 26. 29. 34. 37. 38. 40. 42. & apud Livium ſæpe. Priuſquam Xerxes Athenas deleret, Lacedæmonis invadendæ conſilium agitanti admirabile inter cœnam prodigium incidit, infuſum namque pateræ ejus vinum in ſanguinem, nec ſemel, ſed iterum, & tertio converſum eſt. qua de re conſulti Magi, monuerunt ut incepto abſtineret. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 6. Sic apud Virgilium, 4. Æneid. Dido.

Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.

Quod prodigium cædem futuram ſignificare, ex Homero, Iliad. λ. patet, ubi Jupiter

——— Κατὰ δ' ὑψόθεν ἧκεν ἐέρσας
Αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος, οὕνεκ' ἔμελλε
πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς ἄϊδι προϊάψειν.

Hoc eſt, juxta verſionem Eobani Heſſi:

——— *Ex alto pro dulci rore cruentas*
Depluit in terram guttas, ſub tempus obortæ
Auroræ, quo prodigio tot parte ab utraque
Illuſtres animas fuerat miſſurus ad orcum.

Prodigium erat ſi ſtatuæ Deorum ſudaſſent. Cic. 1. de divin.

Quid?

Digitized by Google

Quid? Lacedæmoniis paulo ante Leuctricam calamitatem, quæ ſignificatio facta eſt, cum in Herculis fano arma ſonuerunt, Herculiſque ſimulacrum multo ſudore manavit? Eodem libro ait, initio belli Marſici Deorum ſimulachra ſudaviſſe. Minervæ ſtatua, quod apud Athenienſes accidiſſe Dio *lib.* 4. auctor eſt, ad Solem orientem ſpectans, in arce poſita, obverſa ad occaſum, ſanguinem exſpuit. Aliquando fleverunt: Auguſt. de civ. Dei lib. 3. cap. 11. *Apollo Cumanus cum adverſus Achæos, Regemque Ariſtonicum a Romanis bellaretur, quatriduo fleviſſe nunciatus eſt, quo prodigio haruſpices territi cum id ſimulachrum in mare putaviſſent eſſe projiciendum, Cumani ſenes interceſſerunt, atque retulerunt tale prodigium & Antiochi & Perſidis bello in eodem apparuiſſe figmento: & quia Romanis feliciter proveniſſent, ex SCto, eidem Apollini dona ſua eſſe miſſa teſtati ſunt. Tunc vero peritiores acciti haruſpices reſponderunt, ſimulachri Apollinis fletum ideo proſperum eſſe Romanis, quoniam Cumæ colonia Græca eſſet, ſuiſque terris unde accitus eſſet, idem, ipſi Græciæ, luctum & cladem Apollinem ſignificaſſe plorantem. Deinde mox Regem Ariſtonicum victum & captum eſſe nuntiatum eſt, quem vinci utique Apollo nolebat: & hoc ſui lapidis etiam lachrymis indicabat.* Meminerunt etiam Cicero 1 *de divin.* Livius, *lib.* 43. idem lib. 40. cap. 10. Lanuvii ſimulachrum Junonis Soſpitæ lachrymaſſe ſcribit, & peſtilentiam in agris foriſque & conciliabulis tantam fuiſſe, ut Libitina vix ſufficeret. Sic Jul. Obſ. cap. 4.

Prodigium erat cum in æde Penatium valvæ nocte ſua ſponte adapertæ, *id cap.* 11. præſertim ſi haſtæ Martiæ, id eſt, quas ſtatua Martis utraque manu tenebat, moviſſent. idem cap 43. *Haſtæ Martiæ in regia ſua ſponte motæ.* ibid. *Ancylia cum crepitu ſua ſponte mota.* iterum, cap. 46. Ejus rei cauſa Senatus Conſultum factum eſt M. Antonio, A. Poſthumio coſſ. cujus exemplum hoc eſt apud A. Gellium, lib. 4. cap. 6. *Quod C. Julius L. filius Pontifex nunciavit in ſacrario in regia haſtas Martias moviſſe, D. E. R. I. C. ut M. Antonius Conſul hoſtiis majoribus Jovi & Marti procuraret: quod & cæteris Diis (quibus videretur) placandis, uti procuraſſet, ſatis habendum cenſuerunt. Si quid ſuccidaneis opus eſſet, Robigus accederet.* Sed manum de tabula: etenim

Cætera de genere hoc, adeo ſunt multa, loquacem

Delaſ-

Delaſſare valent Fabium.

Ἀνακεφαλαίωσιν inſtituam verbis Ciceronis, 1. de divin. ubi ſic inquit: *Quoties Senatus Decemviros ad libros ire juſſit? nam & cum duo viſi ſoles eſſent, & cum tres Lunæ & cum faces, & cum Sol nocte viſus eſſet, & cum ex cœlo fremitus auditus, & cum cœlum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animadverſi globi. Delata etiam ad ſenatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam multitudinem terra deſediſſet, Apuliaque maximis terræ motibus conquaſſata eſſet, quibus portentis magna populo Rom. bella, pernicioſaque ſeditiones denunciabantur. inque his omnibus reſponſa aruſpicum cum Sibyllæ verſibus congruebant. Quid cum Cumis Apollo ſudavit, Capuæ Victoria? quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monſtrum fuit? quid quod fluvius atratus ſanguine fluxit? quid cum in Capitolio ictus Centaurus ex cœlo eſt? in Aventino porta & homines? Tuſculi ædes Caſtoris & Pollucis, Romæque Pietatis? nonne & haruſpices reſponderunt, quæ evenerunt? & in Sibyllæ libris eadem prædictiones repertæ ſunt? Quoties Senatus Xviros ad libros ire juſſit? quantis in rebus, quamque ſæpe reſponſis haruſpicum paruit.*

Quaſi autem hæc ſingula non magnum ſatis terrorem animis incutere poſſent, multa etiam prodigia ſimul coacervata obſervarunt, quod in pluribus Livii & Dionis locis manifeſtum eſt. Et apud Statium, 7. *Theb.* Quæ circa mortem Julii Cæſaris varia monſtra contigerunt recenſentur a Plutarcho, Suetonio, cap. 81. Ovidio, 15. metam. a verſ. 787. inprimis Virgilio, 1. Georg. ubi a Sole ſic inchoat:

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem,
Tempore quanquam illo tellus quoque & æquora Ponti,
Obſcœnique canes, importunæque volucres
Signa dabant, quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam!
Flammarumque globos, liquefactaque volvere ſaxa?
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiit: inſolitis tremuerunt motibus Alpes.

Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes
Ingens: & ſimulachra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcuram noctis; pecudeſque locutæ.
(Infandum) ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt.
Et mæſtum illachrymat templis ebur, æraque ſudant.
Proluit inſano contorquens vortice ſylvas
Fluviorum Rex Eridanus, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſavit; & altæ
Per noctem reſonare, lupis ululantibus, urbes.
Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere cometæ.

Agmen hoc & caput claudet Lucanus, qui omnia prodigia, bellum pluſquam civile Cæſaris & Pompeji denuntiantia, enumerans lib. 1. ſic canit: — *Tum ne qua futuri*
Spes ſaltem trepidas mentes levet, addita fati
Pejoris manifeſta fides: Superique minaces
Prodigiis terras implerunt, æquora, pontum.
Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes,
Ardentemque polum flammis, cœloque volantes
Obliquas per inane faces, crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometen.
Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno:
Et varias ignis denſo dedit aere formas.
Nunc jaculum longo, nunc ſparſo lumine lampas
Emicuit cœlo: tacitum ſine nubibus ullis
Fulmen, & Arctois rapiens de partibus ignem
Percuſſit Latiale caput: ſtellæque minores
Per vacuum ſolitæ noctis decurrere tempus,
In medium venere diem, cornuque coacto
Jam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe,

Terr

Terrarum ſubita percuſſa expalluit umbra.
Ipſe caput medio Titan cum ferret Olimpo,
Condidit ardentes atra caligine currus:
Involvitque orbem tenebris, genteſque coegit
Deſperare diem: qualem fugiente per ortus
Sole Thyeſteæ noctem duxere Mycænæ.
Nec tulit in cœlum flammas, ſed vertice prono
Ignis in Heſperium cecidit latus: atra Charybdis
Sanguineum fundo torſit mare: flebile ſævi
Latravere canes. Veſtali raptus ab ara
Ignis, & oſtendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit
Thebanos imitata rogos. tum cardine tellus
Subſedit, veteremque jugis nutantibus Alpes
Diſcuſſere nivem. Thetys majoribus undis
Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta.
Indigetes fleviſſe Deos, urbiſque laborem
Teſtatos ſudore Lares, delapſaque templis
Dona ſuis, diraſque diem fœdaſſe volucres
Accipimus; ſylviſque feras ſub nocte relictis
Audaces media poſuiſſe cubilia Roma.
Tum pecudum faciles humana ad murmura linguæ,
Monſtroſique hominum partus, numeroque modoque
Membrorum, matremque ſuus conterruit infans;
Diraque per populum Cumanæ carmina vatis
Vulgantur: tum quos ſectis Bellona lacertis
Sæva movet, cecinere deos. crinemque rotantes
Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.
Compoſitis plenæ gemuerunt oſſibus urnæ.
Tum fragor armorum, magnæque per avia voces
Auditæ nemorum: & venientes cominus umbræ.

Quique colunt junctos extremis mœnibus agros
Diffugiunt, ingens urbem cingebat Erinnys,
Excutiens pronam flagranti vertice pinum,
Stridenteſque comas. Thebanam qualis Agaven
Impulit, aut ſævi contorſit tela Lycurgi
Eumenis: aut qualem juſſu Junonis iniquæ
Horruit Alcides, viſo jam Dite, Megæram.
Inſonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Miſcentur, tantum nox atra ſilentibus auris
Edidit, & medio viſi conſurgere campo
Triſtia Syllani cecinere oracula manes:
Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas
Agricolæ fracto Marium fugere ſepulchro.

Propter prodigia mortem portendentia Diis averruncis ſacrificavit Alexander Magnus, ut Plutarchus & Diodorus Siculus, lib. 17. cap. 116. memoriæ prodiderunt.

Digitized by Google

CAPUT. XIII.

Luſtrationes peractæ per Pontifices, Ceryces Athenienſium, Eumolpidas, Prophetas. Flamines, Veſtales, Augures, &c. Item per Cenſores, Conſules, Xviros, matronas, virgines. pueros patrimos & matrimos. Servi a ſacris arcebantur, Mulieres ſagæ. Everriatores. καθαρταὶ. *Pſychagogi. Magi Rex, Regina. Luperci. Struſertarii.* ὑδρανὸς. Κόης. *Epimenides Athenas luſtravit. Aves Diomedis, columbæ, elefanti etc: ſeipſos luſtrant. Baptæ.*

NOn omnibus promiſcue ſacra ſua crediderunt gentiles. Profanum vulgus ſolenni voce exeſſe jubebant: quibuſdam autem ſacrorum Antiſtitibus ad hæc ipſa auctoratis hæc cum cura commiſerunt. Peragendis autem religionibus peculiariter erant mancipati Pontifices, Flamines, Virgines Veſtales, Augures aliique Sacerdotes, quorum collegiis ſtatas ſolenneſque ceremonias, omnemque religionum cuſtodiam crediderat antiquitas: qui ex Augurum auctoritate, Vatum reſponſis, ac Hetruſcorum diſciplina ipſi agebant, aliiſque agendum præſcribebant. Cicero de Aruſp. reſp. *De ſacris publicis, de ludis maximis, de Deorum penatium, Veſtaque matris ceremoniis, de illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute Populi Rom. quod poſt Romam conditam, hujus unius* (P. Clodii) *caſti tutoris religionum, ſcelere violatum eſt, quod tres Pontifices ſtatuiſſent, id ſemper Populo Rom. ſemper Senatui, ſemper ipſis Diis immortalibus ſatis ſanctum; ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt.* & deinde: *Ita eſt interpretatio illa Pontificum, ut iidem poteſtatem habeant judicum. Religionis explanatio vel ab uno Pontifice perito recte fieri poteſt.* Similia

milia leguntur initio Orationis, quam Cicero pro domo ſua ad Pontifices habuit.

Hæc dignitas quibuſdam familiis propria fuit, ut Potitiis & Pinariis. *Liv. lib.* 1. *cap.* 7. tales Ceryces apud Athenienſes. Athen. lib. 6. dipnos. cap. 6. Καὶ τῷ κήρυκε, ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων, τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *Et ut duo ſint Ceryces de genere Cerycum, ex ea familia quæ myſteriorum ſacris operatur. hi in Delio templo annum unum functionem obeant paraſitorum.* Hos Ægyptiorum Paſtophoris aſſimulat Diod. Siculus *lib.* 1. *cap.* 29.

Præterea celebres Athenis fuerunt *Eumolpidæ*, ab Eumolpo Muſæi filio denominati, qui primus initia docuit: Sed plures fuere ejus nominis. Heſychius: Εὐμολπίδαι οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος· πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι. Suidas: Εὐμολπίδαι· γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκός, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν, ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος. &c. Sophoclis Scholiaſtes ad Oedipum Coloneum, ζητεῖται δὲ τί δήποτε οἱ Εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι ξένοι ὄντες· εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὰ τῆς Δηιόχης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα· καὶ τοῦτο ἱστορεῖν τὸν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτάκτων. Ἀκεσίδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφων οὕτως· Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετ' Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα· Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ Εὔμολπον· τοῦ δὲ Ἀντίφημον· τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν· τοῦ δὲ Εὔμολπον, τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. Videndus Meurſius in Eleuſin. cap. 2.

Apud Romanos etiam Prophetæ dicti ſunt talium ſacrorum antiſtites, quod ex C. Iulii Cæſaris (non Dictatoris, ſed Oratoris ac Poetæ) verſibus, a Feſto citatis, apparet:

Tum capita viridi lauro velare imperant
Prophetæ, ſancta caſte qui purant ſacra.

Hominum luſtratoriis ſacris operantium chorus deſcribitur Lucano, lib. 1, ubi præeunt

Pon-

Pontifices, ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas:
Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabino,
Veſtalemque chorum ducit vittata Sacerdos
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam.
Tum qui fata Deum, ſecretaque carmina ſervant,
Et lotam parvo revocant Almone Cybelem.
Et doctus volucres Augur ſervare ſiniſtras,
Septemvirque epulis feſtis, Titiique ſodales,
Et Salius læto portans ancilia collo,
Et tollens apicem generoſo vertice Flamen.

Multi etiam, quamvis ſacris non initiati, ſolennioribus tamen pompis luſtratoriis adhibebantur. Principem locum obtinebant, qui dignitate anctoritateque alios antecedebant. Cenſores, Conſules, Xviri, matronæ, virgines, pueri patrimi & matrimi.

Cenſores apud Romanos ſingulis quinquenniis omnes cujuſvis cenſus cives cenſebant, quam rem tanto futuro imperio ſaluberrimam inſtituit Servius Tullius. conſideratis autem facultatibus omnium ac moribus, *Suovetaurilia* mactabantur, idque *luſtrum conditum* appellatum. Addebatur ſolennis voti nuncupatio a Cenſore luſtrum condente, qua Deos orabant, ut res Populi R. meliores amplioreſque facerent, quod ab Africano poſteriore emendatum: cum enim ſoluto ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis hoc ſolenne precationis carmen ei præiret: *Satis*, inquit, *bonæ & magnæ ſunt, itaque precor, ut eas perpetuo incolumes ſervent.* ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari juſſit. Qua votorum verecundia deinceps Cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. *Val. Max. lib.* 4. *cap.* 1. Aſconius Pædianus in divin. *Cenſores completo quinquennio urbem luſtrabant, & ſolitaurilia, ſacrificia de ſue, ove, tauro faciebant.* Hinc jocus Africani, qui Aſello luſtrum infelix objicienti, *Noli*, inquit, *mirari, is enim qui te ex ærariis exemit, luſtrum condidit & taurum immolavit.* Tanta erat ſuſpicio, ut religione civitatem obſtrinxiſſe videatur Mummius, quod Aſellum ignominia levarit. *Cicero* 2. *de orat.* Quia autem per ambos Cenſores fiebat, *ambiluſtrum* vocabatur. *Serv. ad* 1. *Æneid. verſ.* 287.

De Conſulibus: Livius, lib. 32. cap. 9. *Eorum prodigiorum*

Digitized by Google

cauſa ſupplicatio unum diem habita, & Conſules rebus divinis operam dederunt. De aliis, idem lib. 37. cap. 3. *Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id ſacrificium adhibiti: & decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt.* Jul. Obſequens, cap. 52. *Virgines viginti ſeptem carmen canentes urbem luſtraverunt*, ſic capp. 32. 34. Inſignis eſt pompa, quam deſcribit Livius, lib. 27. cap. 37. *Decrevere item Pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent, id cum in Jovis Statoris æde diſcerent, conditum ab Livio Poeta carmen, tacta de cœlo ædes in Aventino Junonis Reginæ, prodigiumque id ad matronas pertinere aruſpices cum reſpondiſſent, donoque divam placandam eſſe, ædilium curulium edicto in Capitolium convocatæ, quibus in urbe Roma, intraque decimum ab urbe lapidem domicilia eſſent, ipſæ inter ſe quinque & viginti delegerunt, ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. inde donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque & caſte a matronis ſacrificatum.* Virg. 1. Georg. in deſcriptione ambarvalium:

Omnis quam chorus & ſocii comitentur ovantes.

Ubi obſervatum fuit, ut non tantum Sacerdotes integro eſſent corpore, Plutarch. *quæſt. Rom.* 69. quod ita ſervatum religioſe apud poſteros, ut M. Sergius, cum de rebus ſtrenue a ſe geſtis orationem habuiſſet, ſacris arceretur a collegis, ut debilis. *Plin. lib.* 7. *cap.* 28. ſed etiam ut nomina victimas ducentium proſpera eligerent; ut ait Plinius, *lib.* 28. *cap.* 2. Cicero, lib. 1. de divin. *In luſtranda certe colonia, ab eo qui eam deduceret, & cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias deducerent eligebantur.* Apud Tacitum, *hiſt. lib.* 4. *cap.* 23. in dedicatione Capitolii, milites ingreſſi, quibus fauſta nomina. *vid. ibi. Lipſ. notas, & Briſſonii form. pag* 92. In his enim, ut in omnibus principiis, omina ineſſe putabant.

Pueros autem ac virgines in ipſo ætatis flore Diis gratiſſimos in his religionibus fuiſſe docuit Pythagoras, referente Iamblicho, vitæ ejus, *lib.* 1. *cap.* 10. ſtatuebant ſcilicet θεοφιλεστάτους τοὺς παῖδας, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοὺς αὐχμοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων ἀποστέλλεσθαι παρὰ θεῶν ὕδωρ αἰτησομένους, ὡς μάλιστα ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου, καὶ μόνους διὰ τέλους ἁγνεύουσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν.

Servi

Digitized by Google

Servi autem plerumque à ſacrarum pomparum apparatu arcebantur. De Athenienſibus Philo Judæus, eo libro quo demonſtrat Liberum eſſe eum qui virtuti ſtudet: Διὸ μοὶ δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι διάνοιαν Ἀθηναῖοι (ὅπερ γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ' ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι) τὴν ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν, ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νενομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιτελεῖν, καὶ οὐχ οἵων ἂν τύχῃ, ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον, ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν πέμματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι, πρὸς εὐδοξίας καὶ τιμῆς, ὅπερ ἐστὶ, τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι. Hoc eſt, interprete Gelenio: *Quapropter Athenienſes, me judice, acutiſſimi hominum (quod enim in oculo pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ ſunt in Græcia) quando pompam ducunt Eumenidibus, neminem ſervum admittunt, ſed per ingenuos viros ac fœminas peragunt omnia ſolennia, & ne eos quidem vulgares, ſed inculpatæ vitæ homines, nam & bellaria in id feſtum parant adoleſcentes honeſtiſſimi, putantque honorificum hoc miniſterium.* De Cois, Athen. lib. 6. cap. 18. ὁπόταν τῇ Ἥρᾳ θύωσιν οἱ Κῷοι, οὔτε εἴσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν δοῦλος οὔτε γεύεταί τινος τῶν παρεσκευασμένων. *Coi Junoni cum ſacrificant, neque templum ullus ſervus ingreditur, nec quicquam guſtat ex iis quæ ſunt apparata.* De Æginetis monophagis, vid. Plutarch. quæſt. Rom. 45. Apud Romanos in ſacris Herculis, nec ſervi nec liberi intererant. Appius autem Clodius Potitios pecunia corrupit, ut ſervos publicos hoc ſacrum docerent, propter quod dicitur & ipſe mox cæcus factus, & Potitiorum familia intra breve tempus extincta. *Serv.* ad 8. Æneid. v. 270. Ad le Plutarchum quæſt. Rom. 15. Διὰ τί δούλοις τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν ἄβατόν ἐστι. Ludi ſeculares celebrandi cum eſſent luſtralia liberis tantum hominibus, non autem ſervis diſtribuebantur. *Zoſim. hiſtor. lib.* 2.

Minus ſolennes luſtrationes ab ipſis luſtrandis, nullo adhibito miniſtro peragebantur.

Sic Æneas: *Donec me flumine vivo* *Abluero.*

Nec ſequior ſexus ab ipſa ſacrorum adminiſtratione arcebatur. Hinc apud Romanos *Virgines Veſtales*, hinc *Bonæ Deæ* Sacerdotes celebrantur: ad Taurobolii quoque ſacrum admiſſæ: quod manifeſtum ex inſcriptione apud Manutium, de ratione Orthographiæ, *pag.* 583. quæ ſic habet:

V *Fabia*

Digitized by Google

Fabia. Aconia. Paullina C. F.
Filia. Aconis. Catullini. V. C.
Ex Præfect. Conſulis. Ordin.
Uxori. Vetti. Prætextati.
V. C. Præf. & Conſulis. Deſignati.
Sacratæ. apud. Eleuſinam. Deo. Baccho.
Cereri. &. Coræ. Sacratæ. apud. Æginam.
Deabus. Taurobolitæ. Iſiacæ. Hierophantriæ.
Deæ. Hecatæ. Græco. Sacratæ. Deæ. Cereris.

Hæc pluribus ſacerdotiis functa eſt fœmina. Tales & Sibyllæ, & quæ aliis Deabus ſacra obierunt miniſteria. ut *Minervæ*. Inſcriptio apud eundem Manutium, pag. 594.

D. M. S.

PERILIÆ. Q. F. SECUNDINÆ. SACERDOTI MINERVÆ. VIX. ANN. VIIII. M. VII. D. XVIII. OB. INFATIGABILEM. PIET. EIUS. MESSI. ADO..... UT.... EI. B. M. P.

Item Auguſtæ, apud eundem. pag. 607.

DENTRIÆ. L. F. POLLÆ.
SACERCOTI. DIVAE.
AUGUSTAE.
POST. MORTEM.

Sed quid face opus eſt ipſo meridie. videatur Saubertus de ſacrif. cap. 8. Redeo ad Luſtrationum ſacra, quæ mulierculæ imprimis frequentarunt. Ovid. 2. de arte.

Et veniat quæ luſtret anus lectumque locumque,
Præferat & tremula ſulphur & ova manu.

Græcis περιμάκτριαι dicebantur. *Pollux, lib. 7. cap.* 33. περιμάκτριαι. *Plut. de ſuperſt.* ἱέρειαι. *Theophr. charact. cap.* 17. Talem fuiſſe ait Demoſthenes Glaucotheam ſive Empuſam, Æſchinis matrem, in ea contra ipſum de falſa legatione. τελέστρια dicitur a Suida in vita Æſchinis. Empuſæ autem, quod ſpectri nomen eſt, ſibi acquiſivit, quod ex tenebroſis locis ad mulieres & pueros cum impetu prodiret, ut ait ὁ ἄδηλος in vita ejuſdem Æſchinis. Eadem τυμπανίστρια Demoſth. de corona. Diogenes Laërtius, *de vit. Philoſ. lib.* 10. narrat Epicurum cum matre & circum ædiculas

culas euntem *καθαρμοὺς ἀναγινώσκειν*, *purgationes*, *ſive preculas luſtrales legere ſolitum*, *ſcilicet priuſquam ſe ad Philoſophiam conferret.*

Latinis *Piatrices*, quæ & *Simulatrices*, pro quo alii *Similatrices*, alii *Simpulatrices* legunt: quas & Sagas vocari dicit Feſtus: nempe, quia Sagarum inſtar ἀποτροπιάζουσι, unde & Belgicum ſegenen deſcendere videtur. *Simulatrices*, quia multa ſimularent, & ſimulatis pro veris uterentur, ut ait Turnebus, *adverſ. lib.* 3. *cap.* 10. vel quod ſimulachra fingerent, unde & Fictrices, ut docet Salmaſius, ad Tertullianum de pallio: *pag.* 345. 346.

Ovid. [illegible] *Simulachraque cerea fingit.*

Valerius. [illegible] *& Ææo ſimulatrix littore Circe.*

Gloſſa. *Saga*, φοιβάς, φαρμακίς.

Hæ mulieres apud veteres lenæ erant, & Saga eadem quæ Lena. Lucilius apud Nonium: *Ætatem & faciem ut ſaga & bona conciliatrix.* Nonius ipſe: *Sagæ mulieres dicuntur fœminæ ad lubidinem virorum indagatrices; unde & ſagaces dicuntur ferarum vel animalium quæſitores.* Perſius:

Ecce avia, aut metuens divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis Expiat.

Domos funeſtas luſtrabant Everriatores. Feſtus: *Everriator vocatur, qui accepta jure hæreditate, juſta facere defuncto debet, quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea turbaverit, ſuo capite luat. id nomen ductum a verrendo. Nam exverræ, ſunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum.* tali miniſterio fungebatur Chorineus, 6. *Æneid.* ſocios Æneæ luſtrans, hunc enim Sacerdotem fuiſſe colligitur ex 12. *Æneid.* v. 298. ubi ex ara, cui proximi Sacerdotes, arma capiens, hoſtem ferit:

[illegible] *Obvius ambuſtum torrem Chorineus ab ara Corripit.*

Aſconius Pædianus, *in Orat. pro Milone.* nominat Licinium quendam de plebe Sacrificulum, qui familias purgare ſolitus eſſet.

Apud Lithuanos, vigente jam Chriſtaniſmo, hæ gentilium ceremoniæ nondum deſierant, teſte Carolino, in hodierni gentiliſmi hiſtoria, *part.* 3. *cap.* 4. Ferali enim cœna peracta, cui de-

V 2 fun-

Digitized by Google

functorum animas intereſſe credunt, Sacerdos de menſa ſurgens, ſcopis domum verrit, & una cum pulvere animas ejicit, addens: *Ediſtis, bibiſtis: abite nunc animæ.*

In nuptiis λυτροφόρος, λυτρὰ τὶς κομίζουσα. *Pollux.*

In templis hoc agebant Sacerdotes, æditui, καθαρταί. quos inter Diis inſervientes refert Pollux, *lib.* 1. *cap.* 1. Theodoretus, citatus Brodæo, *miſcell.* lib. 1. cap. 38. Ἑκατέρωθεν δὲ τῶν θυρῶν ἐιςήκεισαν νεωκόροι, περιῤῥαντηρίοις τοὺς ἐισιόντας περικαθαίροντες, ὡς ἐνόμιζον. Sozomenus ibidem citatus: ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸ οὐδὸν, θαλλοὺς τινὰς διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τοὺς ἐισιόντας. *Cum autem limen templi tranſiturus eſſet, virentes quoſdam ramos madidos tenens Sacerdos, more Græcorum, intrantes adſperſit.* Ion apud Euripidem Sacerdos Apollinis Delphici, tanquam de officio ſuo loquitur: Ἀλλὰ χρυσέαις πρόχουσιν ἐλθὼν εἰς ἀποῤῥαντήρια δρόσον καθήσω. *quin aureis gutturniis profectus ad adſperſoria adſperginem emittam.* Amythaonis filius Melampus καθαρτὴς dicitur Servio, *in fin.* 3 *Georg.* Epimenides, auctore Jamblicho, cognominatus fuit καθαρτής. Qui, Vates cum eſſet, tamen non de futuris, ſed de præteritis, quæ obſcura, & aliis ignota eſſent, vaticinatus eſt, teſte Ariſtotele, 3. *Rhetor. cap.* 17. Hic etiam primus domos, atque agros expiaſſe & delubra erexiſſe dicitur. *Diog. Laertius.* Cum Athenienſes peſte laborarent, hunc ut Deo chariſſimum, qui quinquaginta ſeptem perpetuos annos in ſpelunca quadam obdormiverat, reſponſo a Pythia accepto, ex Creta advocarunt, qui Olympiade 27. urbem luſtravit, peſtemque hoc modo compoſuit: Sumſit oves nigro & candido vellere, duxitque in Arium pagum, atque inde quo vellent abire permiſit, ſingulas ubicunque accubuiſſent, peculiari cuipiam Deo mactari mandans. Ex eo deinceps per Athenienſium pagos aræ ſine nomine, de quibus ſupra cap. 4. diximus.

Empedoclis καθαρμοὺς in ludis Olympicis ἐῤῥαψώδησεν Cleomenes. *Athen. dipnoſ. lib.* 14. *cap.* 3. Καθαρτὴς autem Athenienſibus ἀπομάκτης & luſtrationes ipſæ ἀπομάγματα. Sophocles ᾽αιχμαλωτίσι. στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις. Item: δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν. Sed vox Ἀγνίτης active & paſſive ſignificat. Heſychius: Ἀγνίτης, ὁ ἀγνισθεὶς μύσους, ἢ ὁ καθαίρων τινά. *qui a ſcelere purgatus*

Digitized by Google

gatus eſt, vel qui aliquem luſtravit.

A Lupercis fiebat luſtratio Lupercalis; nebulonibus laſcivis, nudis, paſſim diſcurrentibus, adeo ut viro honeſto Lupercum agere turpe eſſet. Cic. pro M. Cœlio: *Fera quædam ſodalitas, & plane paſtoritia, atque agreſtis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa ſylveſtris ante eſt inſtituta, quam humanitas & leges.* idem 2. *Philip.* objicit Antonio, quod Lupercus fuerit: ideoque Auguſtus, ut huic malo aliquo modo ſuccurreret, Lupercalibus vetuit currere imberbes. *Sueton. Aug. cap.* 31. Horum tria Romæ fuerunt collegia, Fabiorum, Quintiliorum, Juliorum. De duobus prioribus Ovidius. 2. Faſt.

Riſit, & indoluit Fabios potuiſſe, Remumque
Vincere, Quintilios non potuiſſe ſuos.

Tertium a C. Julio Cæſare additum eſt. Dio, lib. 44. ἱεροποιούς τε ἐς τὰ τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας ἑταιρείαν, τρίτην τινὰ, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν. *Tertium quoddam collegium Sacerdotum, qui Lupercalia celebrarent inſtitutum, idque Julium vocatum fuit.*

Urbes luſtrabantur a Periſtiarchis. Ariſtoph. ἐκκλησιαζούσαις. ſc. 2. ὁ περιςίαρχος περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. *Periſtiarchum circumferre decet muſtelam.* Scholiaſt. *Ariſtoph. pag.* 488. περιςίαρχος ὁ τῶν καθαρσίων προηγούμενος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκαλεῖτο. περίςια γὰρ τὰ καθάρσια. Hinc apud Pollucem, lib. 8. cap. 9. ſect. 24. pro περὶ ἑςιάρχων, legi quidam volunt περιςιάρχων, quaſi alterum περὶ excidiſſet. Heſychius: κάθαρμα, τὸ χοιρίδιον, ᾧ τὴν ἑςίαν ἐκάθαιρον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὁ δὲ ἐπιτελῶν δημοσίως περιςίαρχος ἐλέγετο. Suidas in καθάρσιον, τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιςίαρχοι, ὀνομασθέντες οὕτως, ἢ ἀπὸ τοῦ περιϊέναι, ἢ ἀπὸ τῆς ἑςίας. *Hoc vero peragebant illi, quos vocant periſtiarchos, ſive a circumeundo, ſive a foco:* unde ἑςίαρχαι. Pollux loco ſupr: cit. quaſi circitores dicas: ſicut Peripolos in re militari dicunt, qui cuſtodiæ cauſa circumeunt munimenta. *C. Rhodig. lib. 6. cap* 12.

Struferctarii, teſte Feſto, ſacrificia quædam faciebant ad arbores fulguritas, a ferto quodam ſacrificii genere: *Ferctum, genus libi, dictum quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi, quæ qui adferebant, ſtruferctarii appellabantur.* Idem Feſtus: *Strues genera liborum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta panicula in tranſverſum continentur.*

V 3 Ful-

Digitized by Google

Fulminum procuratio plerunque ad Pontifices, ex ſenatuſconſulto, rejecta, ut patet ex hac inſcriptione, quæ eſt apud Gutherium de jure man. lib. 1. cap. 5. JOVI. FULMIN. FULG. TONANTI. RUSTIUS. L. F. ÆPIO. PONT. EX. S. C. DEDICAVIT.

Hi Bidentales dicti, & in decuriam redacti. Lapis apud Gutherium, ibid. SEMONI. SANCTO. DEO. FIDIO. SACRUM. SEX. POMPEIUS. S. P. F. COL. MUSSIANUS, QUINQUENNALIS. DECUR. BIDENTALIS. DONUM. DEDIT.

Aruſpices ex Hetruria acciti ad luendum piaculis id fulgur, quo ſtatua Horatii Coclitis, Romæ in foro poſita, tacta erat. *A. Gell. noct. attic. lib. 4. c. 5.*

In ſacris Eleuſiniis ὑδρανὸς. Heſychius: ὑδρανὸς ὁ ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων. In ſacris Iſidis *Paſtophori* ſacra miniſtrabant. *Apul. 11. metam.* Homicidæ a Sacerdotibus Κόιας luſtrabantur. Heſychius: Κόιης, ἱερεὺς Καβείρων, ὁ καθαίρων φονέα: ὁ ἢ κόης. Quæ voces quin ſint ab Hebr. כהן dubitare non ſinunt tum ſonus, tum ſignificatio. Sacerdotem enim notant, ut & cognatum κοιόλης, & κοιᾶται, ἱερᾶται apud Heſychium.

Pſychagogi, animarum curatores, manes cæſorum ſollicitabant, & ab orco revocabant, ut quemadmodum placari vellent, ab eis ediſcerent. Ita fere Etymolog. ψυχαγωγία (ſ. ψυχαγώγια) ὄνομα τούτου, ἐφ' ᾧ οἱ μάντεις ἐπὶ ψυχῶν μαντευόμενοι, ἀναφέρουσι τὰς ψυχὰς τῶν νεκρῶν. Ariſtoph. Avib. ſc. οἵ μοι πέλας. λίμνη τίς ἐστ' ἄλουτος, οὗ ψυχαγωγεῖ Σωκράτης, &c. *quo animas ducit Socrates.* Pauſanias. in Lacon. de puella a Pauſania interfecta locutus: τοῦτο τὸ ἄγος, inquit, οὐκ ἐγένετο ἀποφυγεῖν Παυσανίαν, καθάρσια παντοῖα, καὶ ἱκεσίας δεξαμένῳ Διὸς Φυξίου, καὶ δὴ ἐς Φιγάλειαν ἐλθόντι τῶν Ἀρκάδων, παρὰ τοὺς ψυχαγωγούς. *Ab hoc piaculo abſolvi Pauſanias non potuit, quibuſcunque etiam luſtrationibus adhibitis Jovi Confugio, vel Profugorum Præſidi, cum Phigaliam Arcadiæ veniſſet ad Pſychagogos.* Apud Perſas nullum ſine Magis ſacrificium, quippe Sacerdotes.

Apud Athenienſes Rex & Regina ſacra obibant: Libera autem civitate huic rei tamen Rex eſt creatus, ejuſque uxori ſacris operanti præſto erant γεραιραί, miniſtræ & juratæ: Demoſth. Orat.

by Google

Orat. in Neæram: τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ βασιλεὺς ἔθυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀῤῥήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐποίει, εἰκότως, βασίλισσα οὖσα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκησεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων καὶ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, νόμον ἔθετο, ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται. *Sacra autem Rex obibat omnia: eorumque religioſiſſima & arcana uxor ejus curabat; idque merito; cum regina eſſet. Poſtquam autem Theſeus cives in unum congregavit, liberamque Remp. inſtituit, & urbs multitudine incolarum frequentari cœpit, populus nihilominus Regem creabat, delectu e viris præſtantiſſimis habito. Uxorem autem ejus lege ſanxit eſſe civem, & non alteri commiſtam viro, ſed virginem ducendam, ut patrio ritu arcana ſacra pro Republica immolarentur; & juſta Diis pie ſolverentur, atque nec deſereretur nec innovaretur quicquam.* Eodem modo Romani, Regibus exactis, Regem & Reginam ſacrorum crearunt, *vid. Roſin. antiq. lib.* 3. *cap.* 25. Paucis interjectis Demoſthenes de miniſtris γεραιρῶν agens, quæ ad caniſtra & aram luſtrabantur, priuſquam ſacra attingerent, illarum ſolenne juramentum ſubiicit: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων, τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ᾽ ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ θεόγνια, καὶ ἰοβακχεῖα γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Pia & pura & munda ſum a cæteris immundis, & a viri congreſſu, & divinum natalem, & Iobacchea celebro Baccho, patrio ritu, & legitimis temporibus.*

In brutis quibuſdam animalibus quædam obſervata ſunt, quæ ὁμωνύμως luſtrationes dici poſſent. Avis *Porphyrion*, teſte Athenæo, *dipnoſ. lib.* 9. *cap.* 10. Non prius cibum capit, quam commodum ſibi locum nactus, ſpatiatus fuerit, & poſt ambulationem illam in pulvere volutatus laverit: tum denique cibari. De *Diomedis avibus* mirabile eſt, quod refert Solinus, *rer. memor.* cap. 9. *Ædem, inquit, ſacram omni die celebrant ſtudio ejuſmodi: aquis imbuunt plumas, aliſque impendio madefactis confluunt rorulentæ. Ita adem excuſſo humore purificant: tunc pennulis ſuperplaudunt: inde diſcedunt, quaſi peracta religione.* Quod dæmonum inſtinctu fieri ait Auguſtinus, *lib.* 18. *de Civ. Dei, cap.* 16. & 18.

Simile

milia leguntur initio Orationis, quam Cicero pro domo ſua ad Pontifices habuit.

Hæc dignitas quibuſdam familiis propria fuit, ut Potitiis & Pinariis. *Liv. lib.* 1. *cap.* 7. tales Ceryces apud Athenienſes. Athen. lib. 6. dipnos. cap. 6. Καὶ τὼ κήρυκε, ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων, τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *Et ut duo ſint Ceryces de genere Cerycum, ex ea familia quæ myſteriorum ſacris operatur. hi in Delio templo annum unum functionem obeant paraſitorum.* Hos Ægyptiorum Paſtophoris aſſimulat Diod. Siculus *lib.* 1. *cap.* 29.

Præterea celebres Athenis fuerunt *Eumolpidæ*, ab Eumolpo Muſæi filio denominati, qui primus initia docuit: Sed plures fuere ejus nominis. Heſychius: Εὐμολπίδαι ὄντως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος· πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι. Suidas: εὐμολπίδαι· γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν, ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος. &c. Sophoclis Scholiaſtes ad Oedipum Coloneum, ζητεῖται δὲ τί δήποτε οἱ εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι ξένοι ὄντες· εἴποι δ᾽ ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον εὔμολπον ποιῆσαι τὰ Δηιόκης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα· καὶ τοῦτο ἱστορεῖν τὸν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτάκτων. Ἀκεσίδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφων οὕτως· Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετ᾽ εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ᾽ Ἐρεχθέως πόλεμον. τινὲς δέ φασι καὶ τὸν εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα· εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ εὔμολπον, τοῦ δὲ Ἀντίφημον· τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν· τοῦ δὲ Εὔμολπον, τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. Videndus Meurſius in Eleuſin. cap. 2.

Apud Romanos etiam Prophetæ dicti ſunt talium ſacrorum antiſtites, quod ex C. Iulii Cæſaris (non Dictatoris, ſed Oratoris ac Poetæ) verſibus, a Feſto citatis, apparet:

Tum capita viridi lauro velare imperant
Prophetæ, ſancta caſte qui purant ſacra.

Hominum luſtratoriis ſacris operantium chorus deſcribitur Lucano, lib. 1, ubi præeunt

Pon-

Digitized by Google

Pontifices, ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas:
Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabino,
Veſtalemque chorum ducit vittata Sacerdos
Trojanam ſoli cui fas vidiſſe Minervam.
Tum qui fata Deum, ſecretaque carmina ſervant,
Et lotam parvo revocant Almone Cybelem.
Et doctus volucres Augur ſervare ſiniſtras,
Septemvirque epulis feſtis, Titiique ſodales,
Et Salius læto portans ancilia collo,
Et tollens apicem generoſo vertice Flamen.

Multi etiam, quamvis ſacris non initiati, ſolennioribus tamen pompis luſtratoriis adhibebantur. Principem locum obtinebant, qui dignitate auctoritateque alios antecedebant. Cenſores, Conſules, Xviri, matronæ, virgines, pueri patrimi & matrimi.

Cenſores apud Romanos ſingulis quinquenniis omnes cujuſvis ordinis cives cenſebant, quam rem tanto futuro imperio ſaluberrimam inſtituit Servius Tullius. conſideratis autem facultatibus omnium ac moribus, *Suovetaurilia* mactabantur, idque *luſtrum conditum* appellatum. Addebatur ſolennis voti nuncupatio a Cenſore luſtrum condente, qua Deos orabant, ut res Populi R. meliores amplioreſque facerent, quod ab Africano poſteriore emendatum: cum enim ſoluto ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis hoc ſolenne precationis carmen ei præiret: *Satis*, inquit, *bonæ & magnæ ſunt, itaque precor, ut eas perpetuo incolumes ſervent.* ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari juſſit. qua votorum verecundia deinceps Cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. *Val. Max. lib.* 4. *cap.* 1. Aſconius Pædianus in divin. *Cenſores completo quinquennio urbem luſtrabant, & ſolitaurilia, ſacrificia de ſue, ove, tauro faciebant.* Hinc jocus Africani, qui Aſello luſtrum infelix objicienti, *Noli*, inquit, *mirari, is enim qui te ex ærariis exemit, luſtrum condidit & taurum immolavit.* Tanta erat ſuſpicio, ut religione civitatem obſtrinxiſſe videatur Mummius, quod Aſellum ignominia levarit. *Cicero* 2. *de orat.* Quia autem per ambos Cenſores fiebat, *ambiluſtrum* vocabatur. *Serv. ad* 1. *Æneid. verſ.* 287.

De Conſulibus: Livius, lib. 32. cap. 9. *Eorum prodigiorum*

Digitized by Google

cauſa ſupplicatio unum diem habita, & Conſules rebus divinis operam dederunt. De aliis, idem lib. 37. cap. 3. *Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id ſacrificium adhibiti: & decemviri nocte lactentibus rem divinam fecerunt.* Jul. Obſequens, cap. 52. *Virgines viginti ſeptem carmen canentes urbem luſtraverunt*, ſic capp. 32. 34. Inſignis eſt pompa, quam deſcribit Livius, lib. 27. cap. 37. *Decrevere item Pontifices, ut virgines ter novena per urbem euntes carmen canerent, id cum in Jovis Statoris æde diſcerent, conditum ab Livio Poeta carmen, tacta de cœlo ædes in Aventino Junonis Reginæ, prodigiumque id ad matronas pertinere aruſpices cum reſpondiſſent, donoque divam placandam eſſe, ædilium curulium edicto in Capitolium convocatæ, quibus in urbe Roma, intraque decimum ab urbe lapidem domicilia eſſent, ipſæ inter ſe quinque & viginti delegerunt, ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. inde donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque & caſte a matronis ſacrificatum.* Virg. 1. Georg. in deſcriptione ambarvalium:

Omnis quam chorus & ſocii comitentur ovantes.

Ubi obſervatum fuit, ut non tantum Sacerdotes integro eſſent corpore, Plutarch. *quæſt. Rom.* 69. quod ita ſervatum religioſe apud poſteros, ut M. Sergius, cum de rebus ſtrenue a ſe geſtis orationem habuiſſet, ſacris arceretur a collegis, ut debilis. *Plin. lib. 7. cap.* 28. ſed etiam ut nomina victimas ducentium proſpera eligerent; ut ait Plinius, *lib.* 28. *cap.* 2. Cicero, lib. 1. de divin. *In luſtranda certe colonia, ab eo qui eam deduceret, & cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias deducerent eligebantur.* Apud Tacitum, *hiſt. lib.* 4. *cap.* 23. in dedicatione Capitolii, milites ingreſſi, quibus fauſta nomina. *vid. ibi. Lipſ. notas, & Briſſonii form. pag* 92. In his enim, ut in omnibus principiis, omina ineſſe putabant.

Pueros autem ac virgines in ipſo ætatis flore Diis gratiſſimos in his religionibus fuiſſe docuit Pythagoras, referente Iamblicho, vitæ ejus, *lib.* 1. *cap.* 10. ſtatuebant ſcilicet θεοφιλεστάτους τοὺς παῖδας, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοὺς αὐχμοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων ἀποστέλλεσθαι παρὰ θεῶν ὕδωρ αἰτησομένους, ὡς μάλιστα ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου, καὶ μόνοις διὰ τέλους ἁγνεύουσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν.

Servi

Servi autem plerumque à ſacrarum pomparum apparatu arcebantur. De Athenienſibus Philo Judæus, eo libro quo demonſtrat Liberum eſſe eum qui virtuti ſtudet: Διὸ μοὶ δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι διάνοιαν Ἀθηναῖοι (ὅπερ γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ' ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι) τῇ ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπῇ ὅταν πέμπωσι δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν, ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νενομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιτελεῖν, καὶ οὐχ' οἵων ἂν τύχῃ, ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον. ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τῇ ἑορτῇ πέμματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι, πρὸς εὐδοξίας καὶ τιμῆς, ὅπερ ἐστὶ, τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι. Hoc eſt, interprete Gelenio: *Quapropter Athenienſes, me judice, acutiſſimi hominum (quod enim in oculo pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ ſunt in Græcia) quando pompam ducunt Eumenidibus, neminem ſervum admittunt, ſed per ingenuos viros ac fœminas peragunt omnia ſolennia, & ne eos quidem vulgares, ſed inculpatæ vitæ homines, nam & bellaria in id feſtum parant adoleſcentes honeſtiſſimi, putantque honorificum hoc miniſterium.* De Cois, Athen. lib. 6. cap. 18. ὁπόταν τῇ Ἥρᾳ θύωσιν οἱ Κῷοι, οὔτε εἴσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν δοῦλος, οὔτε γεύεταί τινος τῶν παρεσκευασμένων. *Coi Junoni cum ſacrificant, neque templum ullus ſervus ingreditur, nec quicquam guſtat ex iis quæ ſunt apparata.* De Æginetis monophagis, vid. Plutarch. quæſt. Rom. 45. Apud Romanos in ſacris Herculis, nec ſervi nec liberi intererant. Appius autem Clodius Potitios pecunia corrupit, ut ſervos publicos hoc ſacrum docerent, propter quod dicitur & ipſe mox cœcus factus, & Potitiorum familia intra breve tempus exſtincta. *Serv.* ad 8. Æneid. v. 270. Ad le Plutarchum quæſt. Rom. 15. Διὰ τί δούλαις τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν ἄβατόν ἐστι. Ludi ſeculares celebrandi cum eſſent luſtralia liberis tantum hominibus, non autem ſervis diſtribuebantur. *Zoſim. hiſtor. lib.* 2.

Minus ſolennes luſtrationes ab ipſis luſtrandis, nullo adhibito miniſtro peragebantur.

Sic Æneas: *Donec me flumine vivo* *Abluero.*

Nec ſequior ſexus ab ipſa ſacrorum adminiſtratione arcebatur. Hinc apud Romanos *Virgines Veſtales*, hinc *Bonæ Deæ* Sacerdotes celebrantur: ad Taurobolii quoque ſacrum admiſſæ: quod manifeſtum ex inſcriptione apud Manutium, de ratione Orthographiæ, *pag.* 583. quæ ſic habet:

V *Fabia.*

Fabia. Aconia. Paullina C. F.
Filia. Aconis. Catullini. V. C.
Ex Præfect. Conſulis. Ordin.
Uxori. Vetti. Prætextati.
V. C. Præf. & Conſulis. Deſignati.
Sacrata. apud. Eleuſinam. Deo. Baccho.
Cereri. &. Coræ. Sacrata. apud. Æginam.
Deabus. Taurobolita. Iſiaca. Hierophantria.
Deæ. Hecatæ. Græco. Sacrata. Deæ. Cereris.

Hæc pluribus ſacerdotiis functa eſt foemina. Tales & Sibyllæ, & quæ aliis Deabus ſacra obierunt miniſteria. ut *Minerva.* Inſcriptio apud eundem Manutium, pag. 594.

D. M. S.

PERILIÆ. Q. F. SECUNDINÆ. SACERDOTI MINERVÆ. VIX. ANN. VIIII. M. VII. D. XVIII. OB. INFATIGABILEM. PIET. EIUS. MESSI. ADO..... UT... EI.. B. M. P.

Item Auguſtæ, apud eundem. pag. 607.

DENTRIÆ. L. F. POLLÆ.
SACERCOTI. DIVAE.
AUGUSTAE.
POST. MORTEM.

Sed quid face opus eſt ipſo meridie. videatur Saubertus de ſacrif. cap. 8. Redeo ad Luſtrationum ſacra, quæ mulierculæ imprimis frequentarunt. Ovid. 2. de arte.

Et veniat quæ luſtret anus lectumque locumque,
Præferat & tremula ſulphur & ova manu.

Græcis ἀπομάκτριαι dicebantur. *Pollux, lib.* 7. *cap.* 33. περιμάκτριαι. *Plut. de ſuperſt.* ἱέρειαι. *Theophr. charact. cap.* 17. Talem fuiſſe ait Demoſthenes Glaucotheam ſive Empuſam, Æſchinis matrem, in ea contra ipſum de falſa legatione. τελέστρια dicitur a Suida in vita Æſchinis. Empuſæ autem, quod ſpectri nomen eſt, ſibi acquiſivit, quod ex tenebroſis locis ad mulieres & pueros cum impetu prodiret, ut ait ὁ ἄδηλος in vita ejuſdem Æſchinis. Eadem τυμπανίστρια Demoſth. de corona. Diogenes Laërtius, *de vit. Philoſ. lib.* 10. narrat Epicurum cum matre & circum ædiculas

culas euntem *καθαρμοὺς ἀναγινώσκειν*, *purgationes, ſive preculas luſtrales legere ſolitum, ſcilicet priuſquam ſe ad Philoſophiam conferret.*

Latinis *Piatrices*, quæ & *Simulatrices*, pro quo alii *Similatrices*, alii *Simpulatrices* legunt: quas & Sagas vocari dicit Feſtus: nempe, quia Sagarum inſtar ἀποτροπιάζουσι, unde & Belgicum ſegenen, deſcendere videtur. *Simulatrices*, quia multa ſimularent, & ſimulatis pro veris uterentur, ut ait Turnebus, *adverſ. lib.* 3. *cap.* 10. vel quod ſimulachra fingerent, unde & Fictrices, ut docet Salmaſius, ad Tertullianum de pallio: *pag.* 345. 346.

Ovid. *Simulachraque cerea fingit.*

Valerius. *& Æaeo ſimulatrix littore Circe.*

Gloſſa. *Saga*, φοιβὰς, φαρμακίς.

Hæ mulieres apud veteres lenæ erant, & Saga eadem quæ Lena. Lucilius apud Nonium: *Ætatem & faciem ut ſaga & bona conciliatrix.* Nonius ipſe: *Sagæ mulieres dicuntur fœminæ ad lubidinem virorum indagatrices; unde & ſagaces dicuntur ferarum vel animalium quæſitores.* Perſius:

Ecce avia, aut metuens divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis Expiat.

Domos funeſtas luſtrabant Everriatores. Feſtus: *Everriator vocatur. qui accepta jure hæreditate, juſta facere defuncto debet, quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea turbaverit, ſuo capite luat. id nomen ductum a verrendo. Nam exverræ, ſunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per everriatorem, certo genere ſcoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum.* tali miniſterio fungebatur Chorineus, 6. *Æneid.* ſocios Æneæ luſtrans, hunc enim Sacerdotem fuiſſe colligitur ex 12. *Æneid.* v. 298. ubi ex ara, cui proximi Sacerdotes, arma capiens, hoſtem ferit:

Obvius ambuſtum torrem Chorineus ab ara Corripit.

Aſconius Pædianus, *in Orat. pro Milone.* nominat Licinium quendam de plebe Sacrificulum, qui familias purgare ſolitus eſſet.

Apud Lithuanos, vigente jam Chriſtaniſmo, hæ gentilium ceremoniæ nondum deſierant, teſte Carolino, in hodierni gentiliſmi hiſtoria, *part.* 3. *cap.* 4. Ferali enim cœna peracta, cui de-

 fun-

Digitized by Google

functorum animas intereſſe credunt, Sacerdos de menſa ſurgens, ſcopis domum verrit, & una cum pulvere animas ejicit, addens: *Ediſtis, bibiſtis: abite nunc animæ.*

In nuptiis λουτροφόρος, λουτρὰ τὶς κομίζουσα. *Pollux.*

In templis hoc agebant Sacerdotes, æditui, καθαρταί. quos inter Diis inſervientes refert Pollux, *lib.* 1. *cap.* 1. Theodoretus, citatus Brodæo, *miſcell.* lib. 1. cap. 38. Ἑκατέρωθεν δὲ τῶν θυρῶν εἱστήκεσαν νεωκόροι, περιῤῥαντηρίοις τοὺς εἰσιόντας περικαθαίροντες, ὡς ἐνόμιζον. Sozomenus ibidem citatus: ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὑπερεγαμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλοὺς τινὰς διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τοὺς εἰσιόντας. *Cum autem limen templi tranſiturus eſſet, virentes quoſdam ramos madidos tenens Sacerdos, more Græcorum, intrantes adſperſit.* Ion apud Euripidem Sacerdos Apollinis Delphici, tanquam de officio ſuo loquitur: Ἀλλὰ χρυσέαις πρόχοισιν ἐλθὼν εἰς ἀποῤῥαντήρια δρόσον καθήσω *quin aureis gutturniis profectus ad adſperſoria adſperginem emittam.* Amythaonis filius Melampus καθαρτὴς dicitur Servio, *in fin.* 3 *Georg.* Epimenides, auctore Jamblicho, cognominatus fuit καθαρτής. Qui, Vates cum eſſet, tamen non de futuris, ſed de præteritis, quæ obſcura, & aliis ignota eſſent, vaticinatus eſt, teſte Ariſtotele, 3. *Rhetor. cap* 17. Hic etiam primus domos, atque agros expiaſſe & delubra erexiſſe dicitur. *Diog. Laertius.* Cum Athenienſes peſte laborarent, hunc, ut Deo chariſſimum, qui quinquaginta ſeptem perpetuos annos in ſpelunca quadam obdormiverat, reſponſo a Pythia accepto, ex Creta advocarunt, qui Olympiade 27. urbem luſtravit, peſtemque hoc modo compoſuit: Sumſit oves nigro & candido vellere, duxitque in Arium pagum, atque inde quo vellent abire permiſit, ſingulas ubicunque accubuiſſent, peculiari cuipiam Deo mactari mandans. Ex eo deinceps per Athenienſium pagos aræ ſine nomine, de quibus ſupra cap. 4. diximus.

Empedoclis καθαρμοὺς in ludis Olympicis ἐῤῥαψῴδησεν Cleomenes. *Athen. dipnoſ. lib.* 14. *cap.* 3. Καθαρτὴς autem Athenienſibus ἀπομάκτης & luſtrationes ipſæ ἀπομάγματα. Sophocles αἰχμαλωτίσι στρατοῦ καθαρτὴς καπομαγμάτων ἴδρις. Item: δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν. Sed vox Ἁγνίτης active & paſſive ſignificat. Heſychius: Ἁγνίτης, ὁ ἁγνισθεὶς μύσους, ἢ ὁ καθαίρων τινά. *qui a ſcelere purgatus*

gatus eſt, *vel qui aliquem luſtravit.*

A Lupercis fiebat luſtratio Lupercalis; nebulonibus laſcivis, nudis, paſſim diſcurrentibus, adeo ut viro honeſto Lupercum agere turpe eſſet. Cic. pro M. Cœlio: *Fera quædam ſodalitas, & plane paſtoritia, atque agreſtis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa ſylveſtris ante eſt inſtituta, quam humanitas & leges.* idem 2. *Philip.* objicit Antonio, quod Lupercus fuerit: ideoque Auguſtus, ut huic malo aliquo modo ſuccurreret, Lupercalibus vetuit currere imberbes. *Sueton. Aug. cap.* 31. Horum tria Romæ fuerunt collegia, Fabiorum, Quintiliorum, Juliorum. De duobus prioribus Ovidius. 2. Faſt.

> *Riſit, & indoluit Fabios potuiſſe; Remumque*
> *Vincere, Quintilios non potuiſſe ſuos.*

Tertium a C. Julio Cæſare additum eſt. Dio, lib. 44. ἱεροποιούς τε ἐς τοὺς τοῦ πανὸς γυμνοπαιδίας ἑταιρείαν, τρίτην τινὰ, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν. *Tertium quoddam collegium Sacerdotum, qui Lupercalia celebrarent inſtitutum, idque Julium vocatum fuit.*

Urbes luſtrabantur a Periſtiarchis. Ariſtoph. ἐκκλησιαζούσαις: ſc. 2. ὁ περιςίαρχος περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. *Periſtiarchum circumferre decet muſtelam.* Scholiaſt. *Ariſtoph. pag.* 488. περιςίαρχος ὁ τῶν καθαρσίων προηγούμενος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκαλεῖτο. περίστια γὰρ τὰ καθάρσια. Hinc apud Pollucem, lib. 8. cap. 9. ſect. 24. pro περὶ ἑςιάρχων, legi quidam volunt περιςιάρχων, quaſi alterum περὶ excidiſſet. Heſychius: κάθαρμα, τὸ χοιρίδιον, ᾧ τὴν ἑςίαν ἐκάθαιρον ἐν ταῖς ἐκλογίαις, ὁ δὲ ἐπιτελῶν δημοσίως περιςίαρχος ἐλέγετο. Suidas in καθάρσιον. τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιςίαρχοι, ὀνομασθέντες οὕτως, ἢ ἀπὸ τοῦ περιςίχειν, ἢ ἀπὸ τῆς ἑςίας. *Hoc vero paragebant illi, quos vocant periſtiarchos, ſive a circumeundo, ſive a foco:* unde ἑςίαρχαι. Pollux loco ſupra cit. quaſi circitores dicas: ſicut Peripolos in re militari dicunt, qui cuſtodiæ cauſa circumeunt munimenta. *C. Rhodig. lib.* 6. *cap.* 12.

Struferctarii, teſte Feſto, ſacrificia quædam faciebant ad arbores fulguritas, a ferto quodam ſacrificii genere: *Fertum, genus libi, dictum quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi, quæ qui adferebant, ſtruferctarii appellabantur.* Idem Feſtus: *Strues genera liborum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qui ſuperjecta panicula in tranſverſum continentur.*

 Ful-

Orat. in Neæram: τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ βασιλεὺς ἔθυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀῤῥήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐποίει, εἰκότως, βασίλισσα οὖσα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκησεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, νόμον ἔθετο, ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται. *Sacra autem Rex obibat omnia: eorumque religioſiſſima & arcana uxor ejus curabat, idque merito, cum regina eſſet. Poſtquam autem Theſeus cives in unum congregavit, liberamque Remp. inſtituit, & urbs multitudine incolarum frequentari cœpit, populus nihilominus Regem creabat, delectu e viris præſtantiſſimis habito. Uxorem autem ejus lege ſanxit eſſe civem, & non alteri commiſtam viro, ſed virginem ducendam, ut patrio ritu arcana ſacra pro Republica immolarentur; & juſta Diis pie ſolverentur, utque nec deſereretur nec innovaretur quicquam.* Eodem modo Romani, Regibus exactis, Regem & Reginam ſacrorum crearunt, *vid. Roſin. antiq. lib.* 3. *cap.* 25. Paucis interjectis Demoſthenes de miniſtris γεραιρῶν agens, quæ ad caniſtra & aram luſtrabantur, priuſquam ſacra attingerent, illarum ſolenne juramentum ſubiicit: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων, τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, καὶ τὰ θεοίνια, καὶ ἰοβάκχεια γεραιρῶ τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Pia & pura & munda ſum a cæteris immundis, & a viri congreſſu, & divinum natalem, & Iobacchea celebro Baccho, patrio ritu, & legitimis temporibus.*

In brutis quibuſdam animalibus quædam obſervata ſunt, quæ ὁμωνύμως luſtrationes dici poſſent. Avis *Porphyrion*, teſte Athenæo, *dipnoſ. lib.* 9. *cap.* 10. Non prius cibum capit, quam commodum ſibi locum nactus, ſpatiatus fuerit, & poſt ambulationem illam in pulvere volutatus laverit: tum denique cibari. De *Diomedis avibus* mirabile eſt, quod refert Solinus, rer. memor. cap. 9. *Ædem*, inquit, *ſacram omni die celebrant ſtudio ejuſmodi: aquis imbuunt plumas, aliſque impendio madefactis conſluunt rorulenta. Ita ædem exenſſo humore purificant: tunc pennulis ſuperplaudunt: inde diſcedunt, quaſi peracta religione.* Quod dæmonum inſtinctu fieri ait Auguſtinus, *lib.* 18. *de Civ. Dei, cap.* 16. & 18.

Simile

Simile de avibus candidis circa templum Achillis in inſula Leuce narrat Arrianus, in periplo: οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσι τὸ Ἀχιλλέως τὸν νεών, ἕωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν, ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεὼν, καὶ ῥαίνουσιν τὸν νεὼν, ἐπεὶ δ' ἂν ἤδη καλῶς ἔχῃ, οἱ δὲ ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς.

De Columbis, Ælianus, *var. hiſt. lib.* 1. *cap.* 15. Pullis columbarum excluſis, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, διὰ ταῦτα τοῦτο. *Maſculus ſputo eos aſpergit, invidiam avertens, inquiunt, ne faſcinationi ſint obnoxii. Elefantos* aqua ſe luſtrare, & orientem Solem adorare ex Plinio & Æliano ſcribit Lipſius, *cent.* 1. *epiſt.* 50. Manilius, *lib.* 2. *aſtron.* generatim de animalibus inquit:

Corporaque ad Lunæ creſcentis cornua luſtrant.

Ubi Scaliger præter jam dictos Dionem etiam allegat. *Gallina*, poſt ovum editum, circumacta, & ſeſe, & ovum feſtuca aliqua purificat. Plut. Sympoſ. 2. probl. 7. διὸς ἐστιν τὸ ἀλεκτορίδων, ὅταν τέκωσι, περικαρφισμὸς.

Galli gallinacei in templo Herculis rivum, quo a gallinis ſeparantur, tranſvolantes, poſtquam fœminas impleverunt, ad ſedes ſuas redeunt, καθηράμενοι. luſtrati purgatique interfluente rivo. *Ælian. de animal. l.* 17. *cap.* 46.

Solet & *Alauda*, peculiari quodam amuleto nidum ſuum luſtrare impoſitis graminis ramulis, quemadmodum Aquila Callitricho, cornix verbenaca ſupina, turdus myrto, lauro palumbes, uti Zoroaſtræ magi auctoritate lib. 15. γεωπονικῶν legitur.

De *cygno* prædicat Albertus Magnus, eum, quotieſcunque inierit fœmellam, eouſque contriſtari; imo vero prorſus a cibo abſtinere; donec vivo ſe fonte abluerit. Simile de *Anſeribus* ſcribit Franzius, *hiſt. animal. part.* 2. *cap.* 9. §. 7. De Ibide, Ælianus de animal. lib. 10. cap. 20. εἰς κοίτην τρεπομένη, λύει τε πρότερον αὐτὴν, καὶ ἐκκαθαίρει. *cum quieti ſe tradit, cubile lavat & purgat.* idem lib. 11. cap. 17. de formicis teſtatur, eas relictam a Dracone mazam, minutatim confractam, a corrupta virgine illatam, exportare, καθαίροντας τὸν τόπον, purgantes locum. Idem: lib. 11. cap. 1. cygni e Riphæis montibus advolantes, templum Apollinis

ὁσιοὶ καθηγεμόνες, in ſeptum ejus deſcendunt.

Baptas in ultimum locum rejicio propter eorum turpitudinem ab Eupolide Comico exagitatam. Nomen luſtrationem quandam innuere videtur, aut tinctionem. Hi Cotyttia celebrarunt, ſacra impudica. Juven. ſat. 2.

Talia ſecreta coluerunt Orgia tedæ
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

Eupolidis fabulam laudant Athenæus, *lib.* 4. *cap.* 25. *& lib.* 9. *cap.* 2. Themiſtius in πεντετηρικῷ. *vid. Polit. miſcell. cap.* 10. *& Hoſpin. de feſtis.*

CAPUT XIV.

Dei φιλανθρωπία *ex ipſius natura, & hominis conſcientia demonſtratur. Eum foedis peccatis placare ſtuduerunt gentiles: etiam ſacrificiis. Utrum ſacrificia ſint juris naturalis, an ex hominum* ἐθελοθρησκείᾳ *primitus inſtituta, an vero ipſius Dei verbo mandata? quid litare? ſacrificiorum repetitio. hoſtiæ ſuccedaneæ. Signa Dei placati, ex apparatu, ex ipſa hoſtia. teſtimonium Dei de ſacrificio Abelis. Extiſpicium. Signa in altari, igne, fumo, nidore. Poſt ſacrificium flamma, ſerpentum apparitio.*

NOn fruſtra hæ ceremoniæ a gentilibus inſtituebantur, hac enim ratione Deos ſuos ſibi propitios reddere conati ſunt. Deum peccatoribus iraſci, ſupra, cap. 5. demonſtravi: placabilem vero eſſe ratio non minus dictat, ſi & Dei & hominis naturam paulo conſideremus penitius. Dei quidem natura talis eſt, ut illi ſola ira tribui non poſſit, quod

Digitized by Google

nec Philoſophi ulli dixerunt, hac ratione non judicem ex Deo, ſed tortorem ac carnificem fieri facile videntes. Verum ſi ira illi tribuenda, gratia pariter tribuenda, aut utrumque pariter detrahendum. Si enim iraſcitur peccatis, tanquam operibus Diaboli propriis, annon amaret etiam ſuam imaginem, quæ, quamvis valde obſcurata & corrupta, aliqua tamen in homine reſtat? Bonus Princeps ſubditos ſuos in officio continere ſtudet, non tam pœnarum terrore: tyrannica enim vox eſt; *Oderint dum metuant*; ſed amore potius ac liberalitate, ut merito *delitiæ generis humani* audire poſſit. Quam pulchrum eſt a ſubditis amari! Sed hic amor amando provocandus eſt: Hic vero activus amor tanto eſt præſtantior, quanto objectum ex ſe amore magis indignum, ex amantis benevolentia ac dignatione ad eam dignitatem atque excellentiam promovetur, ut deinceps amore non indignum judicetur. Beatius enim eſt dare quam accipere. Quicquid uſpiam in rerum natura boni eſt, objectum eſt amoris perfectiſſimi, nempe divini, qui in omni bono, ſuam imaginem, adeoque ſeipſum amat. In eccleſia Dei elucent immenſæ bonitatis incomprehenſibilia opera, quæ inprimis in miſſione Filii Dei unigeniti inclareſcit. Joh. 3. 16. Sed & gentiles hujus φιλανθρωπίας fructus abunde ſenſerunt, teſtimonium dante etiam ipſorum conſcientia, quæ illas anathematum ἐπιγραφὰς illis dictavit; *Bonorum Deorum.* quamvis autem hanc inſcriptionem rideret Dionyſius Siciliæ Tyrannus, ut narrat Cicero, 3. *de nat. Deor.* illi tamen qui hoc donum dedicarunt, ex divinæ bonitatis ſenſu hoc feciſſe judicandi ſunt. Quid Deum beatiſſimum, cujus natura αὐτάρκης

Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri, [illegible]

movit, ut totum hoc univerſum ex nihilo crearet? Nonne ejus bonitas? ut haberet quibus immenſos ejus theſauros communicaret. Cur mundi hoc ſyſtema infinita ſua potentia, quaſi manu ſuſtentat ac conſervat? cur res omnes, etiam minimas, tam ſollicite curat, quaſi nihil aliud ageret? Nempe ut ubique ejus monumenta ac teſtimonia extarent. Quid? motus illi ſingulares & Heroici nonne eandem Dei bonitatem teſtantur? His enim ſæpiſſime utitur ad Reſpublicas novas erigendas, collapſas reſtituendas, bonos defendendos, malos puniendos: ne humana ſocie-

tas

tas in belluinam degeneret, & ſeipſam conſumat.

Deus ergo omnis puritatis origo. Egregie Socrates apud Platonem in Cratylo: ἐκεῖν' ὁ καθαίρων θεὸς, καὶ ὁ ἀπολούων τε, καὶ ὁ ἀπολύων τῶ τοιούτων κακῶν, οὕτως ἂν εἴη.

Verum ſi homo ſe ipſum ſcruteturac penitus excutiat naturam ſuam, non minoris ponderis argumenta inveniet. Eſt ſane excellentiſſima Dei noſtri natura, cujus præſtantia per ſe, ad ſui cultum, verum ſapientem excitat; verum hæc pietas multo elicitur magis, cum homo ab illo Deo, ſibi boni aliquid proventurum eſſe intelligat. Fateor inveniri tales, qui Dæmonas colunt, ne noceant, quos & κακοδαίμονας vocarunt: Sed & iidem δαίμονας quoſdam ἀγαθοὺς eſſe ſenſerunt, quos, propter plurima in genus humanum merita, honore dignos eſſe judicarunt. Quamvis autem Deum placabilem eſſe intelligerent, in eo tamen miſere erarunt gentiles, quod præter, imo extra ac contra unum illud ἱλαστήριον a Deo ipſo nobis propoſitum, alia ſibi quæſiverint. qua in re τὰ νοήματα τοῦ Σατανᾶ perſpicimus manifeſto. Hoc enim non leve momentum ipſi viſum fuit, ad dilatanda regni ſui pomœria. ſi hoc modo latenter vitiorum ſemina hominum animis inſtillaret, larva tamen religionis ornata, abſque qua eſſet, horrorem potius incuterent, quam amorem elicerent. Chærea Terentianus exemplo Jovis adulteri fucum Danaæ per imbrem aureum facientis, ad audacter peccandum fuit ſtimulatus: Sic & horum ſacrorum cultores, Deorum ſuorum, quos placare ſtudebant inſtinctu, in quævis peccata præcipitarunt. *Satius erat*, ait Auguſtinus de Civ. Dei, lib. 2. cap. 27. *tales Deos irritare temperantia, quam placare luxuria: & eos honeſtate ad inimicitias provocare, quam tanta deformitate lenire.* & poſt: *Hanc talium numinum placationem petulantiſſimam, impudentiſſimam, nequiſſimam, immundiſſimam, cujus actores, laudanda Romana virtutis indoles honore privavit, tribu movit, agnovit turpes, fecit infames: hanc, inquam pudendam, veraque religionis averſandam ac deteſtandam talium numinum placationem, has fabulas in Deos illecebroſas, atque criminoſas, hæc ignominioſe Deorum facta, ſcelerate turpiterque conficta, vel ſceleratius turpiuſque commiſſa, oculis & auribus publicis tota civitas diſcebat; hæc commiſſa numinibus placere cernebat, & ideo non ſolum*

illis exhibenda, ſed ſibi quoque imitanda credebat. Hæc de Floralium celebritate ſcribit Auguſtinus, quæ in honorem proſtibuli alicujus inſtituta eſſe narrat Lactantius. *lib.* 1. *cap.* 20. contra quem tamen de horum origine diſputat Voſſius, *de idolol. lib.* 1. *cap.* 12.

Cum autem ſacrificiis ſe placari diabolus hominibus perſuaſiſſet, certatim ad ea illi offerenda, quaſi ſigno dato, concurrit ſtulta gentilitas. *Spectα de libris memorias*, ait Cæcilius apud Minucium Felicem, *jam eos deprehendes initiaſſe ritus omnium religionum, vel ut remuneraretur divina indulgentia, vel ut averteretur imminens ira, aut ut jam tumens & ſæviens placaretur.* Plutarchus de oraculorum defectu, feſta & ſacrificia & ὠμοφαγίας nulli Deorum conſecrata putavit, ſed δαιμόνων πονηρῶν ἀποτροπῆς ἕνεκα, malis dæmonibus avertendis peracta. Ea quidem Heraclitus animæ pharmaca nuncupare ſolebat, quia a morbis animam expurgent, ideoque & luſtrationis vocabulum pro expiationis ſacrificio dixit Columella, *lib.* 2. *cap.* 22. Verum Supeſtitio ea in animæ venenum convertit. Cum enim ſacrificia eam ob cauſam a Deo O. M. inſtituta eſſent, ut rei oblatæ per Sacerdotes, legitimoſque miniſtros deſtructione, fideles peccata ſua faterentur, ſeipſos tali mactatione ac deſtructione dignos eſſe ſolenni ritu proteſtantes, fide ſua in eum, qui harum umbrarum corpus erat, reſpicerent: qui per ſpiritum æternum ſeipſum inculpatum Deo obtulit, ut conſcientias noſtras a mortuis operibus purgaret ad ſerviendum Deo vivo. Gentiles myſtico hoc ſenſu plane neglecto, non tantum culpæ gratiam per ſacrificia ſibi impetrare, ſed ipſam etiam peccati maculam eluere atque expurgare voluerunt. Cum interim ſacrificium improborum Deo ſit abominationi. *Prov.* 21. 27. qui non *opus operatum*, ſed fidem ſacrificantis reſpicit: quæ cauſa fuit, quod ſacrificium Abelis Deo fuerit gratius, quam illud quod offerebat Cainus. *Heb.* 11.

De ſacrificiorum origine acriter inter ſe Theologi digladiantur. Sunt enim qui eam ex lumine naturæ, atque ex inſtinctu divinitus nobis ingenito arceſſunt. Sed conatu irrito. Nobis non argumenta coacervare, ſed breviter audire libet Chriſtianum Schotanum, qui in Bibliotheca hiſtoriæ ſacræ, ubi de prima mundi

ætate,

ætate, ac ſacrificiis Abelis ac Caini agit, contra Hug. Grotium,
Socinianis faventem, ſic diſputat: Sed quis eos (Adami filios)
,, ſacrificare docuit? Parens abſque omni dubio, & hic mos nunc
,, recens non erat. Quis autem parentem? Grotius hic: *Non ul-*
,, *lo Dei juſſu, ſed dictante ratione, honorem Deo etiam conſpicuum*
,, *habendum, idque optime fieri poſſe, datis Deo iis, quæ homini ſunt*
,, *cariſſima, vide reſponſum ad orthodoxos inter Juſtini opera* 119. *&*
,, *quæ nos ad librum V. de veritate religionis Chriſtianæ.* In libro
,, V. de veritate religionis Chriſtianæ ſic: Præcipuum & quod
,, maxime in oculos incurrit, ſunt ſacrificia, de quibus multi
,, Hebræi ſentiunt prius ab hominum ingenio ea cogitata, quam
,, a Deo juſſa. Laudat Chryſoſtomum XII. de ſtatuis de Abele
,, locutum, οὐ γὰρ παρά τινος μαθὼν, οὐδὲ νόμον περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομέ-
,, νου ταῦτα ἀκούσας, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ παρὰ τοῦ συνειδότος διδαχθεὶς τὴν θυσίαν
,, ἐκείνην ἀνήνεγκε. Alia talia apud eundem aliis locis. Melius ta-
,, men dixit Lyra. *Adam enim docuerat filios colere Deum per obla-*
,, *tiones.* Quod explicat Nauclerus: *Creditur autem Adam, qui*
,, *& Prophetiæ dono florebat, docuiſſe decimas & primitias offerre*
,, *Deo vel ſacrificia.* *** Si autem Lex naturalis docet, quemad-
,, modum cum ſuo Epiſcopio, & aliis Socinismi incruſtatori-
,, bus Grotius vult, Deo eſſe honorem conſpicuum habendum
,, idque ex rebus quæ nobis ſunt cariſſimæ, nullo ratio efficere
,, poteſt, ut poſt Chriſtum non ſint offerenda ſacrificia, id eſt,
,, ut non ſit habendus Deo honor conſpicuus de rebus gratiſſi-
,, mis. Cur non feciſti, Groti, quod recta ratio dictat? qui non
,, facit hoc, quod recta dictat ratio, Dei voluntati & præcepto
,, immutabili facit contraria. Vide quomodo jus naturale defini-
,, eris, de jure belli & pacis, lib. 1. cap. 1. §. 10. *Jus naturale*
,, *eſt dictatum rectæ rationis* (agnoſce hic eadem verba) *actui ali-*
,, *cui ex ejus convenientia, aut diſconvenientia cum ipſa natura ra-*
,, *tionali, ineſſe moralem turpitudinem aut neceſſitatem moralem, ac*
,, *conſequenter ab ipſo auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut*
,, *præcipi.* Conſequenter doces, quædam eſſe juris proprie, quæ-
,, dam reductione, quibus ſcilicet jus naturale non repugnet.
,, Hoc de ſacrificiis erit proprie de jure naturali, quia dixiſt di-
,, ctari a recta ratione. Deinde per abuſionem non appellabitur

Digitized by Google

„ juris naturalis, tanquam melius oppoſitis, quamvis in ſe inde- „ bitum. quia dictat ratio eſſe habendum conſpicuum honorem „ eoque debitum. Non etiam dato alio, conſequitur, quia di- „ ctat ratio hoc ſine introductione & ſuppoſitione rei. De jure „ naturali pronuntiaſti, eſſe adeo *immutabile, ut ne a Deo quidem* „ *mutari queat.* Sic & hodie ſacrificia offerri oportet. Si offeran- „ tur, poſſe Deo grata eſſe, ut fuit Abelis, neceſſum eſt. Cur i- „ gitur apud moratiores gentes omnes ſacrificari deſitum eſt? „ *Juris naturalis* (ſic & tu loqueris) *eſſe colligitur id, quod apud* „ *omnes gentes moratiores tale eſſe creditur.* Judicant omnes hodie „ non oportere Deo ſacrificari. Sane dictat ratio non eſſe talibus „ colendum Deum, nec poſſe coli. Cic. lib. 2. de nat. Deor. „ *Cultus autem Deorum eſt optimus idemque caſtiſſimus atque ſan-* „ *ctiſſimus, pleniſſimuſque pietatis, ut eos ſemper pura, integra, in-* „ *corrupta mente & voce veneremur.* Et ut intelligas eam religio- „ nem eſſe ſolam ſic Seneca: *Colitur Deus non taurorum opimis* „ *corporibus contrucidatis, non auro, non argento, non in theſauros* „ *ſtipe infuſa, ſed pia & recta voluntate.* Si olim id bonum & lau- „ dabile fuit, hodie conveniens non eſt, oportet a voluntate mu- „ mutabili eſſe profectum, moralem neceſſitatem illi non ineſſe. „ A voluntate humana quod proficiſcitur, ſine dictamine rectæ „ rationis, exiguis terminis contineatur. Quia aliis moribus aliud „ receptum eſt. Nec univerſalis effectus eſſe poteſt, niſi ab uni- „ verſali cauſa. Ubique & apud omnes gentes recepta ratio ſa- „ crificiorum indicat univerſalem cauſam, quæ non poteſt eſſe „ alia præter Dei voluntatem revelatam. Revelatam ſuis, quam „ Dæmonia gentes imitari juſſerint, aut deducta a Patriarchis „ traditio. Præterquam quod ἐθελοθρησκεία ſemper a Deo damna- „ ta eſt. Jeſ. 29. 13. Matt. 15. 9. Col. 2. 23. Deut. 12. 8. pro- „ fanum eſt Deo offerre quod non poſtulat, cultum præſtare „ quem non inſtituit. Legimus enim Abel fide meliorem hoſti- „ am obtuliſſe. Fides aſſenſus eſt teſtimonio Dei & promiſſio ad- „ hibitus. *** Grotius dicebat dictari a recta ratione externum „ cultum, quem haberi oporteat, optime poſſe fieri datis Deo „ iis, quæ nobis ſunt cariſſima. Contrarium docet Sp. S. Pſ. 50. „ Deum non poſſe coli dandis iis rebus, quia non egeat talibus,

& ſint

„ & ſint ipſius. In ſequenti David etiam profitetur ſe honorem „ Deo gratum non poſſe præſtare ſacrificiis: ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, „ ἔδωκα, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. & Pſ. 40. corpus umbrarum „ talium proclamaverat. θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ „ κατηρτίσω μοι, ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας. *Hactenus* „ *Seboetanus.* vid Heidegg. de Patriarch. part. 1. exerc. 3. §. 52. & exerc. 5. §. 14. 15. 16. Saubert. de ſacrific. cap. 2. Cloppenb. ſchol. ſacrific. Outram. de ſacrif. lib. 1. cap. 1.

Hiſce conſideratis non difficile erit judicium de ſacrificiis gentilium, quæ non divino mandato & fide: ſed humana ἐθελοθρησκείᾳ, & vaniloquis dæmoniorum oraculis, infirmis ſane fulcris nituntur. His tamen ſuperſtitionibus, tanto cum ardore, Deorum ſuorum placationem ambiebant, ut ſi qua ratione intelligerent Deos nondum eſſe placatos, non quieſcerent, uſque dum hunc ſibi propoſitum finem adepti eſſent. quod Græcis erat καλλιερεῖν, Lat. *Litare*, quod antiqui *Lutare* dixerunt, frequentativa forma ἀπὸ τοῦ *Luere*; Proprie enim ſolvere eſt. Litant homines Diis, ut debitores creditoribus ſolvunt. Litantur hoſtiæ & ſacrificia Diis, ut pecunia ac debitum ſolvitur creditoribus. Nam & ſacra litari Diis, hoſtiæque dicuntur, & Deo litari: Sed & Dii litari dicebantur, id eſt, placari, ut creditores liberari, nam liberare creditorem in jure dicitur qui ſeſe liberat a creditore, eumque placat. Si ergo una victima litatum non eſſet, repetebantur Ceremoniæ. Cato de re ruſt. cap. 141. *Si minus in omnes litabit, ſic verba concipito: Mars pater, ſi quid tibi in illiſce ſuovetaurilibus lactentibus neque ſatisfactum eſt, te hiſce ſuovetaurilibus piaculo. Si uno duobusve dubitaverit, ſic verba concipito: Mars pater, quod illuc porco neque ſatisfactum eſt, te hoc porco piaculo.* Symmachus, lib. 1. epiſt. 49. *Impendio angor animi, quod ſacrificiis multiplicibus necdum Spoletinum piatur oſtentum, Nam & Jovem vix propitiavit octava mactatio.* Plaut. Pœn. act. 2. ſc. 5.

Nam ego hodie infelix Diis meis iratiſſimis
Sex immolavi agnos, nec potui tamen
Propitiam Venerem facere ut eſſet mihi.

Livius, lib 45. *Senatus majoribus hoſtiis, uſque ad litationem ſacrificari juſſit.* Apud Virgilium Trojani ſacra repetunt, cum prima

prima diſplicuiſſe, prodigiis indicatum eſſet. 3. Æneid. v. 231.

Inſtruimus menſas, ariſque reponimus ignem.

Cæſar, quo die interfectus eſt, ne centum quidem hoſtiis perlitare potuit. *Flor, lib.* 4. *cap.* 2. de P. Æmylio & Auguſto habet Saubertus *de ſacrif. cap.* 19. Hinc hoſtiæ ſuccidaneæ dictæ, quæ prioribus, ſi non eſſet litatum, ſuccedebant, & cædebantur: & proverbium: δεύτερα ἀμείνω. de quibus eodem loci agit Saubertûs.

Inſigne eſt SC. quod eſt apud A. Gell. noct. attic. lib. 4 cap. 6. *Quod C. Iulius L. F. Pontifex nuntiavit in ſacrario in regia haſtas Martias moviſſe, D. E. R. I. C. ut M. Antonius Cos. hoſtiis majoribus Iovi & Marti procuraret: quod & cæteris Diis (quibus videretur) placandis, uti procuraſſet, ſatis habendum cenſuerunt. Si quod ſuccidaneis opus eſſet, robus ſuccideret.* Sic enim ex antiquo & fideli codice legendum monet Salmaſius, ad Solinum. pag. 1359. pro quo vulgo habetur *Robigus accederet.* Robus enim de Jove Ruſo dicitur. Feſtus: *Robum rubro colore, & quaſi ruſo ſignificari, ut bovem quoque ruſtici appellant, manifeſtum eſt.* Ex quo Scto etiam planum eſt, ſuccidaneas hoſtias dici non quæ in aliorum locum cæderentur, ſed quæ ſuccederent. Nam *ſuccidere* dicebant priſci pro ſuccedere: *accidere* pro accedere: *occidere* pro contra cedere & occurrere.

Deos his nugis placatos eſſe intelligebant, ſi mala, quæ metuebant, non eveniſſent. Jul. Obſeq. cap. 10. *Urbe luſtrata pax domi foriſque fuit.* cap. 11. *Urbe luſtrata, nihil triſte accidit.* cap. 51. *Luſtrationibus proſpere expiatum: nam totus annus domi foriſque tranquillus fuit.* Alias Dii ἐπιφανεῖς, item ſomniis, oraculis, de quibus cap. 11. gratum ſibi fuiſſe cultum illum oſtenderunt. Præterea ex ipſis hoſtiis ſigna quædam colligebantur, ex quibus Deorum iram vel gratiam præſagiebant. Ex apparatu: Cum Galba, ſomnium expiaturus, præmiſiſſet, qui rem divinam appararent, ipſe nihil invenit, præter tepidam in ara favillam, atratumque juxta ſenem, in catino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum. *Sueton. Galb. cap.* 18. Inter prodigia Neroni mortem denuntiantia, id. cap. 46. *Kal. Jan. exornati lares, in ipſo ſacrificii apparatu, conciderunt.* Ducebatur hoſtia, non trahebatur,

batur, ſtabat, non fuegiebat, ſi boni quid ab ea ſperandum. 2 Georg.

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Æneid. 9. v. 627. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.* Feſtus: *Piacularia auſpicia appellabant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant; cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut aliam in partem corporis, quam oporteret, decidiſſet.*

Inter ſacrificandum ab ipſis Adami filiis ſigna quædam vel iræ vel gratiæ Dei obſervata fuiſſe credibile eſt. Potuit enim Deus acceptare hoſtiam Abelis, Caini repudiare apud ſe, non oſtendens palam, quod tamen factum eſſe patet, quia a Caino eſt animadverſum. Si Cainus deprehendere potuit ſacrificium ſuum non placuiſſe, fratris placuiſſe Deo, potuit & Abel. Hieron. quæſt. in Geneſin. *Unde ſcire poterat Cain, quod fratris ejus munera ſuſcepiſſet Deus, & ſua repudiaſſet, niſi illa interpretatio vera eſſet, quam Theodotio poſuit: Et inflammavit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium ejus, ſuper Cain vero & ſacrificium ejus non inflammavit? Ignem autem ad ſacrificium devorandum ſolitum venire de cœlo, & in dedicatione templi ſub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo exſtruxit altare.* Mercerus: *Hebræi credunt, quod igne cœlitus delapſo devorata ſint Abelis ſacrificia, inde intellectum, quod ea accepta haberet, ſicut in holocauſtis Solomonis, in dedicatione templi poſtea eſt factum, & in ſacrificiis Eliæ.* 1. *Reg.* 18. *& alias deinceps ſæpe. Sed hic comminiſci miraculum, cum Scriptura non exprimat, incommodum videtur. Adde quod ignis, ſacrificia, quæ comburebantur, utpote animalia, e cœlo devorabat, non ſacrificia cibaria, quæ non comburebantur, ut erant Habeli. Quare videntur divinare & temere quidem, Hebræi. Ego ex ſucceſſu rerum ſuarum id quidem putem eos cognoviſſe, quod Cain ſibi res male cedere, fratri proſperrime videret, aliquo viſibili & præſenti ſigno id tum Deum declaraſſe, ut videmus ethnicos, licet idolis ſacrificarent, intellexiſſe cum litaſſent Sed id ſignum ſcriptura nobis non exprimit. Certe Deum puto viſibili aliquo ſigno id tum declaraſſe, ut & poſtea legis tempore, ubi manifeſta ſigna ſui favoris & ſuæ pacationis exhibebat.* Quicquid ſit verum eſt quod ait Apoſtolus: μαρτυρῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτῦ τῦ Θεῦ. *vid. Salden. otior. Theol. lib.* 2. *exercit.* 6. §. 9.

Digitized by Google

Diabolus autem, ut & hic Deum æmularetur, ſigna quædam in ſacrificiis ſibi oblatis edidit, quibus aut iram aut favorem ſuum manifeſtavit, quæ obſervata fuerunt tum in ſacrificiorum mactatione, tum in eorum combuſtione.

In mactatione exta animalium obſervabant, hæc enim notis quibuſdam a Diis ſignari, varieque moveri, ac quaſi animari credebant. Tibull. lib. 2. eleg. 4.

Tuque regis ſortes, per te præſentit haruſpex
Lubrica ſignavit cum Deus exta notes.

Huc facit Strategema Alexandri Macedonis, qui ſacrificaturus inſcripſit medicamento aruſpicis manum, quam ille extis erat ſuppoſiturus: literæ ſignificabant victoriam Alexandro dari, quas cum jecur calidum rapuiſſet, & a Rege militi eſſet oſtenſum auxit animum, tanquam Deo ſpondente victoriam. *Frontin. Strateg. lib.* 1. *cap.* 11. *ex.* 14. Hoc de Ageſilao narrat Plutarchus in apophth, Laconicis. Statius 4. Theb.

—— *Et in nullis ſpirat Deus integer extis.*

Arnob. lib. 2. *Semicruda cæpiſtis, & leviter animata porricere.* Zeno Veronenſis, de Jona: *Non aris fœtentibus funeſtos excitant ignes, non thura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexſpectata morte rapti jecoris ſpirantes conſulunt fibras.* Manil. lib. 4.

Hinc in tanta fidem petimus, quam ſæpe volucres
Accipiunt, trepidaque ſuo ſub pectore fibræ. Dido, 4. Æneid.
—— *Pecudumque recluſis Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.*

Dæmonibus hoc adſcribit Minucius Felix in Octavio: *Dum nonnunquam extorum fibras animant.* Exemplum inſigne eſt apud vatem Ezechielem, cap. 21. ubi exta conſulit Nebucadnezar. Item apud Livium, lib. 41. cap. 15. *Cn. Cornelius Cos. evocatus a viatore, quum templo egreſſus eſſet, paulo poſt rediit confuſo vultu; & expoſuit Patribus conſcriptis, bovis ſeſcenaris, quem immolaviſſet, jecur defluxiſſe, id ſe victimario nuncianti parum credentem, ipſam aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, juſſiſſe, & vidiſſe cæteram integram partem extorum, jecur omne inenarrabiliter abſumtum. Territis eo prodigio patribus, & alter conſulum curam adjecit: qui ſe, quod caput jecinori defuiſſet, tribus bubus perlitaſſe negavit. Senatus majoribus*



Digitized by Google

Digitized by Google

ribus hoſtiis, uſque ad litationem ſacrificari juſſit. Saluti Petillium per- litaſſe negant. Lucan. lib. 1.

Nec cruor emicuit ſolitus, ſed vulnere largo
Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus.
Palluit attonitus ſacris feralibus Aruns:
Atque iram Superum raptis quæſivit in extis.
Terruit ipſe color vatem: nam pallida tetris
Viſcera tincta notis, gelidoque infecta cruore
Plurimus aſperſo variabat ſanguine livor.
Cernit tabe jecur madidum: venaſque micantes
Hoſtili de parte videt, pulmonis anheli
Fibra latet, parvuſque ſecat vitalia limes.
Cor jacet: & ſaniem per hiantes viſcera rimas
Emittunt: produntque ſuas omenta latebras.
Quodque (nefas) nullis impune apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem
Alterius capitis, pars ægra & marcida pendet:
Pars micat, & celeri venas movet improba pulſu.
His ubi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat: viſ fas, ſuperi, quæcunque monetis
Prodere me populis: neque enim tibi, ſumme, litavit
Jupiter hoc ſacrum: cæſique in viſcera tauri
Inferni venere Dei, non fanda timemus;
Sed venient majora metu: Dii viſa ſecundent,
Et fibris ſit nulla fides, ſed conditor artis
Finxerit iſta Tages. flexu ſic omina Tuſcus
Involvens, multaque tegens ambage canebat.

Lege & Senecam, in Oedipode; v. 345——383. Quibus artibus popæ & victimarii ſuperſtitioſos luſerint, animadvertas ex ἀλαζονεία coqui, qui apud Athen. lib. 9. cap. 6. primus furandi artem ſe reperiſſe jactat, & nunc jecur, nunc cor ex ſacrificio ſcite ſubducebat. Hic, ex veteribus conſulendus Cicero, ex recentioribus Peucerus, qui de divinationibus ſunt commentati.

In victimarum combuſtione & altera, τὰ ἐπάνω αὐτῷ reſpiciebantur. In ipſo altari motus cum crepitu ſi obſervaretur, Deum De-

Deamve adventaſſe credebant. Senec. Med. 4. 2.

Sonuiſtis aræ, tripodes agnoſco meos.
Favente commotos Dea. Ovid. 9. metam.
Viſa Dea eſt moviſſe ſuas (& moverat) aras,
Et templi tremuere fores, imitataque lunam
Cornua fulſerunt, crepuitque ſonabile ſiſtrum.

In illis quæ ſuper altare erant, ſive ἐν τοῖς ἐπάνω αὐτῷ ut loquitur Servator, *Matt.* 23. 20. ignem obſervabant & fumum. Ignis ex cineribus vel ſponte erumpebat, vel alio quodam adminiculo excitatus. Sponte: apud Appianum in Syriac. inter ſigna futuræ Seleuci potentiæ recenſetur, ἡ ἑστία αὐτοῦ ἡ πατρῴα, οὐδενὸς ἅψαντος, ἐκλάμψασα πῦρ μέγα. Inter oſtenta, quæ Tiberio imperium portendebant, hoc accidit, ut apud Philippos ſacratæ olim victricium legionum aræ, ſponte ſubitis collucerent ignibus. *Sueton. Tib. cap.* 14. Virg. 7. Æneid.

Præterea caſtis adolet dum altaria tedis,
Et juxta genitorem adſtat Lavinia virgo,
Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem:
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam
Inſignem gemmis: tum fumida lumine fulvo
Involvi, ac totis Vulcanum ſpargere tectis.
Id vero horendum ac viſu mirabile ferri.
Namque fore illuſtrem fama fatiſque canebant
Ipſam, ſed populo magnum portendere bellum.

Statius, 4. Theb.—— *Atque ipſe ſonantia flammis*
Virgulta, & triſtes crepuiſſe ut ſenſit acervos
Tireſias (illi nam plurimus ardor anhelat
Ante genas, impletque cavos vapor igneus orbes.)
Idem, 10. Theb.—— *Pone eja altaria virgo,*
Quæramus ſuperos. facit illa, acieque ſagaci
Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, & clara tamen media faſtigia lucis
Orta docet, tunc in ſpeciem ſerpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangique ruborem
Demonſtrat dubio, patriaſque illuminat umbras.

Senec.

Senec. Tragic. Oedip. v. 307.—327.

Tir. *Quid flamma? largas jamne comprendit dapes?*
Mant. *Subito refulſit lumen, & ſubito occidit.*
Tir. *Utrumne clarus ignis, & nitidus ſtetit,*
Rectuſque purum verticem cœlo tulit,
Et ſummam in auras fuſus explicuit comam;
An latera circa ſerpit incertus via,
Et fluctuante turbidus fumo labat?
Man. *Non una facies mobilis flamma fuit;*
Imbrifera qualis implicat varios ſibi
Iris colores, parte quæ magna poli
Curvata picto nunciat nimbos ſinu:
Quis deſit illi, quiſve ſit dubites color:
Cærulea fulvis mixta oberravit notis:
Sanguinea rurſus; ultimum in tenebras abit
Sed ecce pugnax ignis in partes duas
Diſcedit, & ſe ſcindit unius ſacri
Diſcors favilla. genitor, horreſco intuens.

Conferendus Sophocles in Antigone. v. 995. & ſeqq.

Ut autem clarius flamma eluceret, vinum igni infundebant, quo adminiculo excitabatur.

Peleus apud Homerum, Iliad. λ. v. 774.

Σπένδων αἴθοπα οἶνον, ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσι.
Fulvum vinum libabat ardentibus victimis infundens.

Octavio Auguſti patri, cum per ſecreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi patris luco, barbara ceremonia de filio a Sacerdote affirmatum eſt, eum Dominum orbis futurum, quod infuſo ſuper altaria mero, tantum flammæ emicuiſſet, ut ſupergreſſa faſtigium templi, ad cœlum uſque ferretur: unique olim omnino Magno Alexandro, apud eaſdem aras ſacrificanti, ſimile proveniſſet oſtentum. *Sueton. Aug. cap.* 94. Georg. 4.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam,
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit,
Omine quo firmans animum, &c.

Contra fœdum in ſacrificio Didonis omen, 4. Æneid.

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris

(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.

Tale prodigium inter coenam incidit Xerxi, priuſquam Athenas deleret, conſiliumque invadendæ Lacedæmonis agitaret. Infuſum namque pateræ ejus vinum, in ſanguinem, nec ſemel, ſed iterum & tertio converſum eſt. Qua de re conſulti Magi, monuerunt ut ab incepto abſtineret. *Val. Max. lib.* 1. *cap.* 6.

Ex fumo καπνομαντεία verſabatur circa ejus motum; ſcrutabantur enim, quas vertigines faceret, quantum ſe attolleret, & quo motu, rectone an obliquo, vel in orbes contorto ac complicato, agglomeratione quadam in tortiles ſpiras. *Peucerus.* Ovid. 5. Triſt. eleg. 6.

Adſpice ut aura tumens fumos e thure coortos,
In partes Italas, & loca dextra ferat.
Senſus ineſt igitur nebulis quas exigit ignis:
Conſilium fugiunt cætera pena meum.
Conſilio commune ſacrum cum fiat in ara
Fratribus, alterna qui periere manu:
Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra favilla duas.
Hoc (memini) quondam fieri non poſſe loquebar,
Et me Battiades judice falſus erat.
Omnia nunc credo, cum tu non ſtultus ab Arcto
Terga vapor dederis, Auſoniamque petas.

Scilicet & Ovidius & Battiades, id eſt, Callimachus reſpiciunt hiſtoriam, quæ eſt apud Pauſaniam in Boeoticis: dum Oedipi filiis adoletur, fumum ex flamma emiſſum in duas partes diſcedere. De ea re luſit Bianor epigrammate in Eteoclem & Polinicem quod legitur *lib.* 3. *antholog. Gr.* titulo εἰς ἱερὰ. Statius, lib. 12. Thebaidos:

Ecce iterum fratris primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, & novus advena buſtis
Pellitur, exundant diviſo vertice flammæ,
Alternoſque apices abrupta luce coruſcant.

Senec. Oedip. v. 325.

Libata Bacchi dona permutat cruor,

Am-

Ambitque denſus regium fumus caput,
Ipſoſque circa ſpiſſior vultus ſedet,
Et nube denſa ſordidant lucem abdidit.

Hinc illa oratio paraſitica apud Diphilum, quam recitat Athenæus, *dipnoſ. lib.* 6. c. 8.

Ὅταν με καλέσῃ πλούσιος δεῖπνον ποιῶν,
Οὐ καταμανθάνω τὰ τρίγλυφ', οὐδὲ τὰς στέγας,
Οὐδὲ δοκιμάζω τοὺς κορινθίους κάδους.
Ἀτενὲς δὲ τηρῶ τοῦ μαγείρου τὸν καπνόν·
Κἂν μὲν σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὀρθὸν τρέχῃ,
Γέγηθα, καὶ χαίρω τι, καὶ πτερύσσομαι,
Ἐὰν δὲ πλάγιος καὶ λεπτὸς, εὐθέως νοῶ
Ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον, ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει.

Cum dives aliquis ad cœnam me vocat,
Non ego triglypha contemplor; nec laquearia,
Nec laudo Corinthios cados:
Verum intentis oculis aſpicio coqui fumum,
Si directo impetu vehemens excurrit,
Gaudeo, lætor, exulto:
Sin obliquus & tenuis, animadverto protinus
Illam mihi futuram cœnam abſque ſanguine.

Hinc omen ex flagrante triclinio captatum Vitellio: *Bono animo eſtote, nobis alluxit.* Sueton. cap. 8.

Item circa nidorem, quo redolerent ſacrificia, alienone, an eo, qui ex carnibus uſtis effumarat. Hoc enim delectari Deos putabant. Min. Felix in oct. *nidore altarium, vel hoſtiis pecudum ſaginati.* Arnob. lib. 6. *Nidoribus atque fumo ſuffita.* & lib. 7. *Ex aris ardentibus nidorem conſectatur & fumos.* Tertull. apolog. cap. 22. *pabula propria nidoris & ſanguinis procuret.* Item: *Numen de nidore concipiunt.* & de idolol. cap. 6. *Spiritus viliſſimi nidoris.* Clem. Alex. admon. ad gentes: Ζεὺς δὲ ὁ θεὸς ἦ, τάχα που τῆς κνίσσης τῶν ὀπτωμένων κρεῶν μεταλαβὼν, ἧς δὴ τὸ γέρας λαχεῖν ὁμολογοῦσιν οἱ θεοί. Homer. Iliad. A.

Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τεληέσσας ἑκατόμβας
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.
Κνίση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.

Irati

—— Irati placabant numina Phoebi,
Mactantes teneras per littora curva capellas,
Eximioſque boves, quorum de cornibus uſtis
Æthereas nider ſe ſuſtulit ater in auras.

In ipſis ſacrificantibus bonum omen ſternutatio: Plutarchus *Themiſt.* de tribus captivis Themiſtocli ſacrificanti oblatis: Τούτους μὲν ἰδὼν Εὐφραντίδης, ὁ μάντις, ὡς ἅμα μὲν ἀνέλαμψεν ἐκ τῶν ἱερῶν μέγα πῦρ καὶ περιφανὲς πῦρ, ἅμα δὲ πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἐσήμηνε. *Quas contuitus vates Euphrantides, ut ſimul & magnam hoſtiam & lucidam flammam ediderant, ac bonum omen ſternutamento a dextra datum*, &c. vide ſupra cap. 12. & quæ collegit Ouzeelius ad Minucium Felicem occaſione Genii Socratis, quem quidam ſternutationem tum ipſius, tum aliorum eſſe putarunt.

Poſt ſacrificium obſervabatur ignis è cineribus erumpens Ecl. 8.

Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe, bonum ſit.

Ubi Servius: *Hoc uxori Ciceronis dicitur contigiſſe; cum poſt peractum ſacrificium libare vellet, in cinere viſa eſt flamma, qua flamma eodem anno conſulem futurum oſtendit ejus maritum.* Metam. 10. poſtquam Pygmalion Veneri ſacra feciſſet, eamque oraſſet:

Senſit, ut ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis,
Vota quid illa velint: & amici numinis omen,
Flamma ter accenſa eſt, apicemque per aera duxit.

Serpentes ſæpe victimas libarunt, ut ex Virg. 5. Æneid. Supr. cap. 12. oſtendimus.

Val. Flacc. 3. Argon. —— *Et ſummas frondentibus intulit aris*
Libavitque dapes, placidi quas protinus angues
Umbrarum famuli, linguis rapuere coruſcis.

Triſte tamen fuit hoc prodigium ſacrificanti Graccho, apud Livium, *lib.* 25. *cap.* 16. ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo ex occulto allapſi edere jecur, conſpectique repente ex oculis abierunt. id cum, aruſpicum monitu, ſacrificium inſtauraretur, atque intentius extares ollæ ſervarentur; iterum ac tertium veniſſe tradunt, libatoque jocinore intactos angues abiiſſe. Quum aruſpices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuiſſent, & ab occultis cavendum ominibus conſultiſque; nulla tamen

tamen providentia fatum imminens moveri potuit.

CAPUT XV.

Purgatio animæ. Ejus Principium τὸ θεῖον *in homine. Corpus animæ, Angelorum.* πνεῦμα ἡνίοχος. *Purgationum* πρόοδοι, *gradus apud Muhammedanos. Abſtinentia,* θεσμός. *Purgatio ipſa intellectus.* θεουργία, *Mors pretioſa ſanctorum, Voluntas in exercitio virtutum. Purgatio animæ poſt hanc vitam, ex ſententia Pythagoræ, Platonis, Poëtarum. Finis ut homo ſit* τετράγωνος. *Chriſtiani* καθαροί. *Hæretici* καθαροί. *Poena peccati in utilitatem peccantis.*

QUoniam autem Deum, mentem puram, caſtam ſanctamque eſſe, ipſa ratione dictante, intelligebant gentiles, ſe cum eo communionem colere non poſſe, niſi ipſi eſſent ſimiles facile colligebant. Itaque animæ purgationem præcipuam eſſe religionem cordatiſſimi quique inter eos judicabant. Plin. paneg. ad Traj. *Animadverto etiam Deos ipſos, non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate lætari: gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.* Perſ. ſat. 2.

Quin damus id ſuperis, de magna quod dare lance
Non poſſit magni Meſſallæ lippa propago.
Compoſitum jus faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.
Hoc cedo, ut admoveam templis & farre litabo.

Alia inſignita ſagaciorum gentilium dicta adduxit H. Grotius,

Digitized by Google

annotatis ad cap. 4. de verit. relig. Chriſt.

Hoc ſcilicet ſub luſtralibus ceremoniis latebat μυστήριον. ut enim mores emendarent, hominumque vitam corrigerent, ſacra hæc a majoribus inſtituta ſunt. Arrianus, in diſſertationibus Epicteti, lib. 3. cap. 20. ipſum inducit hæc dicentem: οὕτως ὠφέλιμα γίνεται τὰ μυστήρια. οὕτως εἰς φαντασίαν ἐρχόμεθα ὅτι ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεστάθη πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν παλαιῶν. Lucian. Cronoſol. τῇ δὲ πρὸ τῆς ἑορτῆς, καθάρσιον μὲν τὶ περιφερέσθω, καὶ ὑπ' αὐτῆς ἐξελαυνέσθω ἐκ τῆς οἰκίας μικρολογία, καὶ φιλαργυρία, καὶ φιλοκερδία, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα σύνοικα τοῖς πλείστοις αὐτῶν. *Ceterum ante ſolennitatem porcellus circumagitor, atque ex ædibus ejiciantur ſordes, avaritia & quæſtus, & ſi qua id genus alia pleriſque domeſtica.*

Hujus autem ſanctitatis & interioris καθάρσεως principium, non aliunde niſi cœlitus tantum arceſſiverunt. Quod docet Socrates per inductionem, Dialogo qui vulgo Platoni inſcribitur: περὶ ἀρετῆς εἰ διδακτόν; *An virtus doceri poſſit?* & in *Protagora*: Si enim hoc fieret, a viris bonis eſſet diſcenda. Sed a viris bonis non docetur, quia multi boni, neque præceptores bonos, neque diſcipulos, & ne filios quidem tales habuerunt. Aut igitur doceri non poteſt, aut illi propter invidiam non docuerunt, quæ in bonos viros non cadit, his enim prodeſt inter multos ſui ſimiles agere, quod reliquis obeſt. Reliquum eſt, ut aut natura nobis tribuatur virtus, aut alio modo. Non natura: res enim natura bonas malaſve aliqua arte dignoſcimus, ut equos & canes probos aut pravos. Homines autem an boni malive ſint nulla arte diſcernimus. Tandemque concludit: οὕτως ἔοικεν οὔτε διδακτὸν εἶναι, οὔτε φύσει ἀρετή, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίνεται κεκτημένοις. *Sic apparet virtutem non diſciplina, neque natura, ſed divina ſorte ſui poſſeſſoribus contingere.* Cum etiam hæc tum vulgi, tum Poetarum ſit conſuetudo, ſi quem magnifice collaudare velint eum θεῖον. i. e. divinum appellare: ut de Lacedæmoniis ait Ariſtoteles, *Ethic. Nicom. lib. 7. cap. 1.* Et Plato in Menone, circa finem: ubi addit: ἀρετὴ οὔτε φύσει, οὔτε διδακτῇ, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ. Præclare Cicero, 2. de nat. D or. *Multos præterea & noſtra civitas & Græcia tulit ſingulares viros: quorum neminem, niſi juvante Deo, talem fuiſſe credendum eſt. Quæ ratio Poetas, maximeque Homerum impulit, Principibus*

bus Heroum, Ulyſſi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos Deos, diſcriminum & periculorum comites adjungerent. Poſtea concludit: *Nemo igitur vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit.* De Poetis notum eſt illud πολυθρύλλητον.

> *Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,*
> *Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.*

Ariſtoteles τῆς εὐτυχίας principium nobilius, quam ſit *Ratio*, in homine agnovit, quod non ſit φύσις *Natura*, neque νοῦς *Ratio*, ſed δαίμων ἀγαθὸς κυβερνήτης, *Genius bonus gubernator.* Eth. Eudem. lib. 7 cap. 17. Iterum ibid. cap. 18. Propoſita quæſtione, τίς ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ ἐν τῇ ψυχῇ; *Quod ſit motus principium in anima?* Hæc ſequitur reſponſio: Δῆλον δὴ, ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ, θεὸς, καὶ πᾶν ἐκείνῳ· Κινεῖ γὰρ πως πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον. λόγου δ' ἀρχὴ οὐ λόγος, ἀλλά τι κρεῖττον. τί οὖν ἂν ἐπιστήμης εἴη κρεῖττον καὶ ἐπιστήμης, πλὴν θεός; *Manifeſtum igitur, quod ſit quemadmodum in univerſo eſt Deus, & viciſſim cuncta in illo. Nam & illud ipſum Numen quod in nobis eſt, aliquo ſaltem modo omnia movet. Principiumque Rationis Ratio non eſt, ſed quiddam præſtantius. Quid autem ſcientia præſtantius eſſe poteſt, niſi Deus?* Quam Ariſtotelis locum conſiderans Julius Scaliger, *de ſubtil. exercit.* 307. *ſect.* 25. in hanc interrogationem erumpit: *Quid ais, divine vir? Eſtne in nobis aliquid divinum, quod ſit præſtantius ipſa ratione? An tibi quoque noti fuerunt ipſi radii Spiritus ſancti?* &c. Decantatiſſimus eſt Deus Socratis, de quo Apulejus.

Egregie in hanc rem ſcribit Seneca, epiſt. 41. *Bonus vir ſine Deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fortunam, niſi ab illo adjutus, exurgere? Ille dat conſilia magnifica & erecta. In unoquoque virorum bonorum (Quis Deus incertum eſt) habitat Deus.* & quæ ſequuntur. Et rurſus Ariſtoteles, Ethic Nicom. lib. 10. cap. 7 ubi agit περὶ θεωρητικῆς εὐδαιμονίας: quam eſſe dicit ἐκ τῆς ἀρίστου, *Ex eo quod optimum eſt*: εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο, εἴτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι, καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν καὶ θείων. εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτὸ, εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον. *Sive id mens eſt: ſive aliud quippiam, quod ſecundum naturam imperare & praeeſſe videatur, & notitiam habere de rebus honeſtis & divinis: ſive ex iis, quæ nobis ſunt, diviniſſimum.* Simonides:

> Οὔτις ἄνευθε θεῶν ἀρετὴν λάβε.

Virtutem abſque Deo nemo capit.

Huc forte reſpexit Niſus, 9. Æneid. v. 184. 185.

—— *Dii ne hunc ardorem mentibus addunt,*
Euryale? an ſua cuique Deus fit dira Cupido?

vide P. Victor. *var. lect. lib.* 7. *cap.* 24. ideo Priamus de Hectore σφόδρα ἀγαθῶ loquens apud Homerum, ait:

—— οὐδ᾽ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Ariſt. Ethic. l. 7. *c.* 1.

Purgationis autem interioris organum Philoſophia eſt, cui vim καθαρτικὴν tribuerunt ſapientiſſimi gentiles. Cicero, 5. Tuſc. *O vitæ Philoſophia dux, O virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? tu urbes peperiſti; tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti: tu eos inter ſe primo domiciliis, deinde conjugiis, tum literarum & vocum communione junxiſti: tu inventrix legum, tu magiſtra morum, & diſciplinæ fuiſti, ad te confugimus, a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, ſic nunc penitus, totoſque tradimus. Eſt autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. cujus igitur potius opibus utamur, quam tuis? quæ & vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis ſuſtuliſti.* Sic Cebes in tabulæ ſuæ enarratione τῇ παιδείᾳ virtutem tribuit καθαρτικὴν ad vitiorum expulſionem, virtutumque introductionem. Hierocles autem commentario in aurea Pythagoræ carmina Philoſophiam ſic deſcripſit: φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις, καὶ τελειότης. Κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας, καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος. τελειότης δὲ τῆς οἰκείας εὐζωίας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. *Philoſophia eſt humanæ vitæ purgatio & perfectio. Purgatio quidem a materiali brutalitate, & corpore mortali; Perfectio autem, propriæ beatitudinis recuperatio, ad divinam ſimilitudinem reducens.* Atque hac ratione virtutem doceri poſſe peculiari libello Plutarchus docuit.

Verſabatur hæc Philoſophia circa animam purgandam: de cujus ratione Hieroclis, in aurea carmina Pythagoræ, veſtigia legendo, ſic Philoſophari lubet. Corpus homini tributum eſt non unius generis: Unum quidem eſt σῶμα θνητὸν πρὸς τὴν ἐπὶ γῆς διαγωγὴν ὄργανον ἡμῖν δοθὲν, *corpus mortale, ad vitam in terris agendam inſtru-*

inſtrumentum nobis datum. Alterum σῶμα αὐγοειδὲς, ψυχικὸν, ipſi animæ συμφυὲς. Ita ut anima, ſive οὐσία λογικὴ, neque corpus ſit, neque ſine corpore. Ipſa quidem incorporea, in corpus tamen ſpecies ejus & figura definit. Atque hæc vitæ fons eſt & origo, qua corpus illud θνητὸν vivit & ſpirat. ζωὴ γάρ ἐστι τὸ ἄυλον σῶμα, καὶ ζωῆς ἐνύλου γεννητικὸν, δι' ἧς τὸ θνητὸν ἡμῶν σῶμα συμπληροῦται, ἐκ τῆς ἀλόγου ζωῆς, καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος συγκείμενον. *Vita enim eſt corpus immateriale: & vitam materialem generat, per quam corpus noſtrum mortale perficitur, ex vita irrationali, & materiali corpore compoſitum.*

Chaldæi hæc corpora χιτῶνας *tunicas* vocarunt, quarum unam πνευματικὸν, alteram αὐγοειδῆ ſtatuebant. Inter Chaldaica oracula & hoc recenſetur:

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.

Ne ſpiritum coinquines, neque ſuperficiem in profundum augeas. Ubi Pſellus hæc commentatur: Δύο χιτῶνας ἐπενδύουσι τὴν ψυχὴν οἱ χαλδαῖοι. καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐξυφανθέντα αὐτῇ· τὸν δὲ αὐγοειδῆ, λεπτὸν καὶ ἀναφῆ ὅνπερ ἐπίπεδον ὠνόμασε. hoc eſt: *Chaldæi duabus tunicis animam induunt, & unam quidem* ſpiritualem *nominarunt, a ſenſibili mundo ipſi contextam: alteram vero* luciformem *tenuem & intactilem, qua ſuperficies hic vocatur.*

Ex tali Philoſophia ſine dubio orta eſt veterum Chriſtianorum ſententia, quæ animæ humanæ, quin & Angelis corpus quoddam adſcripſit. de qua ita Voſſius, *lib.* 3. *de idolol. cap.* 40. Veterum „ multis placuit ſpiritum dici, quia ſit corpus ita ſubtile, ut o„ culorum fugiat conſpectum. Nec enim, Chriſto teſtante, ha„ bet carnem & oſſa. Sic intellexit B. Hieronymus in cap. 10. „ Matth. ubi propterea, cum dixiſſet, *Anima inviſibilis & incor„ poralis eſt*, continuo ſubjungit: *ſecundum craſſiorem corporis no„ ſtri ſubſtantiam*. Unde lucem capit illud Hilarii, in comment. „ in Matt. cap. 5. *Nihil eſt quod non in ſua ſubſtantia, & creatio„ ne corporeum ſit: & omnium ſive in cœlo, ſive in terra, ſive viſibi„ lium, ſive inviſibilium elementa formata ſunt. Nam & animarum „ ſpecies, ſive obtinentium corpora, ſive corporibus exulantium, cor„ poream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiuntur: quia omne quod „ creatum eſt, in aliquo ſit, neceſſe eſt.* Etiam ſic, vel aliter reſtrin„ gendum, quod Johannes Epiſcopus Theſſalonicenſis ait, ſyno-

„ do Nicæna II. initio actionis V. *De Angelis, & Archangelis,*
„ *& eorum poteſtatibus, quibus & noſtras animas adjungo, ipſa catholica Eccleſia ſic ſentit, eſſe quidem intelligibiles, ſed non omnino*
„ *corporis expertes, verum tenui corpore præditos, aereo, ſive igneo.*
„ Ac poſtea: *Nemo vel angelos, vel dæmones, vel animas dixerit*
„ *incorporeas.* Nec ea Johannis verba ab aliis rejiciuntur, qui Sy-
„ nodo intererant. Hæc Voſſius.

Atque hoc corpus ψυχῆς λεπτὸ ὄχημα, *animæ tenue vehiculum* vocatur. Illi vehiculo præficiendus erat auriga, qui Pythagoræ γνώμη ἡνίοχος dicitur, hoc verſu:

Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἄριστην.

Γνώμη quidem, quia eſt δύναμις λογικὴ, ἡνίοχος autem, quoniam corpori præeſt, quod ſi minus recte officio ſuo fungatur, & ab affectibus in avia ſe rapi ſinat,

—— *Fruſtra retinacula tendens*
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Sic Iſocrates ad Demon. ὅταν ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι, τοὺς ἡνιόχους ἀποβαλοῦσιν. *Cum vino mens corrupta fuerit, idem ei, quod curribus evenit, e quibus aurigæ ſunt excuſſi* Iſid. Peluſ. lib. 2. epiſt. 189. ὅταν ὁ θυμὸς τὰς ἡνίας τοῦ ἡνιόχου λογισμοῦ ἀποῤῥήξῃ, ἔξω τῶν τῆς φύσεως ὅρων ἀπάγει πολλάκις τὸ ἀνθρώπινον φρόνημα. *Cum iracundia rationis, quæ aurigæ munere fungitur, habenas infregit, hominis mentem extra naturæ terminos plerumque transverſam agit.* Baſil. item Seleuc. Orat. 4. de Davide ſcribit, quod diabolus cum ad adulterium impulerit, θεασάμενος τὸν παθῶν ἡνίοχον νοῦν ἐκ ἀμελῶς τὰς ἡνίας διεζωσμένον, *conſpicatus mentem, paſſionum aurigam, indiligenter frenis ſuccinctam.* Quibus loquendi modis hanc Pythagoræ doctrinam reſpexerunt: quam etiam tradit Boethius, lib. 3. de conſol. Phil.

Tu cauſis animas paribus, vitaſque minores
Provehis, & levibus ſublimes curribus aptans
In cœlum terramque ſeris.

Animæ autem purgationes tum in hac vita, tum poſt eam inſtitutas fuiſſe crediderunt.

In hac quidem vita gradatim procedebant. Muhammedani ab exterioribus inchoantes, in interiora penetrant. Gradus munditiei

tici quatuor ſtatuunt: Scilicet Mundatio prima exterioris eſt corporis ab inquinamentis, rebuſque ſpuriis ac ſuperfluis. Deinde membra corporis a ſceleribus & illicitis patrandis cohibent. Tum cor ipſum a moribus vituperio, & vitiis odio dignis mundant. Quam tandem intimorum etiam cordis affectuum purgatio ſequitur. *Pocock. not. ad Abulfarajum.*

Pythagoræi Purgationibus antecedentibus, ad ſequentes & perfectiores viam ſibi ſternebant. Prima περίοδος erat abſtinentia ab illis, quæ voluptatem animo adferebant, & τὸ θνητὸν σῶμα ad Venerem incitabant. Huc præcepta illa ſymbolica ſpectabant, quæ præter externum illud abſtinentiæ officium, aliud μυστικὸν in receſſu continebant. In aureis carminibus:

Ἀλλ' εἴργε βρωτῶν, ὧν εἴπομεν.

Quibus non tantum generatim frugalitatem injunxiſſe, ſed etiam ſpeciatim eſum animalium, ac fabarum inprimis prohibuiſſe Pythagoras videtur. De faba vero lectu digniſſima ſcripſit Windetus, *de vita functor. ſtatu. ſect. 5.*

Secunda περίοδος erat purgatio corporis ψυχικοῦ, καὶ αὐγοειδοῦς, quæ fiebat καθαρμοῖς, ἱεροῖς θεσμοῖς, καὶ ἱερατικαῖς τέχναις, quibus terrenæ ac ὑλικαὶ φαντασίαι amputabantur, & anima quaſi corporeis vinculis ſolvebatur. Unde ait Pythagoras: ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς. λύσει ſolutio, τῇ δέσει ligationi opponitur, quod in magicis obtinuit. Ciborum quorundam uſus, quos animæ in puritate ſua conſervandæ parum idoneos judicavit Pythagoras, pro vinculis animæ ab eo deputabantur. Ergo ut in eorum uſu animæ veluti δέσις conſtituta ab illis ſapientibus, ita λύσις in eorundem abſtinentia. Sed præterea καθαρμοὶ quidam tralatitii ad λύσιν ψυχῆς inſtituti Pythagoræ ac Pythagoræis ſolennes fuerunt, tum publice, tum privatim. De publicis teſtatur Jamblichus, *vit. Pythag. cap. 19.* καὶ ἐπιβάλλων, ὡς λόγος, καθαρμούς τε ἐπετέλει, καὶ λοιμοὺς ἀπεδίωκε, καὶ ἂν μὴ ἀπὸ τοῦ εἰς τοῦτο ἀξιούντων βοηθὸν αὐτὸν γενέσθαι. Λακεδαίμονα δὲ παρειλήφαμεν μετὰ τὸν ὑπ' ἐκείνου γενόμενον καθαρμὸν, μηκέτι λοιμῶξαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ παθήματι περιπεσοῦσαν. *Et cum ad ſingula loca appelleret, & luſtrationes, ut fama eſt, faciebat, & peſtem ventoſque noxios ab illis urbibus averruncabat, quæ eum in hoc ſibi adjutorem rogare ac vocare dignabantur. Sic Lacedæmonem accepimus*

luſtra-

luſtratione ab eo ſibi facta, peſte laborare deſiiſſe, cum ante frequens hoc malo conflictaretur. De privatis hic verſus intelligendus eſt: ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς. Præcedunt autem καθαρμοὶ, in quibus certorum ciborum abſtinentiam præſcripſit Pythagoras, quo anima purgatior, & ſic ſolutior, liberiorque exiſteret: ex iis ſequitur λύσις ψυχῆς, quæ illorum καθαρμῶν cauſa & finis. Figura eſt ἓν διὰ δυοῖν, quia καθαρμοὶ, λύσιν ψυχῆς procurabant. Aut forte per λύσιν ψυχῆς, privatos intellexit καθαρμοὺς, quibus ſingulorum animæ purgabantur: per καθαρμοὺς publicas luſtrationes, in quibus obeundis ὁ καθαρτὴς cibis quibuſdam ex præſcripto Pythagoræ abſtinebat. Sane Empedocles, & ipſe Pythagoræus, καθαρμοὺς id eſt, ritus καθαρμῶν ſcripſerat. *Salmaſ. præfat. ad Cebet. tab. & Paraphr. Arabicam, aureorum Pythagoræ carminum.*

His autem purgationibus non rite factis, animæ non purgatæ, poſt diſceſſum e corpore circa ſepulchra errare credebantur. Plato in Phædone: περὶ ἃ (μνήματα) δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι, διὸ καὶ ὁρῶνται. *Circa ſepulchra viſa ſunt ſpectra quædam animarum, quæ umbris ſunt ſimilia, qualia ſimulachra exhibent illæ animæ, quæ non pure ſunt ſolutæ; ſed corporis viſibilis participes ſunt, ideoque, & videntur.* Dido, 4. *Æneid.* Non ſatis purgata, quia ante diem, ſubitoque accenſa furore moriebatur, quamvis anima eſſet apud manes, tamen has apparitiones Æneæ minatur:

> —— *Sequar atris ignibus abſens,*
> *Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus*
> *Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas,*
> *Audiam, & hæc manes veniet mihi fama ſub imos.*

Poſt has περιόδους ipſa purgatio ſequitur. Sicut autem Aaronis λόγιον includebat in ſe *Urim* & *Thummim;* tum lumen intellectus tum puritatem ac integritatem voluntatis & affectuum; quæ binæ ſunt alæ, quibus anima a rebus terrenis ſe ſubducens in cœlum evolare nititur: Ita hæc purgatio duabus quoque partibus abſolvitur, quarum una oculo, altera manui aſſimilatur. Oculus (θεωρία) veritatis campum contemplatur: Manus vero (πρᾶξις) σῶμα illud ἐμφυὲς regit, cohibet atque ad ſeipſum convertit ut tota anima

anima Deum contempletur, & divinam adipiſcatur ſimilitudinem. Hierocles: ταῦτα δὲ πέφυκεν ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια μάλιστα ἀπεργάζεσθαι· ἡ μὲν τὴν ἀμετρίαν τῶν παθῶν ἐξορίζουσα, ἡ δὲ τὸ θεῖον εἶδος εὐφυῶς ἔχουσα προσκτωμένη. *Hæc autem virtute ac veritate perficitur maxime. Illa quidem affectuum exorbitantiam determinans: hæc vero divinam ſpeciem apte habens adjunctam.*

Oculus ergo, ſive prima hujus purgationis pars in rerum contemplatione verſatur, in qua γνώμης ſive λογικῆς ψυχῆς perfectio ſunt μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι, ἐποπτεία vero eſt λύσις illa, quæ eſt λογικὴ τῶν ὄντων ἐπόπτεια. Plato in Phædro, docet animam ad inferiora prolapſam, pennarumque confractionem paſſam, per contemplationem erigi, ſcilicet ἀνακύψασαν εἰς τὸ ὄντως ὄν, *ad id quod vere eſt rurſus oculorum aciem convertentem.* Addit: διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια. πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεί ἐστι μνήμῃ κατὰ δύναμιν, οἷσπερ ὁ θεὸς ὢν θεῖός ἐστι. τοῖς δὲ δὴ τοιούτοις ἀνὴρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώμενος, τελέους ἀεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλεος ὄντως μόνος γίνεται. *Quocirca ſola Philoſophi cogitatio recuperat alas. Nam in illis quantum fieri poteſt, memoria ſemper obverſatur, in quibus, ut divinis nimirum ille qui verſatur divinus eſt. His autem commonefactionibus qui recte uſus fuerit, perfecta ſemper myſteria peragens, ſolus revera perfectus eſt.* Hæc eſt illa *vita contemplativa*, quam *Mortem pretioſam* Hebræi & Academici vocitarunt, quam ſapientibus appetendam eſſe docuit Plato. *Macrob. lib.* 1. *in ſomn. Scip. cap.* 13. Cujus ea eſt vis, ut ingenium acuat, & hominem ab homine ſejungat: quod cum adeptus eſt, non modo rerum naturalium arcana videt, ſed etiam pernicibus alis in cœlum purgata mente fertur, rerumque divinarum ſcientia repletur. Poſt a Deo immortali ſubornatus, res arduas & admirabiles ignaris hominibus revelat. Porphyrius apud Stobæum, *ſerm.* 119. θάνατον τῶν φιλοσόφων vocavit, & λύσιν κακῶν Pythagoras in aureis carminibus, quam παῦροι συνίσασι pauci intelligunt: cum mortem naturalem συνεγνωσμένον *cognitum*, vulgo ſcilicet Porphyrius idem profitetur. Apulejus de Philoſophia morali: *Philoſophum oportet nihil ſic agere, quam ut ſemper ſtudeat animam corporis conſortio ſeparare, & ideo exiſtimandum Philoſophiam eſſe mortis affectum, conſuetudinemque moriendi.* vid. Galeot. Mart. de doctrin. promiſc. cap. 20. Plato in Phædone: τοῦτο θάνατος ὀνομάζεται,

λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. *Hoc mors vocatur, ſolutio & ſeparatio animæ a corpore.* Et poſt: λύειν δέ γε αὐτὴν, ὥς φαμὲν, προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιςα, καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτο ἐςι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. *Solvere autem illam, ut diximus, illi deſiderant maxime & ſoli, qui recte philoſophantur: Hæc ipſa Philoſophorum meditatio eſt, ſolutio & ſeparatio animæ a corpore.* Ideoque mortem non timet φιλόσοφος, quia non eſt φιλοσώματος:

Quique metus omnes, & inexorabile fatum,
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari. vid. Macrob. libr. 1. in ſomn. Scip. cap. 7. Tales celebrat Ovidius, 1. Faſt.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiiſque, jociſque
Altius humanis exeruiſſe caput.
Non venus, & vinum ſublimia pectora fregit,
Officiumque fori, militiaque labor.
Nec levis ambitio, perfuſaque gloria fuco,
Magnarumque fames ſollicitavit opum.
Admovere oculis diſtantia ſidera noſtris,
Aetheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.

Hanc felicitatem Philoſophia promittit Boëthio, lib. 4. conſol. Philoſ.

Sunt etenim pennæ volucres mihi,
Quæ celſa conſcendant poli:
Quas ſibi cum velox mens induit,
Terras peroſa deſpicit,
Aeris immenſi ſuperat globum,
Nubeſque poſt tergum videt.
Quique agili motu calet ætheris,
Tranſcendit ignis verticem,
Donec in aſtriferas ſurgat domos,
Phœboque conjungat vias:
Aut comitetur iter gelidi ſenis,
Miles coruſci ſideris:
Vel quocunque micans nox pingitur,

Recurrat

Recurrat aſtri circulum,
Atque ubi jam exhauſti fuerit ſatis,
Polum relinquat extimum,
Dorſaque velocis premat ætheris,
Compos verendi luminis.
Hic Regum ſceptrum Dominus tenet,
Orbiſque habenas temperat,
Et volucrem currum ſtabilis regit,
Rerum coruſcus arbiter.
Huc te ſi reducem referat via,
Quam nunc requires immemor,
Hæc, dices, memini, patria eſt mihi,
Hinc ortus, heic ſiſtam gradum.
Quod ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam viſere,
Quos miſeri torvos populi timent,
Cernes tyrannos exſules.

Ut autem hæc perfectior eſſet animæ purgatio, & contemplatio ſublimior, ad θεεργίαν, Magiæ ſpeciem proceſſerunt Philoſophi, Auguſt. de Civ. Dei lib. 10. cap. 9. *Porphyrius quandam quaſi purgationem animæ per theurgiam, cunctanter tamen, & pudibunda quodammodo diſputatione promittit: reverſionem vero ad Deum hanc artem præſtare negat, ut videas eum inter vitium ſacrilega curioſitatis & philoſophiæ profeſſionem ſententiis alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artem tanquam fallacem, & in ipſa actione periculoſam, & legibus prohibitam cavendam monet. nunc autem, velut ejus laudatoribus cedens, utilem dicit eſſe mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nudas habentium ſimilitudines corporum: ſed ſpirituali qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quaſdam conſecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri, atque aptam ſuſceptione ſpirituum, & angelorum ad videndos Deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum ſuum, & perſpicienda ea, quæ ſunt. Ex quo intelligi poteſt, qualium Deorum, vel qualem viſionem fieri dicat theurgicis conſecrationibus, in qua non ea videntur, quæ*

Digitized by Google

vera ſunt. Denique animam rationalem, ſive quod magis amat dicere intellectualem in ſuperna dicit poſſe evadere, etiam ſi quod ejus ſpirituale eſt nulla theurgica fuerit arte purgatum. Porro autem a theurgo ſpiritualem purgari hactenus, ut non ex hoc ad immortalitatem æternitatemque perveniat. Pluribus de hac arte agit Auguſtinus, *lib. eod. cap.* 10. *&* 16. Sed hæc inſtituto noſtro ſufficiunt.

Ad Manum progredimur, quæ voluntatem & affectus dirigit, quorum perturbatio magnam animæ purgationi remoram injicit, uta pud Boëthium, lib. 1. conſol: Philoſophia verſibus canit.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare volvens
Turbidus Auſter
Miſceat æſtum
Vitrea dudum
Parque ſerenis
Unda diebus,
Mox reſoluta
Sordida cœno
Viſibus obſtat.
Quique vagatur
Montibus altis
Defluus amnis,
Sæpe reſiſtit
Rupe ſoluti
Objice ſaxi.
Tu quoque ſi vis
Lumine claro
Cernere verum
Tramite recto
Carpere callem;
Gaudia pelle,
Pelle timorem;
Spemque fugato,
Nec dolor adſit.
Nubila mens eſt,
Vinctaque frenis,
Hæc ubi regnant.

Ut ergo huic malo medicina fieret, Philoſophi & inprimis Socrates Philoſophiam e cœlo devocavit, in urbibus collocavit, in domos etiam introduxit, de vita & moribus, rebuſque bonis & malis quærere coegit qua in re & urbanitatem multam, & lenitatis adhibebat plurimum. Vitium enim ut tolleret, id quod vitio eſt ſimillimum commendabat. Sicut amorem cum induxit, ut amorem tolleret, quemadmodum cum in Sympoſio, Charmide, Protagora & aliis, verum eſſe amatorem ſe oſtendit. Quod qui non viderunt execrandum ſancto viro impegerunt crimen. Ita ſe lenonem hominum in Xenophontis convivio vocat. Eadem ratione, veras opes apud Platonem commendat: qua ſuaviſſima agendi ratione, non tam trahit homines, quam ducit; neque eradit vitia, ſed eluit. Stoicorum agendi ratio eſt a contrario. Maxima enim ex hominibus ut tollant vitia, nec minima admittunt. Imo paria eſſe volunt omnia, quod & Cicero in paradoxis, ex mente Stoicorum diſputavit. Ut autem a peccando abdeterrerent, ne affectus quidem permittebant, quos tamen ad habitum virtutis,

Digitized by Google

tis, ratione quadam ſalutari, alii perducebant.

Sic in hac vita hæ purgationes procedebant; donec per mortem anima vinculis corporeis plane liberata, quaſi deificetur. Pythag. aur. carm.

> Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
> Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.
> *Quod ſi relicto corpore in purum æthera perveneris*
> *Eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec amplius mortalis.*

Poſt hanc vitam purgari credebantur animæ, vel extra infernum, vel in illo.

Extra infernum fiebat, juxta Pythagoram, per Μετεμψύχωσιν, quam eleganter Tertullianus, *de anima, cap.* 28. vocat animarum recidivatum, revolubilem ſemper, ex alterna mortuorum atque viventium ſuffectione. quam ſententiam Pythagoras, apud Ovidium. 15. *metam* ſic eloquitur:

> *Morte carent animæ, ſemperque priore relicta*
> *Sede, novis domibus vivunt, habitatæque receptæ.*
> *Ipſe ego. nam memini, Trojani tempore belli*
> *Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam*
> *Hæſit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ:*
> *Cognovi clypeum lævæ geſtamina noſtræ*
> *Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.*

Libet hic cum Lactantio, *lib.* 3. *cap.* 18. exclamare: *O miram & ſingularem Pythagoræ memoriam! o miſeram omnium noſtrum, qui neſcimus, quid ante fuerimus!* Auſonius in Marcum quendam, hominem impurum, impuro corpore & domicilio dignum, juxta hoc Pythagoræ dogma, ſic luſit:

> *Pythagora Euphorbi, reparas qui ſemina rerum,*
> *Corporibuſque novis das reduces animas.*
> *Dic, quid erit Marcus, jam fata noviſſima functus,*
> *Si redeat vitam rurſus in aeriam?*
> *Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,*
> *Non caper, aut aries; ſed ſcarabæus erit.*

Similis feſtivitas eſt in dialogo Luciani, cujus Ἐνύπνιον, ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών, *Somnium ſive Gallus.* Triplex autem hæc erat purgatio: notante Servio, *ad* 6. *Æneid.* Aut enim in terrena corpora ani-

Aa 3

animæ tranſibant, quæ nempe corporalibus blandimentis nimis deditæ fuerunt; & hæc per ignem fieri dicitur, qui idem ac terra: Aut in corpora marina, ſi paulo melius vixerint, aut in corpora aëria, ſi ſatis bene vixerint. Sententiam ſuam Pythagoras a Pherecyde Syro hauſit, hic autem e Theologia Phœnicum, unde eam quoque habuerunt Judæi, *Voſſ. de idolol. lib.* 3. *cap.* 41. *Hoornb. contr. Judæos. pag.* 541. 542. 543. Phariſæos autem μετεμψύχωσιν docuiſſe negat Camero, *tom.* 3. *pag.* 26. *& ſeqq.* Inter gentiles longe lateque fuit diſperſa. Crediderunt eam Ægyptii ante Pythagoram. *Herodot. lib.* 2 Crediderunt deinceps Druides Gallorum, Cæſare & Lucano teſtibus. Germani apud Appianum Alexandrinum. Indorum Brachmanes. *Philoſtr. de vit. Apollon. lib.* 3. *Voſſ. de Philoſ. lib.* 2. Sinenſes. *Spizel. de re liter. Sinenſ. pag.* 274. *& ſeqq. Mendoz. hiſt. Chin. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *Trigaut. de chriſt. expedit. apud chinas. lib.* 1. *cap.* 6. Tartari, *id. ibid lib.* 1. *cap.* 1. Legatur etiam, qui lingua Belgica hodiernæ gentiliſmi hiſtoriam collegit Godefr. Carolinus, *part.* 1 *cap.* 13.

Tandem Acheronta movebimus tum Philoſophicum, tum Poëticum.

Philoſophorum ſimplicior doctrina & clarior: Quid de ſtatu nec perfecte juſtorum, nec penitus impiorum, ſed medio [illegible] ſenſerint veteres tum Hebræi tum Græci, vide apud Windetum, de vita functorum ſtatu, *ſect.* 8. Platonicis quidem hanc ſententiam adſcribit Auguſtinus, *de Civ. Dei. lib.* 21. *cap.* 13. [illegible] nullas pœnas æternas, ſed purgatorias fore omnes aſſerentes, & tandem finem accepturas. Plato autem aliter docuit: diverſa ſcilicet eſſe ut peccatorum, ſic pœnarum genera. Eos vero qui ſcelerate vixerint, tandem in Tartarum conjici, unde evadere nunquam poſſint. Sub finem Gorgiæ apud inferos hominum crimina, quædem expiabilia, quædam inexpiabilia deſcribit; illa quidem ἰάσιμα ἁμαρτήματα vocat, de his vero inquit: οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται, καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδέν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες, ἄλλοι δὲ ὀνίνανται οἱ τούτους ὁρῶντες, διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα, καὶ ὀδυνηρότατα, καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον. *Qui autem peccata maxime commiſerunt, & propterea inſanabiles facti ſunt, ex illis*

illis hæc exempla ſtatuuntur. Et ipſi quidem nullam inde percipiunt utilitatem, utpote inſanabiles. Alii vero utilitatem capiunt, qui eos propter peccata maxima, moleſtiſſimas, & terribiliſſimas dare pœnas in æternum, vident. Similia ipſis Platonis verbis habent Juſtinus Martyr. exhortatorio ad gentes, & Euſebius, *de prepar. Evang. lib.* 11. *cap.* 20. *& lib.* 12. *cap.* 3.

Poëtæ philoſophiam hanc fabulis involventes, animas in inferno pro ratione delictorum, & ſordium in hac vita contractarum variis pœnis affligi finxerunt, donec plene purgatæ in campos Elyſios emitterentur, qui inde fortaſſe nomen ſortiti, quaſi ἀπὸ τῆς λύσεως, notante Servio, *ad* 5. *Æneid. v.* 735. a diſſolutione animæ a vinculis corporis: Celſus apud Originem, *lib.* 7. *contra Celſum*, Elyſium ait eſſe quaſi ἀλύσιον, ἀπὸ λύσεως τῶν ἐντεῦθεν κακῶν. addito verſu 563. ex Odyſſ. Δ

> Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, ἢ πείρατα γαίης
> Ἀθάνατοι πέμψουσι —— τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ ——
> *In nemus Elyſium poſt hæc, ſedeſque beatas*
> *Ab Jove mitteris, in quo ſuaviſſima vita eſt.*

Plenius Anchiſes, apud Maronem, 6. Æneid.

> *Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,*
> *Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes*
> *Corporeæ excedunt peſtes, penituſque neceſſe eſt*
> *Multa diu concreta modis inoleſcere miris.*
> *Ergo excercentur pœnis, veterumque malorum*
> *Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes*
> *Suſpenſæ ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto*
> *Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*
> *Quiſque ſuos patimur Manes. exinde per amplum*
> *Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.*
> *Donec longa dies perfecto temporis orbe*
> *Concretam exemit labem, purumque reliquit*
> *Ætherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.*
> *Has omneis, ubi mille rotam volvere per annos,*
> *Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno;*
> *Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant,*
> *Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.*

Cu-

Cujus opinionis abſurditatem Porphyrius, apud Auguſtin. *de Civ. Dei*, *lib.* 10. *cap.* 30. demonſtrat: quoniam revera credere ſtultum eſt, ex illa vita, quæ beatiſſima eſſe non poterit, niſi de ſua fuerit æternitate certiſſima, deſiderare animas corporum corruptibilium labem, & inde ad iſta remeare, tanquam hoc agat ſumma purgatio, ut inquinatio requiratur. Si enim quod perfecte mundantur hoc efficit, ut omnium obliviſcantur malorum; malorum autem oblivio facit corporum deſiderium, ubi rurſus implicentur malis: profecto erit infelicitatis cauſa, ſumma felicitas: & ſtultitiæ cauſa, perfectio ſapientiæ: & immunditiæ cauſa, ſumma munditia.

Cæterum gradus in talibus purgationibus obſervandos eſſe docuit Servius, *ad 6. Æn. v.* 340. Recedentes enim animæ à corporibus ſordidiores ſunt donec purgentur, quæ purgatæ incipiunt eſſe clariores. Inde eſt quod aliæ animæ Lunarem circulum aliæ ſolſtitialem retinebant pro modo purgationis. ideoque Æneas Palinurum *vix multa moeſtum cognovit in umbra*, qui nec ad loca quidem purgationis pervenerat. Sed & Didonem *agnovit per umbram*

Obſcuram; qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila lunam.

Totius autem hujus Philoſophiæ finis erat, ut Mens humana ad Deum adſcenderet, & ſummæ ſanctitati eſſet quam ſimillima. Plato in Phædro: ἡ μὲν ἀρίστη θεῷ ἑπομένη καὶ εἰκασμένη. *Quæ optime Deum ſecuta, & ad ejus ſimilitudinem conformata eſt.* Hinc Porphyrius, apud Auguſtinum, *de Civ. Dei. lib.* 10. *cap.* 23 *Inquiſitio purgat: imitatio deificat ad ipſum operando.* Sicut enim animæ humanæ originis ſunt divinæ; ſic ad ſuum principium rurſus convertuntur, in quo quieſcant. Boeth. de conſol. Phil. lib. 3.

Quas lege benigna
Ad te converſas reduci facis igne reverti.

Sic anima apud Syneſium, hymn. 3.

λιβὰς οὐρανία	*Gutta cœleſtis*
κέχυμαι κατὰ γᾶς.	*Effuſa ſum in terram.*
παγᾷ με δὸς	*Fonti me reſtitue*
ὅθεν ἐξεχύθην	*Unde ſum effuſa*

ψυχᾶς

Digitized by Google

φυγὰς ἀλῆτις. *Profuga vagans.*

Qui ad hunc ſcopum non collineat, veram animæ purgationem fruſtra deſiderat. Sic Arrianus, ex mente Epicteti, lib. 2. cap. 16. τὰ σαυτοῦ κάθαρον κακά. ἐντεῦθεν ἐκ τῆς διανοίας ἔκβαλε λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν. ταῦτα δ' οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸν θεὸν ἀποβλέποντα, ἐκείνῳ μόνῳ προσπεπονθότα, τοῖς ἐκείνου προστάγμασι καθωσιωμένον. *Tua ipſius mala purgato: ex animo ejice dolorem, timorem, cupiditatem, invidiam, malevolentiam, avaritiam, mollitiem, intemperantiam. Hæc vero aliter ejici non poſſunt, niſi ad ſolum reſpicias Deum, eique ſoli ſis addictus, & illius mandatis initiatus.*

Hoc voluit oraculum Chaldaïcum:

Ψυχὴ μερόπων θεὸν ἄγξει εἰς ἑαυτὴν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη μεμέθυσται.
Anima hominum Deum in ſeipſam conſtringet,
Nihil mortale habens, tota inebriata eſt.

Juvat audire Pſellum commentatorem: τὸ θεῖον, φησὶ, πῦρ ἡ ψυχὴ βιάζεται εἰς ἑαυτὴν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἄγχειν) διὰ τῆς ἀθανασίας καὶ καθαρότητος. τότε γὰρ ὅλη μεμέθυσται· τουτέστι, πληροῦται τῆς κρείττονος ζωῆς· καὶ ἐλλάμψεως, καὶ οἷον ἐξίσταται ἑαυτῆς. *Ait quod anima in ſeipſam vi compellat ignem divinum (id enim ſibi vult* τὸ ἄγχειν, *conſtringere) ratione immortalitatis, & puritatis. tunc enim tota inebriata eſt, id eſt, impletur præſtantiori vita & illuminatione, & quaſi extra ſeipſam movetur*

Atque hinc oritur illa animi tranquillitas, qua homo Dei inſtar eſt, qui, ut ait Ariſtoteles, Ethic. Nicom. lib 7. cap. 14. ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονὴν, *una ſemper & ſimplici gaudet voluptate.* Talis vir bonus τετράγωνος Philoſopho dicitur, *Ethic. Nicom. lib.* 1. *cap.* 10. eodem ſemper vultu, ut de Socrate narratur, conſtans & ſui ſimilis:

Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.

In Eccleſia autem Chriſtiana, dum Philoſophi fruſtra in tenebris palpant, fons aquæ vivæ contra immunditiam apertus eſt. Fons ſanguinis Filii Dei qui nos καθαρίζει ab omni peccato. Fons aquæ ſpiritualis, qua regeneramur, *Ezech.* 36. Ideoque καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, mo-

Digitized by Google

nente Apoſtolo, 2. *Cor.* 7. Talibus vera beatitudo parata eſt. Μα-
κάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. *Matth.* 5. 8.

Hæretici καθαροὶ Chriſtianiſmum falſo dogmate inquinarunt,
de quibus legendus Epiphanius, aliique rerum Eccleſiaſticarum
ſcriptores.

Non tantum virtutum exercitio animum purgari, ſed etiam
pœnis certum eſt. Non quatenus hæ ſatisfaciunt ei cujus inte-
rat non eſſe peccatum; neque quatenus faciunt ad ἀξιωμα...,
quatenus reſpiciunt ipſius peccantis utilitatem. Ideoque juſtitiam
ultricem Hierocles ἰατρικὴν ψυχῆς *animæ medicatricem* dixit.
quia omnis actio, præſertim deliberata ac frequens, quando
gignit ſui proclivitatem, quæ adulta habitus dicitur, ideo vi-
quam primum fieri poteſt, adimenda eſt illecebra, quod fieri
ctius nequit, quam ſi dolore quodam ſubſequente ſaporem
tant dulcedinis. Hoc autem tum verbis tum verberibus per-
tur. Verbis quidem in νουθεσίᾳ & ..., quæ ἰατρεία ψυχῆς Plu-
tarcho, Salomoni autem מרפא *Porv.* 3. 8. & מרפא Pr. 4. 22. medi-
cina dicitur. Egregie Cicero, 1. *de offic.* in objurgationibus
ceſſariis id agendum judicat, ut ea facere non videamur irati,
ut ad urendum & ſecandum medici, ſic nos ad hoc genus
gandi raro invitique veniamus, nec unquam niſi neceſſario
nulla reperietur alia medicina: ut etiam ſignificetur, quod
bitatis habet objurgatio, ipſius cauſa, qui objurgetur, ſuſcep-
eſſe. Verberibus autem in Κολάσει. quo pertinet illud Salomonis
Pr 22 15. *Stultitiam alligatam animo pueri virga eruditionis*
ab ipſo amovebit. & Xenophontis ad milites: εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ
λαξά τινα, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς, καὶ διδάσκαλοι
καὶ οἱ ἰατροὶ τέμνουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. *Si quem ut prodeſſem verberavi,*
nam me debere profiteor, qualem parentes filiis & magiſtri diſci-
Nam & medici ægrotum ſuo ipſius bono ſecant. Et Senecæ, lib.
de ira cap. 27. *In his erunt boni magiſtratus, parenteſque, &*
ces, quorum caſtigatio ſic accipienda eſt, quomodo ſcalpellum, &
ſtinentia, & alia quæ profutura torquent. Atque huc non inepte
feras quæ de inferno & campis Elyſiis ſupra diximus.

CA

CAPUT. XVI.

Luſtrabantur ſacris initiandi. Studioſi Athenis. Interpretes 72. S. Scripturæ. Templa ingreſſuri. Oraturi. ſacrificaturi. Jeſus Chriſtus ſacerdos noſter purificatus. Junonia celebraturæ, ludos ſeculares ſpectaturi. Deorum reſponſa per ſomnia petentes. Luſtrationes Magicæ. Quæ cortinæ forma apud Delphos? Luſtrationes ante mercaturam, Venerem. Poſt homicidium, Venerem, ſomnum, ejectionem καθαρμάτων. *Propter funera luſtrabantur, qui in domo funeſta, qui funus vidiſſent, qui proſecuti eſſent: Victimæ quoque luſtratæ.*

CORporum ergo luſtratio ſymbolica fuit ceremonia interiorem animæ purgationem adumbrans: Verum gentiles corticem tantum lambentes ipſam rei veritatem, & ſanctitatis nucleum ſatis oſcitanter neglexerunt. Hæ autem ceremoniæ vel Præcedaneæ erant, vel Succedaneæ.

Præcedaneas voco eas luſtrationes, quæ fiebant, quoties ſe ad aliqua ſacra peragenda accingerent, ut ſeipſos, his ritibus purificatos, quaſi caſtiores & Diis ſuis gratiores ſiſterent. ubi primum locum ſibi vendicant, quæ ipſam religionem propius tangebant hominesque ad eam intromittebant.

Luſtrabantur ergo inprimis illi, qui ſacris erant initiandi: Plut. Theſ. *Hercules ante initiationem luſtratus, ut ei ob certa facta ſua quæ inconſulte admiſerat, opus erat.* Clemens Alex. lib 5 ſtrom: τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. *Luſtrationes inchoant myſteria apud Grecos, ſicut lavacrum apud barbaros. Et lib. 6. ſtrom:* ἐπειδὴ πρὸ τῆς τῶν μυστηρίων παραδόσεως καθαρμούς τινας προσάγειν τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν, ὡς δέον τὴν

ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ πρέπει ὁδηγεῖσθαι. *Quoniam etiam ante myſteriorum traditiones volunt ut initiandis purgationes quædam adducantur, ut illos decet, qui impiam opinionem deſerentes ad veram convertuntur doctrinam.* Olympiodorus: ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις· εἶτα ἐπὶ ταύταις αἱ ἀπορρητότεραι μετὰ ταύτας, συστάσεις· καὶ ἐπὶ ταύταις μυήσεις· ἐν τέλει δ' ἐποπτεῖαι. *In ſacris præcedebant publicæ purgationes: deinde has excipiebant aliæ reconditiores: poſt has aggregationes: tum ſequebantur initiationes: ad extremum epoptiæ, ſive ſacrorum omnium plena participatio.* Hos quinque gradus idem repetit, ſic ſcribens: ἀναλογοῦσιν αἱ ἠθικαὶ τε καὶ πολιτικαὶ ἀρεταὶ τοῖς ἐμφανέσι καθαρμοῖς· αἱ δὲ καθαρτικαὶ, ὅσαι ἀποσκευάζονται πάντα τὰ ἐκτὸς τοῖς ἀπορρητοτέροις· αἱ δὲ περὶ τὰ νοητὰ θεωρητικαὶ ἐνέργειαι τῆς συστάσεσιν· αἱ δὲ τούτων συναιρέσεις εἰς τὸ ἀμέριστον τῆς μυήσεσιν· αἱ δὲ ἁπλαῖ τῶν ἁπλῶν εἰδῶν αὐτοψίαι τῆς ἐποπτείαις. *Virtutes morales & civiles rationis ſimilitudinem habent cum his quæ palam fiunt luſtrationibus: Purgativæ, quæ externa amoliuntur reconditioribus illis reſpondent: Facultates autem contemplativæ, quæ circa intelligibilia, aggregationibus: Initiationibus ſimiles ſunt horum in indiviſibile contractiones: Simplices denique ſimplicium viſiones perfectis ſacrorum perceptionibus reſpondent.* Nonnus in ſynagoga hiſtoriarum, ad orat. 1. ſteliteut. Gr. Nazianzeni, cap. 47. primum ex initiamentis ſacrorum Mithræ ponit διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ: *complures dies per multum aquæ natare.* Tertull. de baptiſ. cap. 5. *Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritualium poteſtatum, eadem efficacia idolis ſuis ſubminiſtrant; ſed viduis aquis ſibi mentiuntur: Nam & ſacris quibuſdam per lavacrum initiantur, Iſidis cujuſdam aut Mithræ.* Et de præſcriptionibus cap. 40. *Tinguit & ipſe diabolus quoſdam, utique credentes & fideles ſuos: expiationem delictorum de lavacro repromittit & ſic adhuc initiat Mithræ.*

Apulejus Iſidis ſacris intiandus etiam luſtratus eſt. metam. lib. 11. *Jamque tempore, ut ajebat Sacerdos, id poſtulante, ſtipatum me religioſa cohorte deducit ad proximas balneas; & prius ſueto lavacro traditum, præfatus Deum veniam, puriſſime circumrorans abluit: rurſumque ad templum reductum, jam duabus diei partibus tranſactis, ante ipſa Deæ veſtigia conſtituit ſecretoque mandatis quibuſdam, quæ voce meliora ſunt, idque plane cunctis arbitris præcipit, decem continuis*

[illegible] illis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque ullam animal eſſem, & invintus eſſem. In ſacris Oſiridis: Plut. de Iſide & Oſir. τῶν ἱερῶν ἀεὶ προπομπεύει τὸ ὑδρεῖον ἐπὶ τιμῇ τοῦ θεοῦ. *Ante ſacra in pompa ſemper precedit vas aquarium, in honorem Dei.* Hoc & videtur innuere Antiphanes apud Pollucem, lib. 10. cap. 18. Καὶ τὸ χερνίβιον τοῦτο πρῶτον ἦ πομπῆς. *Et malluviolum illud erat primum pompæ.* Vide Voſſium, de idolol. lib. 9. cap. 39. Caſaubonum in Athenæum, lib. 6. cap. 15.

Qui Athenis literarum ſtudiis operaturi erant, aut ad honorum gradus in Academia promovendi, ſolenniter lavabantur. Ritus non diſſimilis depoſitionibus Academicis apud Germanos frequentatis, quos carmine deſcripſit Fr. Widebramus. Nazianzenus, orat. funebri in laudem Baſilii: *Per forum ducitur cum pompa, quæ talis eſt: ii qui adoleſcentis ad balneum ſunt præcurſores ſeipſos in ordinem redigunt, ſecundum cognationes ſeriatim, cum vero appropinquant, multo utuntur clamore. ſaltantque tanquam inſanientes: jubet autem vox illa, eos non ultra progredi, ſed conſiſtere tanquam balneum eos minime capere velit, ſimulque portas calcibus pulſant, ſtrepitu juvenem perterrentes, deinde ingreſſum concedentes: ita jam libertatem præſtant. Ac ex balneo honore æqualem, & tanquam unum ex eis ſuſcipiunt.* Sic novitiorum faſtum retundere volebant.

Ariſteas de LXXXII. Interpretibus ſcribit, eos in tranſlatione legis occupatos, quotidie mane, ſalutato Rege, antequam ad opus interpretationis ſe accingerent, manus ex mari laviſſe, & vota Deo ſolviſſe; cauſamque rogatos reſpondiſſe: fieri hoc in argumentum nullius ſceleris prrpetrati, quoniam manibus univerſa opera exercerentur.

Similis religio circa euangeliorum codicem veteres tenuit Chriſtianos. Chryſoſt. homil. 7. ad popul. Antiochenum: Ἂν τὸ εὐαγγέλιον κατέχειν δέῃ, τὰς χεῖρας ἀπονιψάμενος, μετὰ πολλῆς τῆς αἰδοῦς, καὶ τῆς εὐλαβείας, φρίττων καὶ δεδοικὼς κατέχεις. *Si Euangelium tenere oportet, illud lotis manibus, magna cum reverentia & religione, tremens & timens ſumis.* Eandem Judæorum, in ſacro codice tractando, conſuetudinem eſſe narrat Antonius Margarita.

Qui templa ingreſſuri, Deoſque propius adituri erant, hac ceremonia prius defungebantur. Juſtin. Mart Apoleg. 2. *id lava-*

 crum,

erum, quia dæmones ex prophetis didicerant ut qui adeunt templa ſeipſos adſpergant, priuſquam offerant illis gratos nidores atque libamina, aut etiam totos ſe abluant, antequam ſubeant delubra eorum. Arnob. lib. 7. adv. gentes: *Templa cum adire diſponitis, ab omni vos labe puros, lautos, caſtiſſimoſque præſtatis.* Apud Plautum, *Rudent. act.* 3. *ſc.* 3. mulieres petunt, ut ſibi, pace Veneris, in templo ejus eſſe liceat, quod Neptuni opera elautæ ſint. Plutarchus *in Ariſtide* refert Euchidam Delphis ſacrum ignem allaturum luſtrato primum corpore, & lympha aſperſo, ad aram acceſſiſſe. Euripides Ione:

> Ἀλλ' ὦ Φοίβου Δελφοὶ θεράποντες
> Τὰς κασαλίας ἀργυροειδεῖς
> Βαίνετε δίνας· καθαραῖς δὲ δρόσοις
> Ἀφυδρανάμενοι, στείχετε ναούς.
> *Sed o Delphici Phœbi miniſtri,*
> *Caſtaliæ limpidos*
> *Ite ad vortices, pura vero aqua*
> *Abluti ite in templum.*

Apud Ovid. 1. metam. Deucalion & Pyrrha

> ——— *ubi libatos irroravere liquores*
> *Veſtibus & capiti, flectunt veſtigia ſacræ*
> *Ad delubra Deæ.*

vid. Spencer. *de legg. Hebr. ritual. lib.* 3. *diſſert.* 3. *cap.* 3. *ſect.* 2. Ariſtoclea in fonte Hercyne ſe lavit in ſacro Iovi Regi caniſtrum geſtatura, *Plut. in amator.* Heliod Æthiop. lib. 2. Κασαλίαν αὐτ, ἐν ᾗ καὶ περιῤῥαντήριον ἐποιησάμην, ἐπὶ τὸν νεὼν ἔσπευδον. *Et ipſo Caſtalio fonte, ex quo me etiam adſperſi ad templum feſtinabam.* Perſæ nonniſi nudi circa brachia & pedes, & puriſſime abluti templa intrant, *ex Tyckandro Keckerm. diſp.* 1. *de moribus Perſarum.* Litgovius, itinerarii parte 1. narrat in Creta ruinoſum eſſe templum, hanc ſupra oſtium inſcriptionem habens: *Purga pedes, lava manus, & ingredere.* Brachmanes templum ingreſſuri foetenti aqua ſe lavant. *Carlin. ethnic. part.* 1. *cap.* 19. Apollonius Tyanæus, & Iarchas, corporibus nudatis ἠλεκτρώδει φαρμάκῳ capita perunxerunt, quod eorum corpora adeo calefecit, ut vehementer fumarent, ſudarentque non ſecus ac ſi igne lavarentur. Poſt hæc aqua ſe lavere, lotique ad templum acceſſerunt

coro-

coronati. *Philoſt. vit. Apoll, lib.* 3.

Religionem, hanc diabolus cum præſentiſſimo vitæ periculo hominibus injecit. Nota eſt Actæonis fabula. Scribit Pauſanias in Arcadicis, ædem fuiſſe Neptuni equeſtris in luco Cereris, a cujus aditu homines, non ullius obicis oppoſitu, ſed laneo duntaxat funiculo prohibebantur. Sive quod ſolum Deum metu locum ſatis ſacroſanctum putarent; ſive quod funiculo vis occulta ad arcendos homines ineſſet. Æpytus Hippotæ filius, cum neque ſubiiſſet neque tranſiluiſſet, ſed filum conſcidiſſet, ubi primum templum intravit, vi aquæ marinæ, e ſacris ſcatebris erumpentis ſubito excœcatus, neque multo poſt fato oppreſſus eſt. Sic á ſacris ſuis procul eſſe voluerunt gentiles illos homines, qui ſacris initiati non erant. unde illud: ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Athenis duo juvenes Acarnanes per initiorum dies non inititati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cætera turba ingreſſi ſunt. Facile eos ſermo prodidit, abſurde quæ iam percunctantes: deductique ad antiſtites templi quum palam eſſet per errorem ingreſſos; tanquam ob ſcelus infandum interfecti ſunt. *Liv. lib.* 31. *cap.* 14. Cicero violationem religionis bonæ Deæ a Clodio factam, non uno loco exaggerat.

Scilicet ut ſancta ſancte tractarentur docere voluerunt: interna ſanctitas illis ſymbolis notata, multo pluris fuit: Scitum eſt epigramma, quod ἀνθολ. lib. 4. cap. 20. legitur:

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν·
Χρειὼ τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος·
Ὅστις δ' οὐλοὸν ἦτορ, ἀπόστιχε· οὔποτε γὰρ σὴν
Ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα μιαινόμενον·

Quæ ludendo ſic vertimus:

Templa bonis divina patent: purgamine nullo
His opus eſt: virtus tangitur haud maculis.
Cui malus eſt animus, mala mens, abſiſtito, corpus
Foedatum vitiis abluet haud animam.

In hunc luſtrationis uſum, vaſa aquam continentia, in templis collocabantur. Scipio Africanus, notante Livio, *lib.* 37. *cap.* 3. ante fornicem, quam in Capitolio dedicavit, duo labra marmorea poſuit. Tale fuit Athenis in Eleuſinio, quod Meurſius, *Ce-*

ram

Digitized by Google

ram. gem. cap. 15. probat ex Lyſiæ Oratione in Andocidem: εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. *Ingreſſus eſt Eleuſinium, lavit e ſacro malluvio.* Aſcon. Pædian. in divin. *Delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum, mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes, tripodeſque viſuntur.* Iſidorus Orig. lib. 15. cap. 4. *Delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingreſſum diluebantur, & appellata delubra à diluendo.* Confer Saubert. de ſacrific. cap. 11.

Orationibus ſuis Deos adibant hac prævia ceremonia. Æneas, 8. Æn.

—— Rite cavis undam de flumine palmis
Suſtulit, ac tales effudit ad æthera voces.

Turnus, Æneid. 9. v. 22. *ſic effatus, ad undam*
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas,
Multa Deos orans, oneravitque æthera votis.

Marius, apud Plutarchum, in vita ejus, νιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν, *manibus ablutis, & in cœlum ſublatis*, vota Diis feciſſe dicitur. Oedipo oraturo dicitur apud Sophocl. *Oed.* Κολων.

Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειρρύτου χοὰς
Κρήνης ἐνεγκοῦ δι' ὁσίων χειρῶν θιγών.
Primum, ſacram undam ex perenni
Fonte, puris manibus affer.

Claudia, apud Ovidium, 4. Faſt. matrem Deum oratura, ſe luſtrat:

Hac ubi caſtarum proceſſit ab agmine matrum,
Et manibus puram fluminis hauſit aquam:
Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas.

Priamus, Iliad. ω. jubet ancillam

χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι ἀκήρατον, ἡ δὲ παρέστη
χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.
Νιψάμενος δὲ, κύπελλον ἐδέξατο ἧς ἀλόχοιο,
Εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἕρκει, λεῖβε δὲ οἶνον,
Οὐρανὸν εἰσανιδὼν, καὶ φωνήσας ἔπος ηὔδα.

Hoc eſt, interprete Eobano Heſſo: —— *undas*

Suſt

Juſſa tulit manibus puras, pelvimque tenebat.
Tum calicem fulgentem auro, Baccheque repletum
Accipiens manibus, Lenæum libat honorem,
Sublatis in cœlum oculis, ſic deinde precatur.

Ulyſſes, Οδύσ. M. v. 336. 337.

χεῖρας νιψάμενος, ὅθ' ἐπὶ σκέπας ἦν ἀνέμοιο,
Ἠρώμην πάντεσσι θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Manibus lotis ubi tutius erat locus a vento,
Supplicavi omnibus diis qui cœlum inhabitant.

Alceſtis apud Euripidem,

—— ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ', ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα, κόσμον τ' εὐπρεπῶς ἠσκήσατο.
Καὶ στᾶσα πρόσθεν ἑστίας, κατηύξατο.
Δέσποιν' ἐγὼ γὰρ ἔρχομαι κατὰ χθονὸς &c.
—— *Fluviali aqua candidum corpus*
Lavit, & accipiens ex cedrinis arcis
Veſtem, & ornamenta, decore induebatur,
Et ſtans ante aras precabatur:
O Dea, ego jam ad inferos eo. &c.

Clemens Alex. lib. 4. ſtrom. ταύτῃ τοι λελουμένους φασὶ δεῖν ἐπὶ τὰς ἱεροποιΐας, καὶ τὰς εὐχὰς ἰέναι καθαροὺς καὶ λαμπρούς, καὶ τοῦτο μὲν συμβόλου χάριν γίνεσθαι, τὸ ἔξωθεν κεκοσμῆσθαί τε καὶ ἡγνίσθαι, ἁγνεία δέ ἐστι, φρονεῖν ὅσια, καὶ δὴ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ βαπτίσματος εἴη ἄν, καὶ ἡ ἐκ Μωϋσέως παραδεδομένη τοῖς ποιηταῖς ὧδέ πως·

Ἡ δ' ὑδρηναμένη καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἔχουσα
ἡ Πηνελόπη, ἐπὶ τὴν εὐχὴν ἔρχεται· Τηλέμαχος δὲ
χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς, εὔχετ' Ἀθήνῃ.

ἔθος τοῦτο Ἰουδαίων, ὡς καὶ τὸ πολλάκις ἐπὶ κοίτῃ βαπτίζεσθαι. *Sic lotos dicunt ad ſacrificia oportere & preces accedere puros & nitidos, & hoc quidem ſymboli cauſa fieri, extrinſecus & ornatum & caſtum eſſe. Caſtitas autem eſt ſapere ſancta. Et hac ſane imago ſit Baptiſmi, quæ ex Moſe hoc modo poetis tradita eſt. Penelope*

Aquis lota, corpore geſtans veſtimenta pura
ad precationem accedit, Telemachus vero
Manus lavans e cano mari ſupplicavit Palladi.

hæc Judæorum conſuetudo, adeo ut ſæpe in lecto baptizentur. Quod de Judæis dicit confirmatur hiſtoria Judithæ, cap. 12. quæ antequam oraret, ἐβαπτίζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος ἐν τῇ παρεμβολῇ. Superſtitioſos Phariſæorum baptiſmos notat Servator. *Marc.* 7. Tertullianus, *de orat. cap.* 11. contra Chriſtianos ἡμεροβαπτιστὰς agere videtur, qui ad omnem orationem, etiam cum lavacro totius corporis, aquam ſumebant. Vide & Chryſoſt. in Matthæum homil. 52. & in 2. ad Timoth. homil. 6.

Ante ſacrificiorum ſolennitatem inprimis luſtrabantur. Lactant. lib. 5. cap. 20. *Pie ſe ſacrificaſſe opinantur, ſi manus laverint*, Plaut. aulul. act. 3. ſc. 6. *Ego, niſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacrificem.* Apud Senecam, Herc. fur. act. 4. ſc. 1. Herculem ſacrificaturum monet Amphitryon:

——— Nate manantes prius
Manus cruenta cæde, & hoſtili expia.

Androtioni, apud Plutarchum, quæſt. Rom. 4. Cornelius mandat, λούσασθαι πρὸ τῆς θυσίας, ἀπὸ τοῦ Θύμβρεως. Νενόμισται γὰρ οὕτω τοὺς καλλιεροῦντας· Feſtiva eſt hiſtoria: Bos in Sabinis nata erat miranda magnitudine ac ſpecie; & cecinere vates, cujus civitatis eam civis immolaſſet Dianæ, ibi fore imperium, idque carmen venerat ad Antiſtitem fani Dianæ. Sabinus, ut primum apta dies ſacrificio eſt viſa, bovem Romam actam ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. ubi Antiſtes Romanus, cum eum magnitudo victimæ celebratæ fama moviſſet, memor reſponſi, Sabinum alloquitur: *Quidnam tu, hoſpes, paras inceſte ſacrificium Dianæ facere? quin tu ante vivo perfunderis flumine? infima valle præfluit Tiberis.* Religione tactus hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſponderet eventus, cuperet rite facta, extemplo deſcendit ad Tyberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. *Liv. lib.* 1. *cap* 45.

Sacerdotes Idololatriæ, *Jeſ.* 66. 17. dicuntur ſe mundare, id eſt, præparare ad operandum ſacris ſuis. המתקדשים והמטהרים Interpr. 72. ἁγνιζόμενοι καὶ καθαριζόμενοι. De Jeſu Chriſto æterno Sacerdote noſtro dicitur, Jeſ. 53. 10. יהוה חפץ דכאו החלי *Dominus voluit conterere eum, in infirmitate*, quod LXXII. reddunt: καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. *Dominus voluit eum purificare a plaga*, quaſi reſpex-

reſpexerint ad Chaldaïcum דכא quod eſt ex Hebræo זכה *purum, mundum eſſe*: & in Pahel, *mundare, purificare*, quomodo dici poteſt Dominus mundaſſe Chriſtum, id eſt, præparaſſe ad ſacrificium offerendum per plagas. Quo ſenſu ſcriptor Epiſtolæ ad Hebræos, cap. 10. v. 29. ait, τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἐν ᾧ ἡγιάσθη, ſubintellige ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; qui & ſanctificatus eſt a Patre, ut dicitur Joh. 10. 36. ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. Joh. 17. 19. ipſe ait: ἁγιάζω ἐμαυτόν. Sanctificatus eſt tum ut Sacerdos, tum ut victima. Sicut enim Sacerdotes ſanctificabantur, & conſecrabantur, ut Sacerdotio rite fungerentur, Exod. 28. 1, 2, 3, 41. & cap. 30. 30. cap. 40. 13. Lev. 8. 12, 30. Sic & victimæ; atque ita illud ἁγιάζειν eſt victimam offerre, ut הקדיש idem quod προσφέρειν. Lev. 22. 2, 3. Deut. 15. 9. 1. Chron. 23. 13. & Chryſoſtomus verba illa ἁγιάζω ἐμαυτὸν explicat: προσφέρω σοι θυσίαν.

Græci hecatomben ſacrificaturi, Iliad. A.

> χερνίψαντο δ' ἔπειτα, καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο:
> *Tum poſtquam lavere manus, ac more ſacrorum*
> *Farrea ſpargentes multo ſale liba tulerunt,*

Et Iliad. γ. fœdus feriendum ſacrificio inchoaturis Græcis & Trojanis

> ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν.
> *Tum manibus lymphas Regum fudere recentes.*

Mirum quod hac occaſione contigit Athenienſibus in Delo ſacrificantibus: puero aquam lavandis manibus hauriente, cum urnam demerſiſſet, ac e phiala ſimul cum aqua piſcem effudiſſet; oraculum ipſis a Deliacis vatibus redditum, maris fore dominos. *Athen. dipnoſ. lib.* 8. *cap.* 1. Simile quid contigit Auguſto Imperatori. *Plin. lib.* 9. *c.* 16. Homerus, Iliad. Z.

> χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον ἅζομαι.
> *Nec manibus libare Jovi me ardentia vina*
> *Sanguine fœdatis æquum eſt.* Euripid. Electr.
> λουτρ' ὡς τάχιστα τοῖς ξένοις τις αἰρέτω,
> ὡς ἀμφὶ βωμὸν στῶσι χερνίβων πέλας.
> Ἀλλ' εἶπ' Ὀρέστης, ἀρτίως ἡγνίσμεθα
> λουτροῖσι καθαροῖς ποταμίων ῥείθρων ἄπο.
> Εἰ δὲ ξένους ἀστοῖσι συνθύειν χρεὼν

λγεσθ', ἕτοιμοι, κοὐκ ἀπαρνούμεσθ' ἄναξ.
Lavacra quam celerrime quis hoſpitibus ferat,
Ut pone aram ſtent, prope malluvia.
Sed ait Oreſtes: modo luſtrati ſumus
Lavacris puris, ex undis fluvialibus.
Sin autem fas ſit peregrinos ſacrificare cum civibus
Ægiſthe, prompti ſumus. neque id, o Rex, renuimus.

Huc facit præceptum Heſiodi, ἔργ. lib. 2.

Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
χερσὶν ἀνίπτοισι, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.

Hinc proverbia: ἀνίπτοις χερσὶ, vel ποσὶ, de quibus Eraſmus. Camerarius *hor. ſubciſ part* 2. *cap.* 1 in domo Adriani de Gulielmo ſe vidiſſe ait tabellam marmoream vetuſtam; quæ Neapoli conſpiciatur, in qua vetus ſacrificantium mos expreſſus: ara rotunda, cui adſtat Sacerdos manus lavans ex vaſe, quod in manibus geſtat puella alata. Sacrificiorum appendices convivia a lotionibus inchoabantur, de quibus lege Stuckii antiquitates conviviales.

Nec ludi ſine luſtrationibus erant. *Junonia* ſive ἡραῖα celebraturæ fœminæ, & Eleorum ædiles nullam attingunt munerum ſuorum partem, priuſquam ſe piaculari ſue, & aqua ad Pieran fontem luſtraverint. *Pauſan. lib.* 5. Perpaucis diebus antequam *Ludi ſeculares* Romæ peragerentur, in Capitolio, temploque Palatino xv. viri ſedentes in ſuggeſtu, luſtralia populo diſtribuebant, faces, ſulphur, & bitumen. *Zoſim. hiſtr. lib.* 2.

Tandem inſignis eſt eorum luſtratio, qui ex antro Trophonii oracula petituri erant quæ deſcribitur a Pauſania in Bœoticis.

Qui vero futurorum ſcientiam per ſomnia petebant, quaſi Deos non extra ſed intra ſe conſulturi, ceremoniis quibuſdam ſe purificabant, Pauſanias, *in Atticis*, narrat de illis qui Amphiarai oraculum conſulebant, eos omnes luſtrari, re divina facta tum Amphiarao tum cæteris, quorum nomina eidem aræ erant inſcripta. Deinde ariete immolato, ejus ſubſtratæ pelli indormientes nocturna viſa expectabant. unde & *Dormio* dictum, ſive ut veteres dixere, *Dermio.* ſcilicet ἀπὸ τῶν δερμάτων, quæ Græcis κῶα, vel κώδια, ἀπὸ τοῦ ἐγκοιμᾶσθαι, ὅ ἐστιν ἐγκοιμᾶσθαι. Didym, ad Iliad.

l. v.

1. v. 657. Et in Fauni oraculo idem obtinuit. 7. Æneid.

Hinc Italæ gentes, omniſque Oenotria tellus
In dubiis reſponſa petunt; huc dona Sacerdos
Cum tulit, & cæſarum ovium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit:
Multa modis ſimulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Avernis.
Hic & tum pater ipſe, petens reſponſa, Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atque harum effultus tergo, ſtratiſque jacebat
Velleribus: ſubita ex alto vox reddita luco eſt.

Ovid. 4. Faſt. *Veſper ubi eſt, tectum ſupra ſua vellera corpus*
Ponit, adorato per ſua verba Deo.
Interea placidam redimita papavere frontem
Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.
Faunus adeſt, oviumque premens pede vellera duro
Edidit a dextro talia verba thoro.

Feſtus ex Sinnio Capitone narrat, Sabinos, quotieſcunque ſacrificium propterviam fieret, hominem Sabinum ad id adhibere ſolitos, qui promittebat ſe pro illis ſomniaturum. Hic poſtquam e ſomno evigilaſſet, narrabat omne quicquid in quiete vidiſſet, quod quidem eſſet e ſacrificii religione. unde venit in proverbium: *Sabinos quod vellent ſomniare.* Sed quia propter aviditatem bibendi quædam anus id ſomnium captabat, vulgatum eſt illud quoque: *Anus, quid velt, ſomniat.* Euſtathius in Iliad. Π. pag. 386. χαμαὶ γὰρ φασὶ δοραῖς ἐγκοιμώμενοι, οἱ ὀνείρων τοῖς χρωμένοις χρηματίζειν ἐκ Διὸς καθὰ καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ, *Humi enim pellibus indormientes per ſomnia conſulentibus oracula ab Jove reddunt, ſicut & Lycophron ſcribit.* Ulyſſes apud Homerum, Odyſſ. lib. 20 vigilans quidem, ſed deinde ex conſilio Minervæ ſomnum captans, hoc modo ſe componit: Αὐτὰρ ὁ ἐν προδόμῳ εὐνάζετο δῖος Ὀδυσσεύς, Κὰμ μὲν ἀδέψητον βοέην στόρεσ', αὐτὰρ ὕπερθε Κώεα πολλ' ὀΐων τοὺς ἱρεύεσκον Ἀχαιοί. Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ἐπὶ χλαῖναν βάλε κοιμηθέντι.

Excuſſo autem ſomno, veſtibus pellibuſque ſepoſitis ad preces fundendas ſe accingit. v. 95. —— χλαῖναν μὲν συνελὼν, καὶ κώεα

τοῖσιν ἐνεῦδεν, ἐς μέγαρον κατέθηκεν ἐπὶ θρόνε, ἐκ ἢ βοῦλιν θῆκε θύρηζι φέρων. Διὶ δ' εὔχετο χεῖρας ἀνάσχων. Hac ſuperſtitione dementati, qui Lacedæmoniis præerant, non contenti vigilantibus curis, in Paſitheæ ſano., per urbem ſomniandi cauſa incubabant. *Cic.* 2. *de divin*, Lauri folia, ſi noctu pulvino ſubjecta fuerint, ſomniorum veritatem conciliare putabantur. *Gyrald. vit. Heſiod.*

Magi nefanda ſua ſacra caſtiſſime tractare videri volebant, ideoque ea peracturi ſeipſos, & incantandos, & locum etiam ſacrorum luſtrabant. Qui ſacris dæmonis אוב OB, ἐγγαστρομύθων initiabantur, manibus virgam myrteam tenentes ſuffumigabantur, quod ex Rabbinis notat Schedius, *de Diis Germ. ſyngr.* 2. *cap.* 47. Val. Flaccus. 3. Argonaut.

Jamque ſopor mediis tellurem preſſerat horis,
Et circum tacito volitabant ſomnia mundo,
Cum vigil arcani ſpeculatus tempora ſacri,
Ampycides, petit adverſis Æſapia ſylvis
Flumina, & æquoreas pariter deſcendit ad undas:
Hic ſale purpureo, vivaque nitentia lympha
Membra novat, ſeque horrificis accommodat actis.

Apul. lib. 3. *priuſquam apparatu ſolito inſtruit feralem officinam, omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, &c.* Poſt: *tunc decantatis ſpirantibus libris litat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano libat & mulſa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos cum multis odoribus, dat vivis carbonibus adolendos.* Iterum, eodem libro: *Specta quam parvis, quamque futilibus ea res procuretur herbulis. Anethi modicum cum lauri foliis immixtum rore fontano datur lavacrum & poculum.* Medea, apud Ovidium, 7. metam. ſeipſam primo luſtrat:

Ter ſe convertit, ter ſumtis flumine crinem
Irroravit aquis. Deinde incantandum:
——— Sparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras,
Multifidaſque faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit, & infectas geminis accendit in aris.
Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat:

Tibull. lib. 1. el. 2. *Et me luſtravit tædis, & nocte ſerena*

Con-

Concidit ad magicos hoſtia pulla Deos.

Tireſias, apud Statium, 4. Theb. manes conſulturus, Regem Thebanum, vaticinium petentem purgat:

——— Parat ante ducem, circumque bidentum
Viſceribus laceris, & odori ſulphuris aura
Graminibuſque novis, & longo murmure purgat.

De loco: Babylonius Magus, apud Lucianum in Philopſeude, θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, *ſulphure ac face luſtrato loco*, in orbem ter obambulat. Horat. Epod. 5.

At expedita Sagana per totam domum
Spargens avernales aquas.

Sic apud Am. Marcell. *lib.* 29. ubi Hilarius, qui de ſucceſſore Imperatoris per Magicas artes quæſiverat, fatetur ſe in medio *domus, emaculata odoribus Arabicis*, collocaſſe menſulam, ad ſimilitudinem cortinæ Delphicæ conſtructam, & multis imprecationibus ritualiter conſecratam. De hujus menſulæ ſive cortinæ forma variant antiquarii, eam cum delphino ſuperincumbente, infra vero corvum exhibet Ez. Spanhemius; *de uſu numiſm. pag.* 197. Eleganter eam deſcripſit Gaſſendus in vita Peireskii, his verbis: „Anno 1630. tripus ad Julii forum fuit erutus, non multum pedali procerior, is exiſtimabatur fuiſſe ex votivis per templa diſpoſitis, inſtar illius præcipui, cui Phœbas inſiſtens, & ex ſubjecto antro ſpiritum ducens bacchabatur, credebaturque omenula fundere. Baſeos illius triquetræ medium foramen erat triangulare, ex circularibus lineis: extrema autem empuſas fulciunt, ſuſtentantes ſcaphidium; ſed ita, ut cum omnia ſimplici attactu cohæreant, motu minimo collabantur. Scilicet illo ſpiritu agitante, corruere debebant omnes tripodes facta aliqua partium concuſſione. Cortina autem erat non illud vas (nec enim Pythoniſſa eo conſcendebat) ſed hemiſphærium aliquid ſuperficiei quaſi ſquammoſæ (ut imitaretur Pythonis ſerpentis ab Appolline interfecti exuvium) quo memoratum mox foramen obtegebatur: adeo ut Sacerdos haberet cortinam ſuppoſitam, & imminens ſcaphidium. Hæc Gaſſendus. Hac de tripodis forma videndus & legendus Illuſtr. Ezechiel Spanhemius obſervationibus ad Callimachi hymnum in Delum v. 90.

Mer-

Digitized by Google

τοῖσιν ἔνευθεν, ἐς μέγαρον κατέθηκεν ἐπὶ θρόνῳ, ἐκ δὲ βοείην θῆκε θύραζε φέρων. Αὐτ' δ' εὔχετο χεῖρας ἀνάσχων. Hac ſuperſtitione dementati, qui Lacedæmoniis præerant, non contenti vigilantibus curis, in Paſitheæ fano, per urbem ſomniandi cauſa incubabant. *Cic. 2. de divin.* Lauri folia, ſi noctu pulvino ſubjecta fuerint, ſomniorum veritatem conciliare putabantur. *Gyrald. vit. Heſiod.*

Magi nefanda ſua ſacra caſtiſſime tractare videri volebant, ideoque ea peracturi ſeipſos, & incantandos, & locum etiam ſacrorum luſtrabant. Qui ſacris dæmonis אוב OB, ἐγγαστρίμυθοι initiabantur, manibus virgam myrteam tenentes ſuffumigabantur, quod ex Rabbinis notat Schedius, *de Diis Germ. ſyngr. 2. cap. 47.* Val. Flaccus. 3. Argonaut.

Jamque ſopor mediis tellurem preſſerat horis,
Et circum tacito volitabant ſomnia mundo,
Cum vigil arcani ſpeculatus tempora ſacri,
Ampycides; petit adverſis Æſepia ſylvis
Flumina, & æquoreas pariter deſcendit ad undas:
Hic ſale purpureo, vivaque nitentia lympha
Membra novat, ſeque horrificis accommodat actis.

Apul. lib. 3. *priuſquam apparatu ſolito inſtruit feralem officinam, omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, &c.* Poſt: *tunc decantatis ſpirantibus libris litat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano libat & mulſa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos cum multis odoribus, dat vivis carbonibus adolendos.* Iterum, eodem libro: *Specta quam parvis, quamque futilibus ea res procuretur herbulis. Anethi medicum cum lauri foliis immixtum rore fontano datur lavacrum & poculum.* Medea, apud Ovidium, 7. metam. ſeipſam primo luſtrat:

Ter ſe convertit, ter ſumtis flumine crinem
Irroravit aquis. Deinde incantandum;
—— Sparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras,
Multifidaſque faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit, & infectas geminis accendit in aris.
Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Tibull. lib. 1. el. 2. *Et me luſtravit tædis; & nocte ſerena*

Con-

Concidit ad magicos hoſtia pulla Deos.

Tireſias, apud Statium, 4. Theb. manes conſulturus, Regem Thebanum, vaticinium petentem purgat:

——— *Parat ante ducem, circumque bidentum*
Viſceribus laceris, & odori ſulphuris aura
Graminibuſque novis, & longo murmure purgat.

De loco: Babylonius Magus, apud Lucianum in Philopſeude, *θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, ſulphure ac face luſtrato loco*, in orbem ter obambulat. Horat. Epod. 5.

At expedita Sagana per totam domum
Spargens avernales aquas.

Sic apud Am. Marcell. *lib.* 29. ubi Hilarius, qui de ſucceſſore Imperatoris per Magicas artes quæſiverat, fatetur ſe in medio *domus, emaculata odoribus Arabicis*, collocaſſe menſulam, ad ſimilitudinem cortinæ Delphicæ conſtructam, & multis imprecationibus ritualiter conſecratam. De hujus menſulæ ſive cortinæ forma variant antiquarii, eam cum delphino ſuperincumbente, infra vero corvum exhibet Ez. Spanhemius; *de uſu numiſm. pag.* 197. Eleganter eam deſcripſit Gaſſendus in vita Peireskii, his verbis: Anno 1630. tripus ad Julii forum fuit erutus, non multum pedali procerior, is exiſtimabatur fuiſſe ex votivis per templa diſpoſitis, inſtar illius præcipui, cui Phœbas inſiſtens, & ſubjecto antro ſpiritum ducens bacchabatur; credebaturque oracula fundere. Baſeos illius triquetræ medium foramen erat triangulare, ex circularibus lineis; extrema autem cuſpas faciunt, ſuſtentantes ſcaphidium; ſed ita, ut cum omnia ſimplici attactu cohæreant, motu minimo collabantur. Scilicet alio ſpiritu agitante, corruere debebant omnes tripodes ſacra aliqua partium concuſſione. Cortina autem erat non illud vas (non enim Pythoniſſa eo conſcendebat) ſed hemiſphærium aliud ſuperficiei quaſi ſquaminoſæ (ut imitaretur Pythonis ſerpentis ab Appolline interfecti exuvium) quo memoratum mox foramen obtegebatur: adeo ut Sacerdos haberet cortinam ſuppoſitam, & imminens ſcaphidium. Hæc Gaſſendus. Hac de tripodis forma videndus & legendus Illuſtr. Ezechiel Spanhemius obſervationibus ad Callimachi hymnum in Delum v. 90.

Mer-

Mercatores, rerum ſuarum præſidem, Mercurium, venerantes & ſeipſos, & merces aqua Mercuriali luſtrabant. Ovid. 5. Faſt.

Eſt aqua Mercurii portæ vicina Capenæ,
Si licet expertis credere, numen habet.
Huc venit incinctus tunica mercator, & urna
Purus ſuffuſa, quam ferat, haurit aquam.
Uda fit hinc laurus, lauro ſparguntur ab uda
Omnia quæ dominos ſunt habitura novos.
Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos,
Incipit & ſolita dicere voce preces.

Actui Venereo luſtrationem præmittendam ἀναλληγορικῶς docet Heſiod. ἔργ. lib. 2.

Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
χεῖρας νιψάμενος, πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ·
Ὃς ποταμὸν διαβῇ κακότητι χεῖρας ἄνιπτος·
Τῷδε θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam
Pedibus tranſito, priusquam oraveris reſpiciens pulchra fluenta,
Manus lotus amœna aqua limpida.
Qui fluvium tranſierit, malitia vero manus illotus,
Ei ſuccenſent dii, & damna dant in poſterum.

Id eo dici ab Heſiodo tradit Proclus, quod opinarentur veteres, omnem quidem aquarum naturam, quæ alendi augmentandique vim poſſident, ſacram eſſe Diis, quos ζωογόνους vocant. Præcipue vero perennes fluvios putaſſe divinos, quia indeficientem, æternamque Deorum ſubſtantiam imitentur. Johannes vero Grammaticus allegorice intelligendum putat: nam fluvii nomine uxorem putat accipiendam, perpetuo habitantem cum viro. Monere autem Poetam, uxori non congrediendum ante fuſas Diis preces ut ſeminis profuſioni adſit, volens & propitius, quam vocat καλλίρροον ὕδωρ, ὡς καθαρὸν καὶ νόμιμον, id eſt, puram legitimamque. *Cæl. Rhodig. lect. antiq. lib. 27. cap. 5.*

Septentrionalium populorum ſuperſtitiones narrat Joh. Meletius in Epiſtola ad Georgium Sabinum, his verbis: *Apud Sudinos, Curonenſes, Samogitas, & Lithuanos, nubiles puellæ, multis in*

locis geſtant tintinnabulum, quod funiculo alligatum ad genua dependet, nec ducuntur, ſed rapiuntur in matrimonium, veteri Lacedamoniorum more, a Lycurgo inſtituto. Rapiuntur autem non ab ipſo ſponſo ſed a duobus ſponſi cognatis. Ac poſtquam rapta ſunt, tunc primum requiſito parentum conſenſu, matrimonium contrahitur. Cum nuptia jam celebrantur, ſponſa ducitur ter circa focum. Deinde in ſellam ibi collocatur. ſedenti ſuper ſellam pedes lavantur. Ea vero aqua, qua ſponſæ lavantur pedes, conſpergitur lectus nuptialis, ac tota ſupellex domeſtica. Conſperguntur item hoſpites, qui ad nuptias invitati ſunt. Poſtea ſponſæ os oblinitur melle, & oculi teguntur velamine. velatis oculis ipſa ducitur ad omnes ædium fores, quas jubetur contingere, ac pulſare dextro pede. Ad ſingulas fores circum ſpergitur tritico, ſiligine, avena, hordeo, piſis, fabis, & papavere. Qui enim ſequitur ſponſam, geſtat ſaccum plenum omni genere frugum: cumque illam circumſpergit, ait, nihil horum defuturum ſponſa, ſi religionem pie coluerit, remque domeſticam curaverit ea diligentia, qua debet. His actis aufertur ſponſæ velamen ab oculis, & convivium celebratur. Veſperi cum ſponſa ad lectum deducenda eſt, inter ſaltandum ei abſcinduntur crines, quibus abſciſſis, mulieres imponunt ei ſertum, niveo linteolo adornatum, quod uxoribus geſtare licet, donec filium pepererint. tamdiu enim uxores pro virginibus ſe gerunt. Ad extremum deducitur in cubiculum, ubi pulſata, & verberata conjicitur in lectum, ſponſoque traditur. tum pro bellariis afferuntur teſticuli caprini, vel urſini, quibus ipſo nuptiarum die commanducatis, conjuges creduntur fieri fœcundi. Hac de cauſa nullum quoque animal caſtratum illic ad nuptias mactatur. Hactenus Meletius. Adeo difficulter, ſub ipſo etiam Chriſtianiſmo, inveteratæ ſuperſtitiones eradicantur.

Succedunt luſtrationes ſuccedaneæ, quæ poſt actiones, quibus ſe contaminari putabant, peragebantur.

Homicidium maxime inhumanum, & abominandum, & merito viſum eſt: ideoque hujus expiandi curam accurate geſſerunt gentiles. Tertull. de baptiſ. cap. 5. *Penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat.* Ex Anticlide locum habet Nat. Comes, mythol. lib. 1. cap. 10. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅπερ καὶ νῦν ἀκμάζει, ὅταν ἢ φόνον ἀνθρώπων, ἢ καὶ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀενάῳ τὰς χεῖρας ἀπονίπτειν, εἰς τὰ μιάσματος κάθαρσιν. *E-*

rat enim mos antiquorum, qui nunc etiam ſervatur, ut qui cædem hominum, vel aliorum animalium commiſiſſent, perenni aqua manus abluerent, ad commiſſi piaculi luſtrationem. Philo de vitâ Moſis: lib. 1. καὶ γὰρ εἰ νόμιμοι αἱ κατ' ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ' ὅγε κτείνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως, καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. οὗ χάριν καθαρσίων ἐδέησε τοῖς κτείνασι πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ νομισθέντος ἄγους, γεγενῆσθαι. *Quamvis enim legibus permiſſa ſint hoſtium occidiones, attamen quiſquis hominem interfecerit, quamvis juſte, quamvis ad ſui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxiſſe creditur, propter illam communem à ſummâ cauſâ venientem cognationem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad eluendum quod commiſſum videbatur piaculum.* Ovid. 2. Faſt.

> *Omne nefas, omnemque mali purgamine cauſam*
> *Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.*
> *Græcia principium moris dedit: illa nocentes*
> *Impia luſtratos ponere facta putat.*
> *Actoriden Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci*
> *Cæde per Æmonias ſolvit Adraſtus aquas.*
> *Veſtam frenatis per inane draconibus Ægeus*
> *Credulus immerita Phaſida fovit ope.*
> *Amphiaraides Naupacteo Acheloo*
> *Solve nefas dixit, ſolvit & ille nefas:*
> *Ah! nimium faciles qui triſtia crimina cædis*
> *Fluminea tolli poſſe putatis aqua.*

Sic Crœſus Adraſtum fratris cæde pollutum expiavit. *Herodotus, lib.* 1. Memphitæ homicidii reum in patriam non recipiebant, niſi a Gymnoſophiſtis expiatum, qualem Appollonius Tyanæus, peragens myſteria a Pythagora & Empedocle tradita, quaſi rite expiatum dimiſit. *Philoſt. de vit. Appollon. lib.* 6. Æneas a cæde hoſtium veniens Deos penates Anchiſæ patri commendat his verbis:

> *Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates,*
> *Me bello a tanto digreſſum, & cæde recenti*
> *Attrectare nefas, donec me flumine vivo*
> *Abluero.* Et Turnus, 9. Æneid. in fine:

Digitized by Google

Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit: ille ſuo cum gurgite flavo
Accepit venientem, & mollibus extulit undis,
Et lætum ſociis, abluta cæde, remiſit.

Plaut Moſtell: act. 2 ſc. 2. *Occidiſti hercle. ——— omnes tuos. ——— metuo te atque iſtos expiare ut poſſies.* Apud Statium, lib. 10. Theb. Thyodamas ſe ſic purgat:

Phœbe, tibi exuvias monſtrata præmia noctis,
Nondum ablutus aquis (tibi enim hæc ego ſacra litavi)
Trado ferus miles, tripodum fiduſque Sacerdos.

Achilles interfecto Strambelo, vel Trembelo, rege Lelegum luſtravit ſe fonte quodam Mileti, cujus aqua profluens dulciſſima eſt, quod vero in imo fundo reſedit, ſalſum: Incolæ Achilleum nominarunt. *Athen. dipnoſ. lib. 2. cap. 6.* Apud Athenienſes fortuitæ cædis damnatum, ad certum tempus exulare leges jubebant, dum aliquem ex peremti familia exoraſſet. Tum vero redire conceſſerunt, certo quodam ritu, non fortuito ac temere: ἀλλὰ καὶ θῦσαι, καὶ καθαρθῆναι καὶ ἄλλα τα * ἃ εἴρηκεν ἃ χρὴ ποιῆσαι. *Sed rem divinam facere, & expiari, & alia quædam, ordine ac diligenter ſancita, præſtanda erant.* Demoſth. adv. Ariſtocr. qui paulo poſt addit: Καὶ τοῦτ κατιένθ' ὁσιῦν, καὶ καθαίρεσθαι νομίμοις τισὶ, &c. præclare conſtitutum legibus eſſe, vult dicere Orator, homicidam ab exilio redeuntem expiari, & certis ritibus purgari.

Huc facit illa Suidæ narratio, de quodem Metragyrta, qui cum in Atticam veniſſet, mulierſque matri Deûm initiaſſet, ab iratis Athenienſibus in barathrum præceps actus occiſuſque eſt, qua de cauſa, cum mox peſtis orta eſſet, oraculo moniti ſunt, ut manes cæſi expiarent. Itaque curiam ædificarunt ibi loci, ubi eum interfecerant; Matrique Deûm dedicarunt, ſtatuamque poſuerunt, barathrumque terra ingeſta oppleverunt.

Apud Apollonium, lib. 4. Argon. dicitur Hercules Νιψόμενος παίδων ὀλοὸν φόνον. *Luſtraturus liberorum miſerabilem cædem.* Apud Sophoclem, in Oedipo Tyranno, nuncius de Laji cæde, aliiſque Oedipi facinoribus pronunciat:

Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν ἴςρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν
Νίψαι καθαρμῷ, τήνδε τὴν ςέγην, ὅσα

Κένθει, τάδ' αὐτίκα εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά.
Exiſtimo neque Iſtrum, nec Phaſin,
Abluere, atque expiare poſſe facinora, quæ in hac domo
Latent, quæque mox in lucem proferentur.

Simililer apud Senecam Hercules furens, act. 5. ſic ait:

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Perſica
Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagusve Ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Mæotis in me gelida transfundat mare,
Et tota Tethys per meas currat manus,
Hærebit altum facinus.

Interfecto Caco idem Hercules aqua fluminis cædem expiavit. *Dion Halic. lib.* 1. *cap.* 5. Ceres ad expiandam Centaurorum cædem, in honorem Herculis parva myſteria inſtituit. *Diod. Sic. lib.* 4. *cap.* 14. Bellerophon occiſo Bellero Argos fugit, ubi a Rege Procto expiatus. *Didym. ad Iliad* 2. *v.* 155 L. Catilina, cum & fratrem, & M. Marium quendam occidiſſet, hujuſque caput ad Syllam in foro ſedentem retuliſſet, ad amylam Apollinis propinquam ſe contulit, & manus abluit. *Plutarch. in Sylla.* Scitum eſt quod de Neleo, Codri filio narrat Ælianus, *var. hiſt. lib.* 8. *cap.* 5. Is cum tempeſtatibus in mari agitaretur, vateſque conſulti reſponderent, *δεῖν καθαρθῆναι τὸ στρατόπεδον*, tanquam multi ſimul navigarent, qui contaminatis eſſent manibus, reliquos ſanguine pollutos detexit: ſimulans enim puerum a ſe occiſum, & *καθαρμοῦ* purgationis indigere, illis qui ſibi conſcii erant, ut idem facerent, perſuaſit. Inſignis olim fuit luſtratio Oreſtis, quem ſanguine matris Clytemneſtræ pollutum nemo Trœzeniorum tecto recipere voluit, ſed in cella quadam conſiſtere juſſerunt, quod deinde tabernaculum Oreſtis appellatum eſt, ibique qui ei luſtrationi præfuerunt, cum eo epulati ſunt, donec rite expiatus eſſet. unde mos deinceps manſit, ut illorum poſteri, ſtatis diebus, eodem in loco cœnitarent. *Pauſan. lib.* 2. De hac luſtratione Varro, lib. 10. rer. hum. *Juxta Rhegium fluvii ſunt continuo ſeptem, in his a matris nece dicitur purgatus Oreſtes.* Cato, Lib 3. Orig. apud Probum in Bucol. Virg. *In eorum agro fluvii ſunt*

Digitized by Google

ſunt ſex, ſeptimus fines Rheginorum atque Taurinorum diſpeſcens. Fluvio nomen eſſe Taccollico. *Oreſtem cum Iphigenia, atque Pylade dicunt maternam necem expiatum veniſſe, & non longinqua memoria eſt, cum in arbore viderint, quem Oreſtes abiens reliquerit.* Lampridius autem in Heliogabalo, apud tria flumina circa Hebrum Oreſtem expiatum ait.

Solebant autem cædis affines prius luſtrari, quam inter ſupplices reciperentur. Apud Apollon. Argon. 4. cum Iaſon cædis reus una cum Medea ad Circem ſupplex confugiſſet: Circe id quod erat ſubodorata, v. 700.

Ὀπιζομένη Ζηνὸς θέμιν ἱκεσίοιο
Ῥέζε θυηπολίην, ᾗ τ᾽ ἀπολυμαίνονται
Νηλειεῖς, ἱκέται ὅτ᾽ ἐφίστιοι ἀντιόωσιν.
Reverens Jovis jus ſupplicum Præſidis,
Peragebat ſacrificium, quo expiantur
Abominabiles, ſi ſupplices in domum advenerint.

Mox illa ſacrificavit συὸς τέκος ἀτρέπτοιο λυτήριον φόνοιο *foetum ſuis immutabilis cædis expiationem.* —— Αὖτις δ᾽ ἢ καὶ ἄλλοις

Μείλισσεν χύτλοισι καθάρσιον ἀγκαλέουσα
Ζῆνα παλαμναίων τιμήορον ἱκεσιάων.

Rurſus autem & aliis placabat luſtrationibus, expiatorem invocans Jovem vindicem & ultorem ſupplicum cæde contaminatorum. Non enim hic ſimplex eſt ἱκεσία, ſed παλαμναῖος; & ἱκέται quidem ſed νηλειεῖς *ſupplices accuſabiles.*

Iaſon autem mox a cæde Abſyrti, extremitatibus cadaveris reſectis, ſeſe expiaverat, ut eodem libro ſcribit Apollonius:

Ἥρως δ᾽ Αἰσονίδης ἐξάργματα τέμνε θανόντος,
Τρὶς δ᾽ ἀπέλειξε φόνου, τρὶς δ᾽ ἐξ ἄγος ἔπτυσ᾽ ὀδόντων.
Ἡ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.
Heros Æſonides extremas mortui partes reſecuit,
Ter cædem expiavit, ter piaculum e dentibus expuit.
Quomodo fas eſt percuſſoribus cædes expiare.

Ritum hunc enarrat Sophoclis Scholiaſtes ad Electram. l. 447. ἐπὶ τῇ καθάρσει τῶν φονευθέντων τὰ ἄκρα ἔτεμνον, καὶ περὶ τὰς μασχάλας αὐτῶν ἐκρέμαζον αὐτά. ἵνα (φασὶν) ἀσθενεῖς γένοιντο πρὸς τὸ ἀντιτίσασθαι τὸν φονέα. *In luſtrationibus extremas interfectorum partes reſecabant eaſque*

ex humeris ſuſpendebant, ne poſſent de interfectore pœnas ſumere.

Apud Herod. lib. 1. ob fratrem interemtum exul Crœſi ἐπίστιος *hoſpes.* Crœſus autem eum expiavit. Hinc poſt dicitur, Crœſum invocaſſe quidem Δία καθάρσιον, ſed etiam ἐπίστιον καὶ ἑταιρήιον. &c. *Jovem expiatorem, ſed & hoſpitalem ac familiarem.*

Etiam ſanguine expiabantur homicidæ. Euſtath. Odyſſ. X. circa finem: ὅτι καὶ δι' αἵματος ἦν κάθαρσις, αἱ ἱστορίαι δηλοῦσιν. ὁποῖα καὶ ἡ τῶν φονέων, οἱ αἵματι νιπτόμενοι, καθάρσεις εἶχον αὐτό. *Quod etiam per ſanguinem purgatio fiat, hiſtoriæ teſtantur, qualis homicidarum, qui ſanguine loti hanc luſtrationem habent. Herodot. Polymn.* Cum Darius legatos Athenas, Spartamque miſiſſet, terram & aquam petitum: his in barathrum aut puteum dejectis, ut illinc terram aquamque peterent, ira Thalthybii, cujus templum Spartæ eſt, ex triſtibus animadverſa, edicto quæſivere Lacedæmonii, ſi quis pro patria mori vellet. Obtulerunt ſe Sperthius & Buris, quibus ad Regem profectis, quamvis non interfectis, iram Thalthybii ſe expiaſſe credebant Lacedæmonii. Theſeus interfectis latronibus ad aram Jovis Melichii, occiſo Pallante Troezene expiatus eſt. *Pauſan. in Attic.* Julius Pollux, lib. 8. cap. 10. inter Athenienſium δικαστήρια recenſet τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ: ἱδρύθη μὲν, inquit, ὑπὸ τοῦ Αἰγέως δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. ἐκρίθη δ' ἐν αὐτῷ πρῶτος Θησεὺς, ἀφιέμενος τὸ ἄγος τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων λῃστῶν, καὶ τῶν Παλλαντιδῶν. *vid. & Plutarchum in Theſeo, & Meurſ. Theſeum, cap.* 7. Carmanor Apollinem de Pythonis cæde purgavit. *Pauſan. in Corinth.* quod in fluvio Peneo factum ait Ælianus, *var. hiſt. lib.* 3. *cap.* 1. Aliter Plutarchus de Iſide & Oſiride: ſcilicet cum neque per novem annos, neque apud Tempe exulaſſe; verum ejectum veniſſe in alium mundum atque inde, circum actis novem annorum curriculis, expiatum, vereque φοῖβον, mundum rediiſſe. Cylon Athenienſis, cum regnum affectaret, ab Athenienſibus in fugam eſt conjectus, ſocii ejus ſupplices ad aram in arce confugerunt, ubi in ipſo templo quidam interfecti ſunt, alii fame expirarunt. Hoc ſcelus deinde expiavit Epimenides, quo etiam ſuadente Athenienſes fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ. *Herodot. lib.* 5. *Thucyd. lib.* 1. *Pauſan. in Atticis. Plutarch. Solone. Cicero,* 2. *de legg.* Cum Lacedæmonii Pauſaniam exitium patriæ molien-

entem in templo Palladis Chalcidoniæ fame necaſſent, juſſu oraculi Delphici, duas ex cera ſtatuas Palladi conſecrarunt, geniumque Epidoten venerati ſunt, putantes ab eo averti omnem numinis offenſionem, quæ ex contemta Pauſaniæ deprecatione exiſtere potuerit. *Thucyd. lib.* 1. *Pauſan. lib.* 3.

Apud Romanos Horatius Curiatiorum victor, cum ſororem interfeciſſet, atque a populo magis admiratione virtutis, quam jure cauſæ abſolutus eſſet, quia tamen manifeſta cædes erat, aliquo piaculo luendum videbatur, itaque imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub jugum miſit juvenem. *Liv. lib.* 1. *cap.* 26.

Apud Athenienſes, qui ad Palladium cædis accuſati, quamvis plurium ſuffragiis abſoluti eſſent, ad probandam tamen ſuam innocentiam ſacra, (quæ Æſchines, in oratione περὶ παραπρεσβείας, ſua quoque ætate adhuc obſervata memoriæ prodidit) faciebant: cæſisque victimis, ſolenniter jurabant, judices, qui pro ſe pronunciaſſent, recte ac juſte judicaſſe, & nihil falſi dixiſſe; quod ni ita eſſet, ipſi ſibi & familiæ ſuæ exitium imprecabantur, judicibus autem fauſta precabantur omnia.

Si quis juſtam cædem, vel in hoſtem pugnando, vel in moderamine inculpatæ tutelæ, perpetraſſet, quamvis ex ſuperſtitione ſe luſtrarent, puri tamen a multis ſunt judicati. Euripid. Ion. Καθαρὸς ἅπας πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ. Et Q. Calaber. ἐσθλὸς ἀνὴρ καὶ δήϊον ἄνδρ' ἐπαμύνει. Senſis hic eſt:

Is mihi purus erit qui in bello occiderit hoſtem. Huc facit ſententia Democriti apud Stobæum, ſerm. περὶ νόμων καὶ ἐθῶν. τὰ ἀδικέοντα (ζῶα) καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῷος ὁ κτείνων. Animalia quæ injuriam faciunt, aut facere volunt, quisquis occiderit, innocens erit. Deinde: Ὅκως περ περὶ κιναδέων καὶ ἑρπετῶν γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατὰ ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι ποιεῖν, κατὰ νόμους τοὺς πατρίους κτείνειν πολέμιον ἐν παντὶ κόσμῳ ἐν ᾧ μὴ νόμος ἀπείργει. Et Poſt: Κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τις, ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίῃ, καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ.

Sicut ante, ſic & poſt actum Venereum tum viri, tum mulieres ſe purificabant, Perſ. ſat. 2.

—— *Tibe-*

—— Tiberino in gurgite mergis

Mane caput, bis, terque: & noctem flumine purgas.

Ubi nox & tenebras, & nocturnum notat concubitum. Suetonius *Auguſt. cap.* 94. Atiam refert in templo Apollinis obdormiſſe, draconem repente irrepſiſſe ad eam, pauloque poſt egreſſum: illamque expergefactam, quaſi a concubitu mariti ſe purificaſſe. Venus poſtquam cum Vulcano cubuit, aqua ſe lavit, ex qua deinceps herba *lychnis* nata dicitur. *Athen. dipnoſ. lib.* 15. *cap.* 8. Ceres autem a Neptuno compreſſa, primo quidem iracunde tulit, poſtea tamen placabilior facta, in Ladone laviſſe dicitur, unde *Luſia* dicta. *Pauſan. in Arcad.* Cicero pro Cœlio: *Ideone aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere?* Lucianus in Aſino, apparatum illius palæſtræ deſcribens: τραπέζα ᾗ τῇ κλίνῃ παρειςήκει ποτήριον ἔχουσα, ϗ ὕδωρ ἕτοιμον ϗ ψυχρὸν ϗ θερμόν. *Menſa juxta lectum ſita, & in ea calix, una cum frigida calidaque aqua.* Martialis de fellante: *Qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam.* Hinc fœdiſſima *Aquaria provincia:* & Aquarioli mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ. *Paulus Feſti Epitomator.* Et Priapus iter ad fontem monſtrare dicebatur, quod qui quæve viros experirentur, lotione opus haberent. Auctor obſcœni carminis:

Falce minax, & parte tui majore, Priape,
Ad fontem, quaſo, dic mihi qua ſit iter?
Vade per has vites, quarum ſi carpſeris uvas,
Quas aliter ſumas, hoſpes habebis aquas.

Ovidii amica dicis cauſa ſe lavit. lib. 3. amor. eleg. 6.

Neve ſuæ poſſent intactam ſcire miniſtræ,
Dedecus hoc ſumta diſſimulavit aqua.

Venerem, poſtquam cum Marte concubuiſſet, in Paphum reducem, charites laverunt & unxerunt. Odyſſ. θ v. 364.

Ενθα δὲ μιν χάριτες λῦσαν, ϗ χρῖσαν ἐλαίῳ.

A ſacris inprimis abſtinebant qui propter dormierant, niſi ante luſtrati eſſent. Ægyptii & Babylonii in templis non coëunt, & a Venere niſi abluti templa adire nefas, quod alii tamen facere non verentur, pecudum volucrumque exemplis ſe defendentes. *Herodot. lib.* 2. Ovid. 3. amor. eleg. 6.

A tenera quiſquam ſic ſurgit mane puella,

Pro-

Protinus ut ſanctos poſſit adire Deos. Euripid. Ion.

χρυσέων δ' ἐκ τευχέων ῥίψω	*Ex aureis vero vaſis projiciam*
γαίας παγὰν	*Terræ fontem*
ἃν ἀποχεύονται Κασταλίας	*Quem effundunt Caſtaliæ*
δῖναι, νοτερὸν ὕδωρ	*Vortices, humidam aquam*
βάλλων, ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν.	*Projiciens, purus exiſtens a lecto.*

Profanis quoque non luſtrati abſtinebant. De Babyloniis Strabo *lib.* 16 & Arabibus, Herodot. *lib.* 1. ὁσάκις δ' ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει. ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τὠυτὸ ποιεῖ. ὄρθρου δὲ γινομένου λοῦνται ἀμφότεροι ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅψονται, πρὶν ἂν λούσωνται. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι ποιοῦσι. *Quotieſcunque vir Babylonius propriæ uxori mixtus fuerit, ſuffimentum purificans igni collocat. Alibi idem mulier facit. Mane autem ambo lavantur: nullum enim vas tangunt, antequam loti fuerint. Eadem faciunt Arabes.* Columell. de re ruſt. lib. 12. cap. 4. de piſtoribus, cocis, cellariis: *His autem omnibus placuit, qui earum rerum officium ſuſceperit, caſtum eſſe continentemque oportere, quoniam totum in eo ſit, ne contrectarentur pocula, vel cibi, niſi ab impube, aut certe abſtinentiſſimo rebus Veneris, quibus ſi fuerit operatus, vel vir vel fœmina debere eos flumine aut perenni aqua priuſqum penora contingant, ablui. propter quod his neceſſarium eſt pueri vel virginis miniſterium, per quos promantur quæ uſus poſtulat.* Huc facit illud Heſiodi in ἔργ. v. 731.

> Μηδ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
> Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
> *Neque pudenda ſemine pollutus intra domum*
> *Focum juxta revelato, ſed caveto.*

Hoc ad Chriſtianos quoque derivatum eſt, quibus non licuit ſacris operari ſi cum uxoribus conſuevisſent. Gregor. Magnus, reſp. ad quæſt. 10. Auguſt. Angl. Epiſc. *Vir cum propria uxore dormiens, intrare Eccleſiam non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet.* Paulo poſt: *Et quamvis de hac re diverſæ hominum nationes diverſa ſentiant, atque cuſtodire videantur, Romanorum tamen ſemper, atque ab antiquioribus, uſus fuit, poſt admixtionem propriæ conjugis, & lavacri purificationem, ab ingreſſu eccleſiæ paulatim reverenter abſtinere.* confer Baronium ad A. C. 57. num. 110. quid

antiquæ eccleſiæ doctores de his rebus cognata φύσει νοήματι ſenſerint, legere eſt in Hoornbeeckii *theol, pract. lib.* 4. *cap.* 1. Recte & ſapienter Theano Pythagoræ uxor, cum conſuleretur, quando poſt concubitum myſteriis intereſſe liceret, mulieri reſpondit; ſi cum tuo marito rem habuiſti, ſtatim: ſi cum alieno nunquam. *Diog. Laërt. lib.* 8. Ægyptii ſi vel tranſeundo ſuem attigiſſent, cum ipſis veſtimentis in flumine ſe lavabant. *Herodot. lib.* 2.

Luſtrabantur & veteres poſt ſomnum: tum conſervandæ bonæ valetudinis cauſa: Tacit. de mor. Germ. *Statim e ſomno, quem plerunque in diem extrahunt, lavantur, ſæpius calida, ut apud quos plurimum hyems occupat.* tum etiam luſtratione ſacra: Virg. 8. Æneid. —— *Nox Æneam ſomnuſque reliquit.*

Surgit, & ætherei ſpectans orientia Solis
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis
Suſtulit. —— Apul. lib. 11. *Confeſtimque diſcuſſa pigra quiete, alacer exurgo meque purificandi ſtudio, marino lavacro trado.* quo etiam reſpexiſſe videtur Propertius, lib. 3. el. 9.

At primum pura ſomnum tibi diſcute lympha.

Ejus rei duas omnino cauſas reddi poſſe video, quarum prior a nocte, altera ab ipſo ſomno petatur. Noctem quod attinet, Servius, ad locum Virgilii modo dictum, notavit eam vel ſolo ſomno polluere. Sed & tenebris mundum a nocte pollui idem alibi notavit. unde *nox a nocendo* nomen accepit, eodem Servio teſte, ad 1. Æneid. v, 93. & Varrone, lib. 5. de ling. Lat. multis enim vaporibus aer noctu inficitur, qui interdiu Solis ardore conſumuntur. Plutarch. de Iſid. & Oſir. cap. 94. *Aer, quo aſſidue utimur, non eodem ſemper affectus eſt modo: ſed noctu denſatur, corpus comprimit, animamque compellit ad moeſtitiam quandam & ſollicitudinem, veluti caligine et quadam & gravedine inducta. ideoque Ægyptiorum Sacerdotes, ſtatim ut a ſomno ſurrexere, reſinam adolent, reficientes aerem, & ſecretione purgantes, ſpiritumque, qui concretus cum corpore, languorem contraxit, reſuſcitantes. Sic & meridie, ſentientes Solem e terra attrahentem, vi ſua, admodum gravem vaporem, & aeri admiſcentem, myrrham ſuffiunt.* Nec Phyſica tantum hæc eſt contagio, ſed vel maxime ethica: quare & peccata,

opera

opera tenebrarum appellantur a Paulo. *Eph.* 5. 11. Hoc indicare voluit Heſiodus, cum in theogonia horrendam ſane noctis ſobolem deſcripſit: veriſſimum eſt illud:

Nox, & Amor, vinumque nihil moderabile ſuadent,
Illa pudore vacat, Liber, Amorque metu.

Alteram rationem ab ipſo ſomno petendam dixi, qui Heſiodo inter noctis filios cenſetur, & a Virgilio *Conſanguineus lethi*, *ſopor* dicitur.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?

Si ergo Nox, ſi mors inquinat, quidni & ſomnus, qui tam arcte illis conjunctus eſt? Heſiod.

Ὕπνος καὶ θάνατος δεινοὶ Θεοί.

Fortaſſe hæc luſtratio poſt ſomnum in honorem Solis facta eſt, quem inter Deos καθαρσίους, cap. 4. retulimus.

Ipſa etiam religione peracta luſtrabantur, non quod ea ſe inquinatos putarent, ſed quod ejus actiones circa tales res verſarentur, quæ aliquam contagionem continerent. Sic, qui καθάρματα in trivia projecerant, quoniam illis ſordes, & ipſas inquinationes inhærere credebant, non ante domum redibant, quam veſtem & corpus aqua vel fluviali vel fontana purgaſſent. Porphyrius, lib. 2. §. 54. πάντες τοῦτο ὡμολόγησαν οἱ θεολόγοι, ὡς οὔτε ἁπτέον ἐν τῶν ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον· μὴ γὰρ ἴοι τὶς εἰς ἄστυ, μηδ᾽ εἰς οἶκον ἴδιον, μὴ πρότερον ἐσθῆτα καὶ σῶμα ποταμοῖς ἢ πηγῇ ἀποκαθήρας. *Omnes in hoc conſenſerunt Theologi, quod in ſacrificiis, quæ ad avertendum malum fiunt, ea quæ immolantur non ſunt comedenda, ſed expiatoriis utendum ſit. Nemo enim in urbem eat, nec in propriam domum, niſi prius veſte & corpore fluviis aut fonte mundatis.* Inprimis qui humano ſanguine ſacrificaverant, peracto ſacrificio, ſe expiabant. Siſimithres, apud Heliodorum, *lib.* 10. *Æthiop.* Si Theagenem Hydaſpes ex inveterata Æthiopum conſuetudine ſacrificaſſet, καθαρσίων expiatione indigere affirmat.

Funera ſacra erant, eorumque cura ad religiones pertinebat, hæc tamen homines inficiebant, adeo ut luſtrationibus purgandi fuerint, qui aliquo modo funeſti erant. quales Familiares defuncti, qui aliquo neceſſitatis gradu eum tangebant. Lucianus de Dea Syria: αὐτῶν δὲ ἑκάστῳ τοῦ νεκροῦ ἕκαστος φυλάξαντες ἀριθμὸν ἡμερέων


τελήκοντα, ϰ τὰς κεφαλὰς ξυρησάμενοι εἰσέρχονται. πρὶν δὲ τάδε ποιῆσαι, σφίσι εἰσιέναι ὅσιον. *Eorum autem qui ſunt ex familia mortui, un-quiſque non niſi poſt triginta dierum numerum, raſoque capite ingr-ditur. Antea vero quam hoc fecerunt, illis introire fas non eſt.* Co-ſuetudo Romana fuit, notante Servio, ad Æneid. 11. v. 2. polluti funere minime ſacrificarent. Si tamen contingeret, ut no eodemque tempore funeſtaretur quis, & cogeretur opera-dare ſacrificiis, elaborabat, ut ante ſacra compleret, quam fun-agnoſceret. Nam, ut ait Plinius, *lib.* 28, *cap.* 2. Oſtentorum res in noſtra poteſtate ſunt, ac prout quæque accepta ſunt, valent. In augurum certe diſciplina conſtat, neque diras, neq ulla auſpicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes o-ſervare ſe ea negaverint. Flaminius exercitu luſtrato, cum co-tra Annibalem legiones duceret, ipſe & equus ejus concidit, eam rem religioni habuit. Cæſar, teſte Suetonio, *cap.* 59. nu-religione ab incepto abſterritus unquam, vel retardatus eſt. Co-immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem adverſus Scipion-& Jubam non diſtulit. Prolapſus etiam in egreſſu navis, ve-in melius omine, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Cum Samnites vo-ferarentur, ſe in auctoritate Tarentinorum manere, nec deſce-dere in aciem, Accipere ſe omen conſules ajunt, & eam preca-mentem hoſtibus, ut ne vallum quidem defendant. Horatio Pu-villo, Capitolium dedicanti, poſtemque jam tenenti, fœdum i-ter precationem Deum nuntium inimici cum inceterent, mo-tuum ejus filium eſſe, funeſtaque familia dedicare eum templu-non poſſe. Non crediderit factum, an tantum animo roboris f-erit incertum, nihil aliud ad eum nuntium a propoſito averſu-quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem, precationem pe-agit, & dedicat templum. *Liv. lib.* 1. Sic.

> *Æneas (quamquam & ſociis dare tempus humandis*
> *Præcipitant curæ, turbataque funere mens eſt)*

At tamen, *Vota Deum primo victor ſolvebat Eoo.*

Huc facit illa de Xenophonte hiſtoria, apud Ælian. *var. hi-lib.* 3. *cap.* 3. qui cum ſerto redimitus rem ſacram faceret, il-que nunciatum eſſet, filium in prælio occubuiſſe, demto de c-pite ſerto, quo pacto mortuus eſſet, quæſivit: cum audiviſſ-

ſtren-



Digitized by Google

Digitized by Google

ſtrenue pugnantem, multiſque hoſtibus interemtis, tandem & ipſum cecidiſſe, corollam in caput repoſuit, hoc facto ſe funus illud non agnoſcere teſtatus, ſed ne quidem illachrymans in ſacrificio pergit, hæc, ut quidam ajunt, verba prolocutus: *Sciebam me genuiſſe mortalem.*

Qui cadaver aliquod vel aſpexiſſent, luſtrabantur. Lucianus de Dea Syria. ἢν μὲν τὶς αὐλέων νέκυν ἴδηται, ἐκείνην τὴν ἡμέρην, ἐς τὸ ἱερὸν οὐκ ἀποκνέεται· τῇ ἑτέρῃδε, καθήρας ἑωυτὸν, ἐσέρχεται. *Si quis ipſorum cadaver aliquod adſpexerit, illo die ad templum non accedit; poſtero autem ubi ſeipſum purgando luſtravit, ingreditur.* Apud Statium, lib. 8. Thebaid. cum Pallas cadaver Tydei adſpexiſſet,

Non prius aſtra ſubit, quam myſtica lampas, & inſons
Iliſſos, multa purgavit lumina lympha.

Ideoque ſi quis in cadaver aliquod incidiſſet, ſine piaculo præterire non poterat, quin ſimpliciſſimo ſaltem ſepulturæ genere, glebam illi objiceret. qui omiſiſſet, Cereri porcam mactare tenebatur, antequam novas fruges guſtaret. *Feſtus in Præcidanea.* Hinc Archytas Tarentinus apud Horat. lib. 1. od. 28.

Quanquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit
Injecto ter pulvere curras.

Præterea, qui in eodem cum cadavere loco verſabantur. Miſeni cadaver totam Æneæ claſſem polluebat. 6. Æneid.

Præterea jacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu neſcis) totamque inceſtat funere claſſem.

Ipſo autem ſepulto Chorineus —— *ter ſocios pura circumtulit unda,*
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ,
Luſtravitque viros.

Ut immodicis in hac re ſumtibus parceretur, legibus XII. tabb. cautum fuit in hæc verba: *Uti ne ſumtuoſa reſperſio fieret.* ſive hæc de ipſo cadavere, ſive de præſentibus eo infectis capiantur.

Ne autem quis imprudens talia loca ingreſſus contaminaretur, inſtitutum fuit, ut indicia quædam foribus domus funereæ apponerentur: ut apud Romanos cypreſſus, quæ ſemel cæſa renaſci neſcit, ut ait Servius, *ad* 3. *Æneid. v.* 630. ideoque mortis ſymbolum eſt: nam

Soles occidere, & redire poſſunt,

 Nobis

Digitized by Google

Nobis cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetuo una dormienda.

Quod radicitus evulſa reſurrexerit Veſpaſiano imperium portendit: Sueton. Veſp. cap. 5. ubi vide notas Cl. Pitiſci.

Apud Græcos, capilli de ipſius defuncti capite ſecti, foribus appendebantur. Eurip. in Alceſt.

πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ
πηγαῖα θ' ὡς νομίζεται
γε χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις
χαίτα τ' οὔτις, ἐπὶ προθύροις τόμαι-
ος, ἃ δὴ νεκρῶν πένθεσι πιτνεῖ.

Non video ante portam Fontana, ut lex eſt, Lavacra pro mortuis in porta, Nulla coma praeciſa eſt in veſtibulo, Quæ accidunt luctu mortuorum.

Nam & moris fuit (notavit hæc Caſaubonus, *ad Theophr. charact. cap.* 16.) ut ad fores privatarum ædium, tantiſper dum illæ funeſtæ eſſent, & dum fieret ἡ πρόθεσις ejus qui obierat, vas magnum ſtatueretur, aqua luſtrali plenum, quæ eſſet e domo non funeſta allata, qua aqua quiſquis exiens ſe adſpergeret, qui exequias venerat, idque vas figlinum fuit, & ἀρδάνιον proprie nuncupabatur. auctor Pollux, *lib.* 8. *cap.* 7. Ariſtophani dicitur ὄστρακον. Καὶ προσέθου τὄστρακον πρὸ τῆς θύρας. Heſychio γάστρα duobus locis. Quorum prior: Ἀρδανίαι, αἱ τῶν κεραμίων γάστραι, ἐν αἷς τὰ βοσκήματα ἐπότιζον, αἱ Δωριεῖς κύμβαλα καλοῦσι. Ταύτας δὲ πρὸ τῆς αὐλείου θύρας ἐτίθεσαν ὕδατος πλήρη, ἵνα ὁπότε τὶς τελευτήσειεν, οἱ πρὸς ἐνταφιασμὸν ἐξιόντες (Alii malunt ἐναγισμὸν, vel ἐνταφιασμὸν εἰσιόντες) περιῤῥαίνωνται. Al. περιῤῥαίνωνται. Alter: Ὄστρακον, ὁπότε τὶς ἀποθάνοι, γάστραν πρὸ τῶν θυρῶν ἐτίθεσαν, ἐξ ἄλλης οἰκίας λαμβάνοντες, καὶ πληροῦντες ὕδατος. Idem πηγαῖον dicitur, quod & ipſam aquam vaſe contentam notat eodem Heſychio indicante. B. Chryſogonius, *homil.* 12. ad Epheſios: ἴδοις ἔλληνα ἀπὸ νεκροῦ λυόμενον. Fuit & apud Judæos ſimilium lavationum & purificationum uſus, quas auctor Eccleſiaſtici, cap. 34. v. 30. βαπτισμὸς ἀπὸ νεκροῦ, ablutiones poſt contrectatum mortuum appellat. quæ Caſauboni animadverſio, ad explicationem loci Paulini, 1. Cor. 15. 29. non parum facit. Thalmudicis טבול מת, vel טבול על מת nec ab ea abludit Coccejus, *in epiſt.*

piſt. ad Hebr. cap. 9. §. 9. & 63.

De funere pollutorum luſtratione Jul. Pollux, lib. 1. Καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο, ὕδατα περιῤῥαινόμενοι. *Qui lugentis domum intraverint, egreſſi aqua adſperſa luſtrabantur:* Feſtus: *Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur adſperſi, quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* De Græcis ex Suida & Ariſtophanis Scholiaſte probat Kirchmannus, *de funeribus Rom. lib.* 3. *cap.* 9.

Ipſas etiam victimas tum apud Græcos, tum apud Romanos luſtrari ſolitas docet Dionyſius Halicarnaſſæus, antiq. Rom. lib. 7. circa finem, vide & Saubertum, de ſacrif. capp. 17. 18.

CAPUT. XVII.

Purgationis genera tria. Ex aqua generatio & regeneratio. Aqua limpida, unde Ibis biberat. Sacri fontes, fluvii: Nilus, Ganges, Callirrhoe, Eleutheria, Juturna, Virgo, Numicus, fons Camoenarum. Anien. Aqua Mercurii. Harundo. Avernus. Aqua marina. Aqua ritibus quibuſdam conſecrata. Simulata pro veris adhibita: ut animalia in ſacrificiis, & Aqua. ἑκατόμβη ψευδώνυμος.

TRes in omnibus ſacris purgationes adhiberi tradit Servius, *ad 6. Æneid.* nam aut tæda purgantur, & ſulphure, aut aqua abluuntur, aut aere ventilantur. Terra autem in his ad ignem refertur, quod infra docebitur.

Nobis ab aqua initium erit, cujus ſane elementi uſus per omnem vitam humanam patet latiſſime. Sine eo nil generat natura,

Namque ubi temperiem ſumſere humorque calorque,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.

Spiritus

Digitized by Google

Spiritus Dei in primæva creatione incubabat aquis, motu & fotu ſuo vitalem illis infundens auram, unde prima hinc prodierunt viventia. quam rationem reddit Tertullianus, quare in baptiſmo ex ea regeneremur, de baptiſm. cap. 3. *Primus liquor quod viveret edidit, ne mirum ſit, ſi in baptiſmo aquæ animare credantur.* Owenus:

Unde *renaſcuntur mortales* unda *vocatur:*
A qua *naſcuntur cuncta vocatur* aqua.

Eleganter Ambroſius in Lucam lib. 10. cap. 91. *Nam de aqua quid loquar? Super aquam, ante ipſos mundi natales, ſanctus, ut legis, Spiritus ferebatur. O aqua, quæ humano adſperſum ſanguine, ut præſentium lavacrorum figura præcederet, orbem terrarum laviſti: O aqua, quæ ſacramentum Chriſti eſſe meruiſti: quæ lavas omnia, nec lavaris! tu incipis prima, tu comples perfecta myſteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis, ut finem neſciamus. Per te fœtor tabidæ carnis aboletur: & pereuntia ſitu viſcera, adſperſo ſale, in multam ſervantur ætatem. Per te arentibus aeſtu corporibus dulcis ad gratiam, ſalutaris ad vitam, ſuavis ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen Prophetis & Apoſtolis, tu nomen Salvatori dediſti, illi nubes cœli, illi Sal mundi; ille fons vitæ eſt. Quæ montibus preſſa non clauderis: quæ ſcopulis illiſa non frangeris: quæ terris infuſa non deficis: ſed intimis ſcaturiens venis, aut ſpiritum incluſa vitalem inhalas, aut ſuccum diffuſa fertilem præſtas, aut rigatum ſuperfuſa ad commodum ſubminiſtras, ne ſiccatis exanimata vitalibus ſolemnes neget terra proventus. Omnium elementorum ſubſtantia, cœlum, aer, mare, & terra te reddunt. te prophetico percuſſa tactu, ut ſitientium rigares corda populorum, vomuit petra: te, cum de latere Salvatoris erumperes percuſſores viderunt & crediderunt: & ideo regenerationis noſtræ de tribus una es teſtibus: tres enim teſtes ſunt, Aqua ſanguis, & Spiritus. Aqua ad lavacrum, ſanguis ad pretium, Spiritus ad reſurrectionem.*

In luſtrationibus Aqua adhibenda inprimis ſimplex & limpida, ne luſtrandi inquinarentur. Sacerdotes Ægyptiorum, referente Plutarcho, *de Iſide, & Oſir. cap.* 89. qui maxime ſunt legum obſervantes, luſtrandi ſui cauſa aquam inde petunt, unde Ibis biberit: hæc enim maxime limpida eſt, quoniam Ibis inſalubrem, & in-

& inſectam aquam non bibit, imo illam ne accedit quidem. Ælian. lib. 7. de animal. cap. 45. οἱ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἱερεῖς, ἑαυτοὺς περιῤῥαίνουσιν, οὐ παντὶ ὕδατι, ἀλλ᾽ ἐκείνῳ, ἐξ οὗ πεπιστεύκασιν ὅτι ἄρα καὶ Ἶβις πέπωκεν. *Sacerdotes in Ægypto, non omni ſe aqua luſtrant, ſed ea unde credunt Ibin bibiſſe.*

Aqua ergo utebantur in luſtrationibus non qualibet, ſed ſacra: Talis autem credebatur vel natura, vel ex ritu quodam ac inſtituto.

Naturaliter ſacri credebantur Fontes ac Fluvii, quibus Deos, Genios, Nymphas præſides eſſe putabant, ut Voſſius *lib.* 2. *de idololatria gentilium*, multis capitibus docet, & Saubert. *de ſacrif. cap.* 5. *circa finem.* Adeo ut quibuſdam etiam ex religione abſtinerent. Pauſan. in Atticis: *Apud Oropios fons templo proximus, quem Amphiarai vocant, ad quem neque rem divinam faciunt, neque aut ad luſtrandum, aut ad manus lavandas aqua ea uti fas putant.* Sic Nero apud Tacitum, *annal.* 14. *cap.* 22. fontem aquæ Martiæ ad urbem deductæ nando inceſſerat: videbaturque potus ſacros, & ceremoniam loci toto corpore polluiſſe: ſecutaque anceps valetudo iram Deum affirmavit.

In quibuſdam natare, in aliis navigare nefas: de Clitumno Plin. lib. 8. epiſt. 8. *Pons terminus ſacri profanique: in ſuperiori parte navigare tantum, infra etiam natare conceſſum.* idem lib. eodem. epiſt. 20. de Lacu Vadimonis: *Nulla in hoc navis (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ.* Seneca epiſt, 41. de his cerimoniis: *Magnorum fluminum capita veneramur, ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quædam vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacravit.*

Neque eadem aqua in Superorum & Inferorum ſacris utebantur. Superorum ſacra tum majoribus tum minoribus fluviis celebrabantur. Inter Majores Nilus & Ganges principem locum tuentur. De Nilo, Servius ad 2. Æneid. v. 116. *In templo Iſidis aqua ſparſa de Nilo eſſe dicebatur.* Juven. ſat. 6.

—— Si candida juſſerit Io
Ibit ad Ægypti finem, calidaſque petitas
A Meroe portabit aquas, ut ſpargat in æde
Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit ovili.

Digitized by Google

Filia Regis Ægyptii, quæ Moſen ex aqua extrahi juſſit, venit ad fluvium λουτροῖς ϗ περιρραντηρίοις χρησομένη, ut ſe lavaret & adſpergeret. *Clem. Alex. ſtrom. lib.* 1. hujus tamen lotionis fortaſſe religio cauſa non fuit, ſed liberorum ac foecunditatis deſiderium, ut idem Clemens exiſtimat. Nam ex Nili potu mulieres Ægyptiacas ad πολυτοκίαν aptiores fuiſſe oſtendit Wendelinus, *de admir. Nili, cap.* 24.

De Gange, Indorum opinio eſt eum expiatorium eſſe, qui aquis ejus ſe abluentes ab omnibus mundet peccatis. Unde hoc vulgo perſuaſum eſt, nullo modo ſalvum poſſe fieri, qui hoc ſe flumine non abluat; quam ob cauſam ex tota India & univerſo Oriente maximus gentium ad Gangem confluxus eſt: & peregrinationes ad illum frequentes inſtituunt. Foedera pacturi jurare ſolent, ſi ſcientes fallant, ut habeantur æque ac ſi vaccam vel hominem apud Gangem fluvium occidiſſent. Ægri & moribundi eo deferri cupiunt, vel mortuorum cineres in eum conjiciunt, quo certius ſalventur. Quibus autem eum adire non contingit, vel aqua ejus per omnes terrarum partes advehi ſolita, ſe lavare: aut, ſi neque id liceat, ſaltem Gangis meminiſſe ſolent, & cupere *Gangeſtanam*, Gange ablui, ut ne fructu ablutionis deſtituantur. Hunc e coelis deſcendiſſe putant, illique equis & tauris nigris (quem colorem præ aliis æſtimant, album prætertim leproſorum eſſe judicantes) Rex ſacrificat. *Hoornb. de converſ. Ind. lib.* 1. *cap.* 2. Hæc ſuperſtitio falſæ hypotheſi originem debet, quæ eſt & apud Indos, & apud noſtri quoque ævi viros quoſdam doctos, Gangem e paradiſo egredi. Cui & inde robur acceſſit, quod Gangis accolæ reliquis mortalibus vivaciores eſſent. Ex iis vir quidam Anno 1536. Luſitanis oblatus eſt, quem ante annos 335. natum eſſe certis conſtabat indiciis. *Wendel. admir. Nili cap.* 7. § 18. Athenienſes novis nuptis lavacra deferebant ex Callirrhoe, vel Enneacruno, alibi vero undecunque. *Pollux, cap.* περὶ μνησ-τείας γάμων, &c.

Aqua Eleutheria quindecim ſtadiorum ſpacio a Mycenis fluxit, qua ad arcanas templi & ſacrorum expiationes utebantur, *Pauſan. Corinthiac.*

De

De aliis fluviis quibuſcunque, ſcriptorum loca ſunt innumera. Æneas *donec ſe flumine vivo* abluiſſet, ſacra attrectare nefas ait. Dido, 4. Æneid.

Dic, corpus properet fluviali ſpargere lympha.

Ad Oreſtem luſtrandum & alia februorem genera adhibita; & aqua ex *Hippocrene* apud Troezenem, qui alius a Boeotio fons eſt. *Pauſan. Corinth.*

In ſacris & in nuptiis Athenis nulla aqua, niſi *Callirhoes* fontis uti mos fuit. In Delo *aqua templi* nulla alia in re, niſi in ſacris uti ſolebant. Credita eſt aqua *Alphei* fuiſſe ſacrificiis accommodatiſſima, quoniam Alpheus amnis eſſet gratiſſimus Jovi. Nam cum die decimo nono Februarij cinerem e Prytaneo quotannis aruſpices deportarent ad aram Iovis Olympii, illoque cinere, aqua Alphei fluminis diluto, aram Jovis oblinirent de more, fuit poſtea ſancitum legibus ſacrificiorum, nequa aqua præterquam Alphei fluminis ad eum uſum introduceretur, ut ſcripſit Porphyrius, *lib.* 1. *de ſacrificiis.* quare ex eo tantum luto diutius ſervatum fuit ut tectorium aræ ſuperinduceretur. nam nullius alterius fluvii, facto ejus rei periculo, aqua, talem coacervationem, aut conglutinationem efficere potuerunt, teſte Plutacho, *de defect. orac.* jure optimo igitur introductus fuit Alpheus in illum ſacrorum uſum, quoniam vim quandam præcipuam purgando ille fluvius creditus eſt habere, unde etiam nomen obtinuit. Nam cum ejus aquæ irrigatio maculas purget, quas Alphos nominarunt, ut ait Strabo, lib. 8. vocatus eſt Alpheus a ſanandis impetiginibus; cum prius Ariger vocaretur. *vid. Nat. Comit. Mythol. l.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 8. *cap.* 21.

Ex Juturna, fonte juxta Numicum fluvium celeberrimo, aqua petebatur ad depellendos morbos, unde a juvando illi nomen inditum, & Juturnas ferias celebrant, qui artificium aqua exercent. Lutatius Catulus primum ei templum fecit in campo Martio, prope aquam Virgineam in regione Flaminia, ut eſt apud P. Victorem, & Ovid. 1. Faſt.

Te quoque lux eadem, Turni ſoror, æde recepit.
Hic ubi Virginea campus obitur aqua

Hæc eſt Aqua illa Virgo, qua pulverem & ſudorem abluebant

illi, qui in campo Martio exercebantur. Ov. 3. Triſt. eleg. 21.

Nunc, ubi perfuſa eſt oleo labente juventus,
Defeſſos artus Virgine tingit aqua.

Ex hoc Juturnæ fonte, Romam ad omnia ſacrificia aqua adferri conſueverat, notante Servio *ad* 12. *Æneid. v.* 139.

Veſtæ non niſi ex Numico fluvio libari ſolebat. *Serv. ad* 7. *Æneid. v.* 150. Plutarchus, *in Numa*, Camoenarum fontem Veſtalibus ſacratum eſſe dicit, cujus aqua quotidie penetralia luſtrarent atque adſpergerent. Hinc ergo aquam quoque petiiſſe videtur Rhea Sylvia, Romuli Remique mater. 3. Faſt.

Sylvia Veſtalis (quid enim vetat inde moveri?)
Sacra lavaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad molli declivem tramite ripam,
Ponitur e ſumma fictilis urna coma.

Talia vaſa Perſius, ſat. 2. *Veſtales urnas & Tuſcum fictile* vocavit. Vas ſcilicet & *fictile* & *futile*, a fundendo dictum; lato ore, fundo anguſto. quia aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur, quod ſi fiat, piaculum eſt, ideo excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſit, ſed poſitum ſtatim effunderetur.

Aqua Mercurii ad portam Capenam luſtrabant ſe Mercatores, ut *cap. ſup.* dictum eſt. De Aqua Anienis: Fragmentum ex Catone: *quam Anienem in ſacrarium inferri oportebat.* De Iliſſo: Polyænus Stratag. 5. in Heraclide: *Hæc*, inquit, *transfigebant* παρὰ τ Ἰλισσον, ὃ τ καθαρμὸν τοῖς ἐλάττοσι μυςηρίοις: *ad Iliſſum, ubi luſtratio fieri conſuevit minoribus myſteriis.* De Iliſſo: *Pauſan p.* 41. vide Lucian. *de domo. tom.* 2. *pag.* 791. Statius 4. Theb. *Sævus heros fluvio: Stygias luſtrare ſeveris Eumenidas perhibetur aquis.* &c.

Aqua fluvialis in tantum purificationi apta, ut etiam *harundinibus*, quæ fluminum germina eſſe non dubium eſt, purificatio rite celebretur: vide Servium, *ad* 8. *Æn. v.* 33. 34.

In ſacris Inferorum, aqua ex lacu Averno adhibebatur: quia circa eum Inferni ingreſſum eſſe putabant: unde tam teter odor exhalabat, ut eo tactæ aves ſupervolantes deciderent: quod tamen alii non propter odorem, ſed propter ipſarum avium pondus accidere dixerunt, quia vapori ſulphureo aer cedit, adeoque aves ſuſtinere nequit. *Serv. ad* 6. *Æneid. v.* 239. unde Avernus,

nus, q. ἄορνος dictus. videatur Lucretius, *lib. 6. de nat. rer.* Ariſtoteles autem, *de admir. audit. cap. 97.* cum avibus carere negat, magnam enim cygnorum copiam in ipſo oriri oculatos teſtes retuliſſe: & aquam ejus adeo pellucidam ait eſſe & ſinceram, ut contemplantes maximo ſtupore afficiantur. Ipſa Hecate Inferorum Dea, in lacu Acheruſia luſtrata eſt, ut notavit Scholiaſtes Theocriti, ad Idyll. 2. Totum mare gentilibus ſacrum fuit: videatur Voſſius, *de idol. lib. 2. cap. 77.* & aqua marina luſtrationibus adhibita. Tacit. annal. 15 c. 44. *unde* (ex mari proximo) *hauſta aqua, templum & ſimulachrum Deæ* (Junonis) *proſperſum eſt.* Cœlius Rhodig. lect. antiq. lib. 11. cap. 22. occaſione verborum Ciceronis: *Mari cetera quæ violata ſunt expiari putantur;* ſic
„ ſcribit: Ambiguitatem habet nec contemnendam, ſcioque non
„ paucos in eo corrugaturos frontem. Quid ergo ad ejus obſcu-
„ ritatis illuſtrationem promimus? An doctiſſimum credimus O-
„ ratorem ad id alluſiſſe, quod ſcribit Ariſtophanis interpres ſu-
„ per eo Comici verſiculo: *Plut. act. 3. ſc. 2.*

„ πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, Ἔπειτ᾽ ἐλοῦμεν.

„ hoc eſt, *primo quidem ad mare ipſum produximus, mox & lavi-*
„ *mus.* Mos erat, inquit, veteribus illic καθαίρειν τοὺς ἀφωσιωμένους
„ id eſt, expiare pollutos. Homerus.

„ Καὶ εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

„ id eſt, *in mare ſordes rejiciebant.* Quin Platonem item ferunt,
„ in Ægyptum ad Sacerdotes & Prophetas ſe conferentem, ut
„ eorum ſapientiæ placita perdiſceret, ſecum habuiſſe Euripi-
„ dem quoque, quem morbo implicitum, poſteaquam eſt ma-
„ ris aqua incolumitati reſtitutus Sacerdotum opera, mox id ver-
„ bis ita teſtatum:

„ Θάλασσα κλύζει πάντα τ᾽ ἀνθρώπων κακά.

„ hoc eſt, *cuncta mortalium mala prorſus abluit mare.* Quin & ea-
„ dem ratione poteſt Lycophron in Alexandra, ἀγνίτην ἅλα di-
„ xiſſe, id eſt, *luſtralem ſalem*, etiam ſi ad hoſpitalem amicitiam id
„ referendum interpres putat, quod initio apponeretur ſal, ut
„ qui hoſpitali jungerentur jure, ſic expurgarentur. Addit ta-
„ men, arbitrari alios maris aquam dulcibus cenſeri purgationi-
„ bus aptiorem. At, inquit, mihi id non arriſerit ſatis. Scribit

 „ Plu-

„ Plutarchus, Ariſtidem, cum pro Athenienſibus Græcos ſacra-
„ mento adegiſſet, inter imprecationes mydros, id eſt, ferri i-
„ gnitas pilas in mare conjeciſſe: veluti tam diu jusjurandum ma-
„ nere apprecarentur, quamdiu latuiſſent illi ſub aquis: id quod
„ apud Sophoclem in Antigone Grammatici annotarunt. Verum
„ ut addubitatio eximatur omnis, ſi qua etiamnum reliqua ſit;
„ ad purificationem ſcribit Proclus ſulphur adhiberi, & maris
„ aquam. meminit Iliados primo Euſtathius Euripidis ſententiæ
„ cujus uſum non providit vir, meo judicio, alias eruditus: nam
„ fluctuantibus verbis Poetæ ſenſum perlicit, nec aſſequitur ta-
„ men, ut qui in lubrico gradum ſiſtere nitatur. Ex iis, quæ
„ promſimus, liquere amplius poteſt. Sed & eadem opera enar-
„ ratur Catullianum carmen ad Gellium, de profano quodam &
„ inceſto, quod inſcite nimis ac oſcitanter aut prætereunt inter-
„ pretes aut neſciunt:

„ *Quid facit is, patruum qui non ſinit eſſe maritum,*
„ *Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris?*
„ *Suſcipit, o Gelli, quantum non ultima Thetys,*
„ *Nec genitor Nympharum abluit Oceanus.*

Hæc Rhodiginus. De aqua ſale mixta locus eſt in Theocr. idyll. 25. quod ἡρακλίσκος inſcribitur:

—— Καθαρῷ ἢ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρῶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμισαι)
Θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.

Eobanus ita vertit: —— *tum ſulphure puro*
Hanc primum luſtrate domum, ramoque virenti
Rite coronatam, & miſtam ſale ſpargite lympham.

Apud Plutarchum, 1. *Sympoſ. quæſt.* 9. Themiſtocles Stoicus ex Theone Grammatico quærit, cur Homerus Nauſicaam fecerit in fluvio, non in mari lavantem, quod tamen in propinquo erat, calidius item, pellucidius, ac majore tergendi vi præditum.

Virtutis ſimulachrum, ex oraculis Sibyllinis, ad mare deportatum, ibique aqua marina luſtratum, apud Dionem, lib. 48. Val. Flacc. 2. Argon.

—— *Sive foedatum te funere pontus Expiet* ——

Aqua

Digitized by Google



Digitized by Google

Aqua autem naturaliter ſacra deficiente, alia utebantur, ſed ritibus quibuſdam ac cærimoniis conſecrata. Erat ad fores templorum aquiminale quoddam magnum, quales fere tinctorum cortinæ, in quod mergebant titionem ardentem, ab ara ſumtum, quando victima adoletur, eaque ſe adſpergebant, aut a ſacrificulis adſpergebantur, Eurip. Herc. fur. v. 928. 929.

Μέλλων δ' ἦ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
Ἐις χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος.

Cum autem torrem manu dextra laturus eſſet
Filius Alcmenæ, ut intingeret in aquam luſtralem.

Athenæus lib. 9. cap. 18. quid ſit χέρνιψ explicans: ἐςὶν, inquit, ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. i. e. *χέρνιψ eſt aqua, in quam titionem ex ara ſumtum tingebant, & quam ad perficiendum ſacrum adhibebant, & illa conſperſos purificabant eos, qui adeſſent.* Aqua roſacea ſe luſtrant hodierni Peguani. *Carolin. ethnic. part. 1 cap. 22.*

Alias autem ſimulatis aquis utebantur, ſi ea deficeret, quam ſacrorum ratio requirebat. Dido, 4. Æneid.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.

In aliis ſacris hoc quoque frequentatum. Cum de animalibus haud adeo ubique obviis ſacrificandum, de pane vel cera fiebant. Athenienſes, ait Thucydides, *lib.* 1. in honorem Jovis Melichii Dialia olim celebrarunt extra urbem, ubi totius populi conventu plerique non veras ſed commode aſſimulatas victimas obtulerunt. inde Μηλίχιος dictus, quod pauperes poma pro bubus dederint. Idem Herculi factum Jul. Pollux, *lib.* 1. refert, cui Bœoti arietem immolaturi, ſerius victimam adducentes, ab Aſapo fluvio, ſubito, ne tranſire poſſent, accreſcente excluduntur. Itaque pueri juxta aram arreptum malum, cui ramos, pedum vice, ſubdiderunt quatuor, duosque cornuum loco, ad arietis formam Deo immolarunt, quem eo magnopere delectari credebant. Alii hæc contigiſſe ſcribunt, cum bos immolandus rupto fune profugiſſet *vid. Eraſm. Adag. Hercules. Pomarius: & malum Hercules.*

Ex farina bovem immolavit Pythagoras, cum reperiſſet latus ſub-

ſubtenſum trianguli, rectanguli lateribus continentibus æquivalere: quod in ejus vita narrat Porphyrius. huic non diſſimile eſt apud Athenæum, lib. 1. cap. 3. & *Philoſtr. lib. 1. de vit. Apollon.* de Empedocle. qui, victor in certamine Olympico, cum eſſet Pythagoricus, animatiſque cibis abſtineret, e myrrha, thure, pretioſiſque aliis odoribus fictum bovem diſtribuit illis, qui in eo totius Græciæ conventu occurrebant. Cyziceni Proſerpinæ quotannis nigram bovem immolabant. in nummis M. Aurelii, apud Patinum, p. 238. bos cernitur, cum inſcr. ΚΥΖΙΚΗΝ. ΝΕΩΚΟΡ. Hæc enim Dea Cyzicenorum ferebatur ſervatrix, ut oſtendit numiſma apud Spanhemium, *de uſu numiſm. pag.* 385. cum autem a Mithridate obſiderentur, οἱ μὲν οὐκ ἔχοντες ἐπλάττον ἀπὸ σίτου, qui bovem ſibi comparare nequirent, ex frumento illam effinxerunt. *App. Alex. in Mithrid. Plutarch. in Lucullo.*

Apud Ægyptios qui Lunæ ſacrificaturi erant οἱ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βιός τε τινας πλάσαντες ὗς, ἢ ὀπτήσαντες ταύτας θύουσι, *qui ſunt inopes propter tenuitatem facultatum, aſſimilatos quoſdam ſues coquunt, quos immolent.* Herodot. Euterpe.

In Elapheboliis cervus ex farina, melle ac ſeſamo fiebat: ex *Athen. lib.* 14. *cap.* 14. in Buphoniis popanon pro bove oblatum. *Heſych.*

Porcam auream & argenteam dici ait Capito Atteius, quæ etſi e numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere. alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Cereali: *Feſtus.*

Cervaria ovis, quæ pro cerva immolabatur. *Idem.*

Simulabantur etiam loci ſacri Serv. ad 2. Æneid. v. 178. *Ne Dux ab exercitu diutius abeſſet, Si Romam ad renovanda auſpicia de longinquo reveniſſet, conſtitutum ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, ſi renovari opus eſſet auſpicia, Dux rediret.* In luſtrationibus ſimulati homines. Val. Flacc. 3. Argon.

Quin etiam truncas nemorum effigieſque virorum
Rite locat quercus, ſimulataque ſubligat arma.
Huc Stygias tranſire minas, iramque ſeveri
Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas.

Atque



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Atque hinc explicari poſſet, quid ſit ἑκατόμβη ψευδωνύμως ſic dicta. Non, ut judicat Caſaubonus *in Athen. lib.* 1. *cap.* 3. ſacrificium ex centum ovibus & bove uno, quod Βούπρωρον Heſychio dicitur, tale enim ſacrificium ex veris animalibus fiebat. nec ex Heſychii loco colligi poteſt hæc denominatio: ſed tale, quod ex ſimulatis fiebat, non veris animalibus.

Niſi Βούπρωρον propterea ἑκατόμβην ψευδωνύμως dictam velis, quod taurus in πρώρᾳ, hoc eſt, in fronte præiret, reliqua autem animalia, eandem quaſi faciem induerent, & ejus generis cenſerentur, cujus dux eorum erat. πρῶρα autem, metaphora a prora, anteriore navis parte, ſumta, πρόσωπον eſt.

Huc pertinet illa ſacrificiorum emendatio, in Saturnalibus, cum pro hominibus oſcilla & cereos ſubſtituerunt, & pro mactatis pueris effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſingulorum foribus, periculum ſi quod immineret familiis, expiabant. *Macrob. lib.* 1. *Saturn. cap.* 7. Et laribus in compitis pro hominibus pilæ ponebantur. *Feſtus in Pila.* unde Plautus, *Captiv. Prol.* Enimvero Dii nos quaſi pilas homines habent. Scilicet,

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam preſens vix habet hora fidem.

CAPUT. XVIII.

Ventilatio per vannum, quæ inter inſtrumenta cæremoniarum Bacchi & Minervæ. Caper Baccho immolatus, & ejus exta. quare? Etiam ſus. Liba. Athenienſium ἀσκωλιασμός. Hæretici ἀσκοδρογῖται. Oſcillatio, unde dicta. quis luſus? ejus ratio: tum ex Latio, tum ex Græcia adducta.

LUſtrationes quæ per Aërem fiebant, vel Ventilatione, vel Oſcillatione peragebantur. Ventilatio per Vannum fiebat, quæ propterea inter cæremoniarum inſtrumenta ſacra adhiberi ſolebat. Apul. lib. 11. in deſcriptione pompæ Iſiacæ: *Quintus auream vannum aureis congeſtam ramulis ferebat.* Virg. 1. Georg.

—— *Myſtica vannus Iacchi.* Ubi ſic Servius: *Myſtica Iacchi, ideo ait, quod Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis purgantur frumenta. Hinc eſt quod dicitur Oſiridis membra a Typhone dilaniata, Iſis cribro ſuppoſuiſſe. Nam idem eſt Liber Pater in cujus myſteriis vannus eſt, quia, ut diximus, animas purgat. unde Liber ab eo quod liberet dictus, quem Orpheus a Gigantibus dicit eſſe diſcerptum. Nonnulli Liberum Patrem λικνίτην dici aſſerunt. Vannus autem apud eos λικνὸς appellatur, ubi de more poſitus eſſe dicitur, poſtquam utero matris eſt editus. Alii myſticam ſic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant in quod ipſi Optiti * capacitatem congerere ruſtici primitias frugum ſoleant & Libero & Liberæ ſacrum facere. Inde myſtica.* Apud Athenæum, lib 5. cap. 7. in pompæ Bacchicæ deſcriptione recenſentur mulieres τὰ λίκνα φέρουσαι. Audiamus & Voſſium, lib. 2. de idol. cap. 14. Bacchi, inquit, λικνίτης meminit

„ minit & Plutarchus de Iſide & Oſiride. Indeque *vannifer* λικνοφόρος Demoſtheni, oratione contra Cteſiphontem. Sic enim „ iſthic, non λιχνοφόρος ſcribendum eſſe colligo ex Harpocratione in λικνοφόρος, ubi & legas, τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν, καὶ θυσίαν ἐπιτήδειον ἐστίν. *Vannus ad omnia initia, & ſacrificia commoda eſt.* Quid mirum de τελεταῖς ſive initiis, cum his ex eo nomen ſit datum, quod initium ſint vitæ melioris ac vitæ hujus „ finis & perfectio? Quippe ea nequit eſſe, niſi animæ prius purificentur, cujus rei ventilabrum erat ſignum, ut diximus. „ Nec mirum magis de ſacrificiis, quæ fierent ad mentes expurgandas, ac ſæpe urbem totam vel exercitum expiandum. Neque in ſolis Iacchi ſacris vannum adhibitam, ſed Minervæ etiam indicat Vetus Poeta, apud Plutarchum, & Clem. Alex. „ admon. ad gentes:

„ Βάτ᾽ εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς
„ Οἳ τὴν Διὸς Γοργῶπιν, ἐργάτιν θεὸν
„ Στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε.
„ *Ite in viam, omnis populc, manu victum parans,*
„ *Gnatam Jovis, Gorgopin, Ergatin Deam*
„ *Statuto adorans ventilabro.* —— Hactenus Voſſius.

λίκνον etiam infantum cunas ſignificat, quo reſpexiſſe Bacchi myſtas; & Servius loco paulo ante laudato innuit, & ex his Heſychii diſcere eſt: λικνίτης ἐπίθετον Διονύσου, ἀπὸ τῶν λίκνων, ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται. *Lienites, Bacchi epithetum, a cunis in quibus infantes dormiunt.* Alii λίκνον ciſtam, vel caniſtrum interpretantur. Videatur Ez. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Cererem. v. 127.

Oſcillationem purgationis genus eſſe, & quidem maximum quo animæ aëre purgentur, notavit Servius, ad 2. Georg. v. 389. & 6. Aeneid. v. 740. quomodo autem oſcillatio in ſacris Baccho facta ſit, docet Virgilius, 2. Georg.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caditur, & veteres ineunt proſcenia ludi,
Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Theſeidæ poſuere; atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaltere per utres.

illi, qui in campo Martio exercebantur. Ov. 3. Triſt. eleg. 21.

Nunc, ubi perfuſa eſt oleo labente juventus,
Defeſſos artus Virgine tingit aqua.

Ex hoc Juturnæ fonte, Romam ad omnia ſacrificia aqua adferri conſueverat, notante Servio *ad* 12. *Æneid. v.* 139.

Veſtæ non niſi ex Numico fluvio libari ſolebat. *Serv. ad* 7. *Æneid. v.* 150. Plutarchus, *in Numa*, Camoenarum fontem Veſtalibus ſacratum eſſe dicit, cujus aqua quotidie penetralia luſtrarent atque adſpergerent. Hinc ergo aquam quoque petiiſſe videtur Rhea Sylvia, Romuli Remique mater. 3. Faſt.

Sylvia Veſtalis (quid enim vetat inde moveri?)
Sacra lavaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad molli declivem tramite ripam,
Ponitur e ſumma fictiles urna coma.

Talia vaſa Perſius, ſat. 2. *Veſtales urnas & Tuſcum fictile* vocavit. Vas ſcilicet & *fictile* & *futile*, a fundendo dictum; lato ore, fundo anguſto. quia aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur, quod ſi fiat, piaculum eſt, ideo excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſet, ſed poſitum ſtatim effunderetur.

Aqua Mercurii ad portam Capenam luſtrabant ſe Mercatores, ut *cap. ſup.* dictum eſt. De Aqua Anienis: Fragmentum ex Catone: *quam Anienem in ſacrarium inferri oportebat.* De Iliſſo: Polyænus Stratag. 5. in Heraclide: *Hec*, inquit, *tranſigebant* περὶ τὸν Ἰλισσον, οὗ τὸν καθαρμὸν τοῖς ἐλάττοσι μυστηρίοις: *ad Iliſſum, ubi luſtratio fieri conſuevit minoribus myſteriis.* De Iliſſo: *Pauſan. p.* 41. vide Lucian. *de domo. tom.* 2. *pag.* 791. Statius 4. Theb. *Sævus honos fluvio: Stygias luſtrare ſeveris Eumenidas perhibetur aquis.* &c.

Aqua fluvialis in tantum purificationi apta, ut etiam *arundinibus*, quæ fluminum germina eſſe non dubium eſt, purificatio rite celebretur: vide Servium, *ad* 8. *Æn. v.* 33. 34.

In ſacris Inferorum, aqua ex lacu Averno adhibebatur: quia circa eum Inferni ingreſſum eſſe putabant: unde tam teter odor exhalabat, ut eo tactæ aves ſupervolantes deciderent: quod tamen alii non propter odorem, ſed propter ipſarum avium pondus accidere dixerunt, quia vapori ſulphureo aer cedit, adeoque aves ſuſtinere nequit. *Serv. ad* 6. *Æneid. v.* 239. unde Avernus,

nus, q. ἄορνος dictus. videatur Lucretius, *lib. 6. de nat. rer.* Ariſtoteles autem, *de admir. audit. cap. 97.* cum avibus carere negat, magnam enim cygnorum copiam inipſo oriri oculatos teſtes retuliſſe: & aquam ejus adeo pellucidam ait eſſe & ſinceram, ut contemplantes maximo ſtupore afficiantur. Ipſa Hecate Inferorum Dea, in lacu Acheruſia luſtrata eſt, ut notavit Scholiaſtes Theocriti, ad Idyll. 2. Totum mare gentilibus ſacrum fuit: videatur Voſſius, *de idol. lib. 2. cap. 77.* & aqua marina luſtrationibus adhibita. Tacit. annal. 15 c. 44. *unde* (ex mari proximo) *hauſta aqua, templum & ſimulachrum Deæ* (Junonis) *proſperſum eſt.* Cœlius Rhodig. lect. antiq. lib. 11. cap. 22. occaſione verborum Ciceronis: *Mari cætera quæ violata ſunt expiari putantur;* ſic „ ſcribit: Ambiguitatem habet nec contemnendam, ſcioque non „ paucos in eo corrugaturos frontem. Quid ergo ad ejus obſcu-„ ritatis illuſtrationem promimus? An doctiſſimum credimus O-„ ratorem ad id alluſiſſe, quod ſcribit Ariſtophanis interpres ſu-„ per eo Comici verſiculo: *Plut. act. 3. ſc. 2.*

„ πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, Ἔπειτ᾽ ἐλοῦμεν.

„ hoc eſt, *primo quidem ad mare ipſum produximus, mox & lavimus.* Mos erat, inquit, veteribus illic καθαίρειν τοὺς ἀφωσιωμένους „ id eſt, expiare pollutos. Homerus.

„ Καὶ εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

„ id eſt, *in mare ſordes rejiciebant.* Quin Platonem item ferunt, „ in Ægyptum ad Sacerdotes & Prophetas ſe conferentem, ut „ eorum ſapientiæ placita perdiſceret, ſecum habuiſſe Euripi-„ dem quoque, quem morbo implicitum, poſteaquam eſt ma-„ ris aqua incolumitati reſtitutus Sacerdotum opera, mox id ver-„ bis ita teſtatum:

„ Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

„ hoc eſt, *cuncta mortalium mala prorſus abluit mare.* Quin & ea-„ dem ratione poteſt Lycophron in Alexandra, ἁγνίτην ἅλα di-„ xiſſe, id eſt, *luſtralem ſalem*, etiam ſi ad hoſpitalem amicitiam id „ referendum interpres putat, quod initio apponeretur ſal, ut „ qui hoſpitali jungerentur jure, ſic expurgarentur. Addit ta-„ men, arbitrari alios maris aquam dulcibus cenſeri purgationi-„ bus aptiorem. At, inquit, mihi id non arriſerit ſatis. Scribit

 „ Plu-

„ Plutarchus, Ariſtidem, cum pro Athenienſibus Græcos ſacra-
„ mento adegiſſet, inter imprecationes mydros, id eſt, ferri i-
„ gnitas pilas in mare conjeciſſe: veluti tam diu jusjurandum ma-
„ nere apprecarentur, quamdiu latuiſſent illi ſub aquis: id quod
„ apud Sophoclem in Antigone Grammatici annotarunt. Verum
„ ut addubitatio eximatur omnis, ſi qua etiamnum reliqua ſit;
„ ad purificationem ſcribit Proclus ſulphur adhiberi, & maris
„ aquam. meminit Iliados primo Euſtathius Euripidis ſententiæ
„ cujus uſum non providit vir, meo judicio, alias eruditus: nam
„ fluctuantibus verbis Poetæ ſenſum perlicit, nec aſſequitur ta-
„ men, ut qui in lubrico gradum ſiſtere nitatur. Ex iis, quæ
„ promſimus, liquere amplius poteſt. Sed & eadem opera enar-
„ ratur Catullianum carmen ad Gellium, de profano quodam &
„ inceſto, quod inſcite nimis ac oſcitanter aut prætereunt inter-
„ pretes aut neſciunt:

„ *Quid facit is, patruum qui non ſinit eſſe maritum,*
„ *Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris?*
„ *Suſcipit, o Gelli, quantum non ultima Thetys,*
„ *Nec genitor Nympharum abluit Oceanus.*

Hæc Rhodiginus. De aqua ſale mixta locus eſt in Theocr. idyll. 25. quod ἡρακλίσκος inſcribitur:

—— Καθαρῷ ἢ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρῶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμισαι)
Θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐςεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.

Eobanus ita vertit: —— *tum ſulphure puro*
Hanc primum luſtrate domum, ramoque virenti
Rite coronatam, & miſtam ſale ſpargite lympham.

Apud Plutarchum, 1. *Sympoſ. quæſt.* 9. Themiſtocles Stoicus ex Theone Grammatico quærit, cur Homerus Nauſicaam fecerit in fluvio, non in mari lavantem, quod tamen in propinquo erat, calidius item, pellucidius, ac majore tergendi vi præditum.

Virtutis ſimulachrum, ex oraculis Sibyllinis, ad mare deportatum, ibique aqua marina luſtratum, apud Dionem, lib. 48. Val. Flacc. 2. Argon.

—— *Sive foedatum te funere pontus Expiet* ——

Aqua

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Aqua autem naturaliter ſacra deficiente, alia utebantur, ſed ritibus quibuſdam ac cærimoniis conſecrata. Erat ad fores templorum aquiminale quoddam magnum, quales fere tinctorum cortinæ, in quod mergebant titionem ardentem, ab ara ſumtum, quando victima adoletur, eaque ſe adſpergebant, aut a ſacrificulis adſpergebantur, Eurip. Herc. fur. v. 928. 929.

> Μέλλων δ' ἦ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
> Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος.
> *Cum autem torrem manu dextra laturus eſſet*
> *Filius Alcmenæ, ut intingeret in aquam luſtralem.*

Athenæus lib. 9. cap. 18. quid ſit χέρνιψ explicans: ἐστὶν, inquit, ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. i. e. χέρνιψ *eſt aqua, in quam titionem ex ara ſumtum tingebant, & quam ad perſiciendum ſacrum adhibebant, & illa conſperſos purificabant eos, qui adeſſent.* Aqua roſacea ſe luſtrant hodierni Peguani. *Carolin. ethnicisſ. part. 1 cap. 22.*

Alias autem ſimulatis aquis utebantur, ſi ea deficeret, quam ſacrorum ratio requirebat. Dido, 4. Æneid.

> *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.*

In aliis ſacris hoc quoque frequentatum. Cum de animalibus haud adeo ubique obviis ſacrificandum, de pane vel cera fiebant. Athenienſes, ait Thucydides, *lib.* 1. in honorem Jovis Melichii Dialia olim celebrarunt extra urbem, ubi totius populi conventu plerique non veras ſed commode aſſimulatas victimas obtulerunt. inde Μηλίχιος dictus, quod pauperes poma pro bubus dederint. Idem Herculi factum Jul. Pollux, *lib.* 1. refert, cui Bœoti arietem immolaturi, ſerius victimam adducentes, ab Aſapo fluvio, ſubito, ne tranſire poſſent, accreſcente excluduntur. Itaque pueri juxta aram arreptum malum, cui ramos, pedum vice, ſubdiderunt quatuor, duosque cornuum loco, ad arietis formam Deo immolarunt, quem eo magnopere delectari credebant. Alii hæc contigiſſe ſcribunt, cum bos immolandus rupto fune profugiſſet. *vid. Eraſm. Adag. Hercule, Pomarius: & malum Hercules.*

Ex farina bovem immolavit Pythagoras, cum reperiſſet latus ſub-

ſubtenſum trianguli, rectanguli lateribus continentibus æquivalere: quod in ejus vita narrat Porphyrius. huic non diſſimile eſt apud Athenæum, lib. 1. cap. 3. & *Philoſtr. lib. 1. de vit. Apollon.* de Empedocle. qui, victor in certamine Olympico, cum eſſet Pythagoricus, animatiſque cibis abſtineret, e myrrha, thure, pretioſiſque aliis odoribus fictum bovem diſtribuit illis, qui in eo totius Græciæ conventu occurrebant. Cyziceni Proſerpinæ quotannis nigram bovem immolabant. in nummis M. Aurelii, apud Patinum, p. 238. bos cernitur, cum inſcr. ΚΥΖΙΚΗΝ. ΝΕΩΚΟΡ. Hæc enim Dea Cyzicenorum ferebatur ſervatrix, ut oſtendit numiſma apud Spanhemium, *de uſu numiſm. pag.* 385. cum autem a Mithridate obſiderentur, *οἱ μὲν οὐκ ἔχοντες ἐπλάσαντο ἀπὸ σίτου*, qui bovem ſibi comparare nequirent, ex frumento illam effinxerunt. *App. Alex. in Mithrid. Plutarch. in Lucullo.*

Apud Ægyptios qui Lunæ ſacrificaturi erant *οἱ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βιῶς τε τινας πλάσαντες ὗς, καὶ ὀπτήσαντες ταύτας θύουσι*, *qui ſunt inopes propter tenuitatem facultatum, aſſimilatos quoſdam ſues coquunt, quos immolent.* Herodot. Euterpe.

In Elaphoboliis cervus ex farina, melle ac ſeſamo fiebat: ex *Athen lib.* 14. *cap.* 14. in Buphoniis popanon pro bove oblatum. *Heſych.*

Porcam auream & argenteam dici ait Capito Attejus, quæ etſi e numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi ſacrificio Ceriali: *Feſtus.*

Cervaria ovis, quæ pro cerva immolabatur. *Idem.*

Simulabantur etiam loci ſacri Serv. ad 2. Æneid. v. 178. *Ne Dux ab exercitu diutius abeſſet, Si Romam ad renovanda auſpicia de longinquo reveniſſet, conſtitutum ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, ſi renovari opus eſſet auſpicia, Dux rediret.* In luſtrationibus ſimulati homines. Val. Flacc. 3. Argon.

Quin etiam truncas nemorum effigieſque virorum
Rite locat quercus, ſimulataque ſubligat arma.
Huc Stygias tranſire minas, iramque ſeveri
Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas.

Atque



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Atque hinc explicari poſſet, quid ſit ἑκατόμβη ψιλωνύμως ſic dicta. Non, ut judicat Caſaubonus *in Athen. lib.* 1. *cap.* 3. ſacrificium ex centum ovibus & bove uno, quod Βούπρωρον Heſychio dicitur, tale enim ſacrificium ex veris animalibus fiebat. nec ex Heſychii loco colligi poteſt hæc denominatio: ſed tale, quod ex ſimulatis fiebat, non veris animalibus.

Niſi Βούπρωρον propterea ἑκατόμβην ψιλωνύμως dictam velis, quod taurus in πρώρᾳ, hoc eſt, in fronte præiret, reliqua autem animalia, eandem quaſi faciem induerent, & ejus generis cenſerentur, cujus dux eorum erat. πρῶρα autem, metaphora a prora, anteriore navis parte, ſumta, πρόσωπον eſt.

Huc pertinet illa ſacrificiorum emendatio, in Saturnalibus, cum pro hominibus oſcilla & cereos ſubſtituerunt, & pro mactatis pueris effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſingulorum foribus, periculum ſi quod immineret familiis, expiabant. *Macrob. lib.* 1. *Saturn. cap.* 7. Et laribus in compitis pro hominibus pilæ ponebantur. *Feſtus in Pilæ.* unde Plautus, *Captiv. Prol.* Enimvero Dii nos quaſi pilas homines habent. Scilicet,

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam preſens vix habet hora fidem.

Digitized by Google

CAPUT. XVIII.

Ventilatio per vannum, quæ inter inſtrumenta cæremoniarum Bacchi & Minervæ. Caper Baccho immolatus, & ejus exta. quare? Etiam ſus. Liba. Athenienſium ἀσκωλιασμός. Hæretici ἀσκοδρογῖται. Oſcillatio, unde dicta. quis luſus? ejus ratio: tum ex Latio, tum ex Græcia adducta.

LUſtrationes quæ per Aërem fiebant, vel Ventilatione, vel Oſcillatione peragebantur. Ventilatio per Vannum fiebat, quæ propterea inter cæremoniarum inſtrumenta ſacra adhiberi ſolebat. Apul. lib. 11. in deſcriptione pompæ Iſiacæ: *Quintus auream vannum aureis congeſtam ramulis ferebat.* Virg. 1. Georg.

—— *Myſtica vannus Iacchi.* Ubi ſic Servius: *Myſtica Iacchi, ideo ait, quod Liberi Patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis purgantur frumenta. Hinc eſt quod dicitur Oſiridis membra a Typhone dilaniata, Iſis cribro ſuppoſuiſſe. Nam idem eſt Liber Pater in cujus myſteriis vannus eſt, quia, ut diximus, animas purgat. unde Liber ab eo quod liberet dictus, quem Orpheus a Gigantibus dicit eſſe diſcerptum. Nonnulli Liberum Patrem λικνίτην dici aſſerunt. Vannus autem apud eos λικνὸς appellatur, ubi de more poſitus eſſe dicitur, poſtquam utero matris eſt editus. Alii myſticam ſic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant in quod ipſi Optiti * capacitatem congerere ruſtici primitias frugum ſoleant & Libero & Liberæ ſacrum facere. Inde myſtica.* Apud Athenæum, lib 5. cap. 7. in pompæ Bacchicæ deſcriptione recenſentur mulieres τὰ λίκνα φέρουσαι. Audiamus & Voſſium, lib. 2. de idol. cap. 14. Bacchi, inquit, λικνίτου me-

„ minit

,, minit & Plutarchus de Iſide & Oſiride. Indeque *vannifer* λικνοφόρος Demoſtheni, oratione contra Cteſiphontem. Sic enim
,, iſthic, non λιχνοφόρος ſcribendum eſſe colligo ex Harpocra-
,, tione in λικνοφόρος, ubi & legas, τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν, καὶ
,, θυσίαν ἐπιτήδειον ἐστίν. *Vannus ad omnia initia, & ſacrificia commo-*
,, *da eſt.* Quid mirum de τελεταῖς ſive initiis, cum his ex eo no-
,, men ſit datum, quod initium ſint vitæ melioris ac vitæ hujus
,, finis & perfectio? Quippe ea nequit eſſe, niſi animæ prius pu-
,, rificentur, cujus rei ventilabrum erat ſignum, ut diximus.
,, Nec mirum magis de ſacrificiis, quæ fierent ad mentes expur-
,, gandas, ac ſæpe urbem totam vel exercitum expiandum. Ne-
,, que in ſolis Iacchi ſacris vannum adhibitam, ſed Minervæ eti-
,, am indicat Vetus Poeta, apud Plutarchum, & Clem. Alex.
,, admon. ad gentes:

,, Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς
,, Οἱ τὴν Διὸς Γοργῶπιν, ἐργάτιν θεὸν
,, Στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε.
,, *Ite in viam, omnis popule, manu victum parans,*
,, *Gnatam Jovis, Gorgopin, Ergatin Deam*
,, *Statuto adorans ventilabro.* —— Hactenus Voſſius.

λίκνον etiam infantum cunas ſignificat, quo reſpexiſſe Bacchi myſtas, & Servius loco paulo ante laudato innuit, & ex his Heſychii diſcere eſt: λικνίτης ἐπίθετον Διονύσου, ἀπὸ τῶν λίκνων, ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται. *Lienites, Bacchi epithetum, a cunis in quibus infantes dormiunt.* Alii λίκνον ciſtam, vel caniſtrum interpretantur. Videatur Ez. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Cererem. v. 127.

Oſcillationem purgationis genus eſſe, & quidem maximum quo animæ aëre purgentur, notavit Servius, ad 2. Georg. v. 389. & 6. Aneid. v. 740. quomodo autem oſcillatio in ſacris Baccho facta ſit, docet Virgilius, 2. Georg.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi,
Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Theſeidæ poſuere; atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaltere per utres.

Nec non Auſonii, Troja gens miſſa, coloni
Verſibus incomtis ludunt, riſuque ſoluto:
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis,
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Habemus hic ſacrificium in honorem Bacchi: habemus & ludos ſacrificio junctos. In ſacrificio, Baccho caper immolatur, quæ ei victima peculiaris: Nam cum Numinibus cæteris, ut ait Servius, varie pro qualitate regionum ſacrificetur, ut Veneri Paphiæ tantum de thure; Genitrici vero, id eſt, Romanæ, etiam de victimis: Libero ubique caper immolatur. Obſervandum tamen, Ægyptios, feſto Dorpiorum, Baccho ſuem immolaſſe. Herodot. Euterp. τῷ δὲ Διονύσῳ τῆς ὁρτῆς τῇ Δορπίῃ χοῖρον πρὸ τῶν θυρέων σφάξας ἕκαστος, διδοῖ ἀποφέρεσθαι τὸν χοῖρον τῷ ἀποδομένῳ τῶν συβωτέων. id eſt, *Dionyſo, die ſolennitatis Dorpiæ, ſuem ante fores ſinguli jugulantes reddunt ſubulco illi, qui attulerat ipſam ſuem.* Cauſa hujus infortunii capro fuit, quod venenato ſuo morſu vitibus noceat. Ovid. 1. Faſt.

Rode, caper, vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.

Quos verſus ex Græci Poetæ Eueni diſticho factos eſſe obſervat Politianus, miſc. cap. 26. quod tale eſt:

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὁμῶς ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσον ἐπισπεῖσαι σοι, τράγε, θυομένῳ.

Cujus pulcherrima eſt παρῳδία apud Suetonium in Domitiano, qui, ut edicti de excidendis vineis gratiam faceret, non alia magis re compulſus creditur, quam quod libelli ſparſi cum his verſibus erant:

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὁμῶς ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ.

Quod enim vitis capro, hoc parodia Cæſari minitabatur: *vel ſi me ad radicem comederis, tantum tamen vini producam, quantum Cæſari immolando poſſit infundi.*

Capri mactati exta verubus colurnis torrebant. ut deinde ait Virgilius:

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

ut &

ut & caper poſt mortem pœnas daret, & corylus quæ vitibus quoque nocet, unde idem:

Neve inter vites corylum ſere ——

In ipſo ſacrificio carmina canebantur, liba offerebantur. Virg. ibid.

Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem.
Carminibus patriis, lanceſque & liba feremus.

Liba, quia Bacchus mellis repertor. Ovid. 3. Faſt.

Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem,
Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

Horat. lib. 2. od. 19.

Fas pervicaces eſt mihi Thyadas
Vinique fontem, lactis & uberes
Cantare rivos; atque truncis
Lapſa cavis iterare mella.

Apud Athenienſes ſacrificio additus fuit Ἀσκωλιασμὸς, ſaltationis ludicræ genus, ipſo præſertim Aſcoliorum feſto, quod parvorum Bacchi myſteriorum pars fuiſſe videtur. Utres (ἀσκοὺς) unctos inflatoſque humi ponebant, ut in eos uno tantum pede inſilientes facilius prolapſi riſum circumſtantibus moverent. quod hic ait Poeta:

inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Sic de miſeri capri pelle ludebatur. Saltandi peritior præmium accipiebat vinum. Zezes comm. in Heſiod. Ἐγένετο δὲ τὰ ἀσκώλια οὕτως· Ἀσκοὺς πεφυσημένους, καὶ πνεύματος πεπληρωμένους τιθέντες κατὰ γῆς, ἐν τῷ ποδὶ ἐφαλλόμενοι, ἄνωθεν τούτων ἐφέροντο, καὶ πολλάκις κατολισθαίνοντες εἰς γῆν ἔπιπτον, τοῦτο δὲ ἐποίουν τιμῶντες τὸν Διόνυσον, ὁ γὰρ ἀσκὸς δέρμα ἐστὶ τράγου. ὁ δὲ τράγος τοὺς θαλλοὺς τῆς ἀμπέλου τρώγων, λυμαίνεται ταύτην. *Fiebant autem hoc pacto Aſcolia. Utres inflatos ventoque plenos humi deponentes, altero pede inſiliebant, atque ſuper iis ferebantur: tum ſæpius labantes, in terram decidebant: faciebant autem id in honorem Dionyſi, quoniam uter pellis eſt hirci, qui pampinos vitium comedens, illis obeſt plurimum.* Eoſdem ritus deſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes in Plutum, pag. 52. Similis videtur ille Romanorum ludus, de quo Varro lib. 1. de vit. Pop. Rom. citante Nonio

Marcello, lib. 1. cap. 1. §. 76. *Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibi cernuabant, A quo ille verſus eſt in carmine: Sibi paſtores ludos faciunt, cernui conſualia.* Vel: *Ibi Paſtores ludos faciunt coriis cernualia*, ut Scaliger ad Feſtum corrigit.

Caprum ſeptentrionales populi multis poſt ſeculis ſuperſtitionibus ſuis diabolicis adhibuerunt, ut Georgius Sabinus elegia ad P. Bembum et Joh Meletius epiſtola ad Georg. Sabinum teſtantur, *vid. Boxhorn. hiſt. univerſ. pag.* 497. 498.

Ineptiſſimum hoc ſacrum a gentilibus mutuati ſunt Chriſtiani quidam hæretici, qui ab eo curſu ἀσκοδρομῖται dicti ſunt, vel, ut Philaſtrius ſcribit, ἀσκοδρογῖται. In Galatia hi fuerunt, utrem inflatum contegentes, bacchantes circuibant, non capientes illud Chriſti, *Matth.* 9. 17. quaſi ſcilicet ipſi eſſent euangelici utres novi, bono vino repleti. *Auguſt. de hæreſ. cap.* 62. Sunt tamen, monente Gyraldo, *de hiſtor. Poët. dialogo* 4. qui hos ludos non ab utribus, id eſt, ἀσκοῖς, ſed a *ſcolo*, quod impedimentum itineris eſſe traditur, denominatos eſſe affirmant, vel a *ſcolio* carmine: de quo vide Stuckii antiquitates conviviales, *lib.* 3. *cap.* 20.

Romani in hoc Bacchi ſacro incomta carmina, hoc eſt, antiqua lingua Romana compoſita, adeoque tunc ridicula canebant, faciem larvis obtegebant ne agnoſcerentur qui hæc ludicra exercebant, ut & a mimis in theatro factitatum ad excitandum riſum, quando

——— redit, ad pulpita notum
Exodium, cum perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.

Accedebant tandem *Oſcilla*, quæ ex arbore ſuſpendebantur. De „ vocis ἐτύμῳ hæc habet Salmaſius, *de Tertull. de pallio. pag.* 130. „ Oſcillum, libratio, αἰώρα. Significat etiam perſonam & lar„ vam. Cum ςομάτιον, aut προσωπεῖον, ſignificat, diminutivum „ eſt ab os. Sic enim Os oſculum, oſcillum: ut vas, vaſculum „ & vaſcillum. unde oſcillorum, ludricum, quod ςομάτιον Græ„ ci dicunt, apud Auſonium: & ςομάτιον eburneum apud Enno„ dium. At cum αἰώραν & librationem deſignat, aliam habet o„ riginem. Κῖνος Græce eſt κίνησις. ut δῖνος, ἡ δίνησις, & μῖμος,

„ ἡ

„ ἡ μίμησις. Latini, ut Mimum ex Græco τ̃ μίμησιν dixere. Gloſ-
„ ſæ: Cinus, τὸ νεῦμα. Iſidoro Cini ſunt indecentes oris tortio-
„ nes motitationes, a voce cinus ὑποκοριστικῶς cillus, ut vinum
„ villum: arvina arvilla: fritinus fritillus, &c. a cillus autem
„ verbum cilleo antiquum, pro moveo vel inclino. Inde furcil-
„ las veteres Grammatici dictas interpretantur, quod his fru-
„ menta cilleantur, id eſt, moveantur. Inde compoſitum ver-
„ bum obſcilleo, quod oſcilleo poſtea dixere: ut oſtendo, pro
„ obſtendo, oſtentum pro obſtentum, & oſtentare pro obſten-
„ tare. A verbo oſcillo vel oſcilleo nomen oſcillum: ut guber-
„ num a guberno, monſtrum a monſtro, pandum τὸ πλάτυσμα
„ a pando, quod poſtea dictum eſt bandum. Oſcilla apud Virgi-
lium ſunt αἰῶραι, κινήσεις. Hæc ex Salmaſio. Alii componunt ex
os & verbo *celo* quod os celare perſonis ſint ſoliti, qui hoc gene-
re luſus utebantur. Alii, quod ora hoſtiarum in ſummis perticis
figerentur. Alii tandem ab Oſcis arceſſunt, qui hos ludos exer-
cuiſſe, & per Italiam ſparſiſſe dicuntur. confer Voſſii Etymol:
in *Oſcillum*.

Oſcillatio vero luſus erat, quo impoſiti tranſverſo tigno de ar-
bore ſuſpenſo, alternis ſe mutuo extollebant & ſubmittebant.
Unde ducta metaphora; Tertullianus, de pallio: *Arietem, oſ-
cillum penduli impetus* vocat. Item mundum ex axe pendentem,
oſcillum univerſitatis. cap. 12. de anima. quomodo de terra
Ovid. 6. Faſt.

Terra pilæ ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aere ſublimi tam grave pendet onus.

Quod in libro Jobi, cap. 26. 7. dicitur: *Suſpendit terram ſuper
nihilum*. Oſcilla alii dixerunt eſſe membra virilia, de floribus fa-
cta, quæ ſuſpendebantur per intercolumina, ita ut in ea homines,
acceptis clauſis perſonis impingerent, & ea ore cillerent, id eſt
moverent, ad riſum populo commovendum. Hoc in Orpheo le-
ctum eſſe ait Servius. Hujus luſus cauſam alii ex Latio, alii
ex Græcia arceſſiverunt. Ex Latio quidem, quia, juxta Feſtum
Latinus Rex, prælio, quod ei fuit adverſus Mezentium, Cæri-
tum Regem, nuſquam apparuerit, judicatuſque ſit Jupiter factus
Latiaris. Itaque per ſex eos dies feriatos, liberos ſervoſque requi-
rere

Digitized by Google

Marcello, lib. 1. cap. 1. §. 76. *Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibi cernuabant, A quo ille verſus eſt in carmine: Sibi paſtores ludos faciunt, cernui conſualia.* Vel: *Ibi Paſtores ludos faciunt coriis cernualia*, ut Scaliger ad Feſtum corrigit.

Caprum ſeptentrionales populi multis poſt ſeculis ſuperſtitionibus ſuis diabolicis adhibuerunt, ut Georgius Sabinus elegia ad P. Bembum et Joh Meletius epiſtola ad Georg. Sabinum teſtantur, *vid. Boxhorn. hiſt. univerſ. pag.* 497. 498.

Ineptiſſimum hoc ſacrum a gentilibus mutuati ſunt Chriſtiani quidam hæretici, qui ab eo curſu ἀσκοδρομῖται dicti ſunt, vel, ut Philaſtrius ſcribit, ἀσκοδρογῖται. In Galatia hi fuerunt, utrem inflatum contegentes, bacchantes circuibant, non capientes illud Chriſti, *Matth.* 9. 17 quaſi ſcilicet ipſi eſſent euangelici utres novi, bono vino repleti. *Auguſt. de hæreſ. cap.* 62. Sunt tamen, monente Gyraldo, *de hiſtor. Poët. dialogo* 4. qui hos ludos non ab utribus, id eſt, ἀσκοῖς, ſed a *ſcolo*, quod impedimentum itineris eſſe traditur, denominatos eſſe affirmant, vel a *ſcolio* carmine: de quo vide Stuckii antiquitates conviviales, *lib.* 3. *cap.* 20.

Romani in hoc Bacchi ſacro incomta carmina, hoc eſt, antiqua lingua Romana compoſita, adeoque tunc ridicula canebant, faciem larvis obtegebant ne agnoſcerentur qui hæc ludicra exercebant, ut & a mimis in theatro factitatum ad excitandum riſum, quando

——— redit, ad pulpita notum
Exodium, cum perſonæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat ruſticus infans.

Accedebant tandem *Oſcilla*, quæ ex arbore ſuſpendebantur. De „ vocis ἐτύμῳ hæc habet Salmaſius, *de Tertull. de pallio. pag.* 130. „ Oſcillum, libratio, αἰώρα. Significat etiam perſonam & lar- „ vam. Cum σχημάτιον, aut προσωπεῖον, ſignificat, diminutivum „ eſt ab os. Sic enim Os oſculum, oſcillum: ut vas, vaſculum „ & vaſcillum. unde oſcillorum, ludricum, quod σχηματίων Græ- „ ci dicunt, apud Auſonium: & σχημάτιον eburneum apud Enno- „ dium. At cum αἰώραν & librationem deſignat, aliam habet o- „ riginem. Κῖνος Græce eſt κίνησις. ut δῖνος, ἡ δίνησις, & ῥῖμος, „ ἡ

„ ἡ μίμησις. Latini, ut Mimum ex Græco τοῦ μίμησιν dixere. Gloſ-
„ ſæ: Cinus, τὸ νεῦμα. Iſidoro Cini ſunt indecentes oris tortio-
„ nes motitationes; a voce cinus ὑποκοριστικῶς cillus, ut vinum
„ villum: arvina arvilla: fritinus fritillus, &c. a cillus autem
„ verbum cilleo antiquum, pro moveo vel inclino. Inde furcil-
„ las veteres Grammatici dictas interpretantur. quod his fru-
„ menta cilleantur, id eſt, moveantur. Inde compoſitum ver-
„ bum obſcilleo, quod oſcilleo poſtea dixere: ut oſtendo, pro
„ obſtendo, oſtentum pro obſtentum, & oſtentare pro obſten-
„ tare. A verbo oſcillo vel oſcilleo nomen oſcillum: ut guber-
„ num a guberno, monſtrum a monſtro, pandum τὸ πεπέτασμα
„ a pando, quod poſtea dictum eſt bandum. Oſcilla apud Virgi-
lium ſunt αἰῶραι, κινήσεις. Hæc ex Salmaſio. Alii componunt ex
os & verbo *celo* quod os celare perſonis ſint ſoliti, qui hoc gene-
re luſus utebantur. Alii, quod ora hoſtiarum in ſummis perticis
figerentur. Alii tandem ab Oſcis arceſſunt, qui hos ludos exer-
cuiſſe, & per Italiam ſparſiſſe dicuntur. confer Voſſii Etymol:
in *Oſcillum*.

Oſcillatio vero luſus erat, quo impoſiti tranſverſo tigno de ar-
bore ſuſpenſo, alternis ſe mutuo extollebant & ſubmittebant.
Inde ducta metaphora; Tertullianus, de pallio: *Arietem, oſ-
cillum penduli impetus* vocat. Item mundum ex axe pendentem,
oſcillum univerſitatis. cap. 12. de anima. quomodo de terra
Ovid. 6. Faſt.

Terra pilæ ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aere ſublimi tam grave pendet onus.

Quod in libro Jobi, cap. 26. 7. dicitur: *Suſpendit terram ſuper
nihilum*. Oſcilla alii dixerunt eſſe membra virilia, de floribus fa-
cta, quæ ſuſpendebantur per intercolumina, ita ut in ea homines,
acceptis clauſis perſonis impingerent, & ea ore cillerent, id eſt
moverent, ad riſum populo commovendum. Hoc in Orpheo le-
ctum eſſe ait Servius. Hujus luſus cauſam alii ex Latio, alii
ex Græcia arceſſiverunt. Ex Latio quidem, quia, juxta Feſtum
Latinus Rex, prælio, quod ei fuit adverſus Mezentium, Cæri-
tum Regem, nuſquam apparuerit, judicatuſque ſit Jupiter factus
Latiaris. Itaque per ſex eos dies feriatos, liberos ſervoſque requi-
rere

rere eum, non ſolum in terris, ſed etiam qua videretur cœlum poſſe adiri per oſcillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum, interdum infima ad ſummum feruntur. atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactiſque alimentum, quia per eos dies feriarum, & Oſcillis moveantur, & lactata potione utantur. Eobanus Heſſus a Virgilio hic tangi judicat morem ſacrificandi antiquiſſimum, quo Diti & Saturno olim in Italia fiebat, de quo Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 7. Cum enim Saturno humanis prius hoſtiis litaſſent, & Diti humana capita obtuliſſent juxta oraculum:

Καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Hercules alium & fauſtiorem ſacrificandi ritum indicavit, nempe ut non capitibus humanis, ſed oſcillis ad ſimilitudinem humanorum capitum factis, Ditem placarent, & Saturno non viros, ſed accenſa lumina, utraque enim φῶτα vocant Græci, offerrent. Plut. quæſt. Rom. 30. Dionyſ. Halicarn. lib. 1. cap. 4. Ovid. Faſt. 5.

Fama vetus, tunc, cum Saturnia terra vocata eſt,
Talia fatidici dicta fuere ſenis:
Falcifero libata Seni duo corpora gentes
Mittite, quæ Tuſcis excipiantur aquis.
Donec in hæc venis Tirynthius arva, quotannis
Triſtia Leucadio ſacra peracta Deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe Quirites,
Herculis exemplo corpora falſa jaci.

Verum Oſcillatio non in Saturni aut Ditis, ſed in Bacchi ſacris uſitata fuit: ideoque hæc Herculis ſacrificandi ratio huc nihil facit.

Qui vero ex Græcia hujus luſus originem derivant, fabulam, quam enarrat Servius, aſſerunt: „ Icarius Athenienſis Pater E-
„ rigones, quum acceptum a Libero Patre vinum mortalibus
„ indicaret, occiſus eſt a ruſticis, qui cum plus æquo potaſſent,
„ inebriati venenum ſe accepiſſe crediderant. Hujus canis re-
„ verſus eſt ad Erigonem filiam, quæ cum ejus comitata veſti-
„ gia, perveniſſet ad Patris cadaver, laqueo vitam finivit. Hæc,
Deo-

Digitized by Google

„ Deorum voluntate, inter aſtra relata eſt, quam vocant Virgi-
„ nem. Canis quoque ille eſt inter ſidera collocatus. Sed poſt a-
„ liquantum tempus, Athenienſibus morbus immiſſus eſt talis:
„ ut eorum virgines, furore quodam, compellerentur ad laque-
„ um; reſponditque oraculum: ſedari poſſe peſtilentiam illam,
„ ſi Erigones & Icari cadavera requirerentur: quæ cum diu
„ quæſita nuſquàm invenirentur, ad oſtendendam ſuam devoti-
„ onem Athenienſes, ut etiam ea in alieno quærere viderentur
„ elemento, ſuſpenderunt de arboribus funem: ad quem ſe te-
„ nentes homines, hac atque illac agitabantur, ut quaſi etiam
„ per aerem illorum cadavera quærere viderentur. Sed cum in-
„ de plerique caderent, inventum eſt, ut formas ad oris ſui ſi-
„ militudinem facerent, & eas pro ſe ſuſpenſas moverent. Atque huc facit feſtum illud Athenienſium Ἀιώρα dictum, quod inſtitutum fuit vel in honorem Erigones Icari filiæ: vel alterius Erigonæ, Ægiſthi & Clytemneſtræ filiæ. *Meurſ. Græc. fer. Ouzeel. ad Min. Fel. pag.* 125. Concludit tamen Servius: Prudentiores dicere, ſacra Liberi Patris ad purgationem animæ pertinere; Per oſcilla autem maximum purgationis genus, videlicet aeris, intelligendum eſſe. Scripſit etiam Varro, citante Servio, ſuſpendioſis, quibus juſta fieri jus non ſit, ſuſpenſis oſcillis, veluti per imitationem mortis, parentandum eſſe. ad 12. Æn v. 603.

CAPUT. XIX.

Veſta terram & ignem veteribus notavit. Luſtrationes per terram ab igne denominantur. Mundi purgatio per ignem, Purgatio animæ per ignem Spiritus Sancti. Ejus ſymbolum ignis θεοπετής. *Sacra Molochi. Hirpini per ignem ambulantes. Galli, & incolæ inſulæ Carolinæ vivos homines comburebant. Probatio per ignem apud Chriſtianos. Luſtrationes per fumum ſulphuris, tædarum, verbenarum, roris marini,* Sabinæ, *præſertim lauri, Kyphi, thuris, fœni, ſtipularum, & ſtrobi.*

ANtiquiſſima antiquorum Romanorum Dea Veſta Terram ſimul & ignem ſignificabat. Numa Pompilius, teſte Plutarcho, Veſtæ ædem fecit orbicularem, in cujus medio ignis eſſet æternus. Ovid 6. Faſt.

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam,

Sed & deinde: *Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.*

Terræ autem ignem ſubeſſe indicatur eodem libro:

Veſta eadem eſt & terra: ſubeſt vigil ignis utrique,
Significant ſedem terra focuſque ſuam.

Hujus rei tres ex antiquis rationes producit Voſſius, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 65. quarum prima; quod ignes coeleſtes, quos ſidera dicimus, vaporibus alantur, quos terra emittit. Secunda: quia terra ignes continet ſubterraneos, quos aperte arguunt Ætna, Veſuvius, Hecla, aliique montes etiam in America reperti. Tertia; quod ignis elementum ſit permixtum aquis, aeri, & inprimis terræ. Nec enim terra tantum profert uſtilia, ut ligna, car-

bones

Digitized by Google

bones foſſiles, inprimis teſſellas illas uſtiles apud Batavos, de quibus elegans eſt Caſparis Barlæi ænigma:

Dic, ubi terrarum pereant ſua rura colonis,
Ipſaque concepto fomite flagret humus:
Et mox effoſſi vectentur navibus agri,
Naiadeſque natent hic ubi Veſta ſtetit?

Verum etiam ignis per totam terram ſe diffundit; argumento vel hoc ſit, quod terra ſi eam hyberno tempore effodias fumare ſoleat; quodque nix, quæ in agro recens inarato ceciderit, cito liquefiat. Non mirum ergo ſi luſtrationes terreæ comprehendantur ſub illis luſtrationibus quæ per ignem fiebant. Serv. ad 6. Æneid. v. 742. *Animæ terra purgantur, quæ nimis oppreſſæ ſordibus fuerint, deditæ ſcilicet corporalibus blandimentis, id eſt, tranſeunt in corpora terrena: & hæc igni dicuntur purgari. Ignis enim ex terra eſt, quo exuruntur omnia, nam coeleſtis nihil perurit.* Ab igne autem hæ luſtrationes denominabantur, quia hoc in eis elementum prædominatur maxime. Ex aqua & igni omnia naſci, cap. 17. dixi; unde alterum foemininum vocatur a Lactantio, *lib.* 2. *cap.* 10. Heraclitus, Parmenides, & omnis Stoa hoc rerum omnium principium ſtatuebant: non ſine cauſa ergo mundi noviſſimam purgationem Igne peragendam eſſe crediderunt. Hoc enim non ex ſacris tantum literis manifeſtum eſt, ſiquidem, Petro, 2. ep. 3. 7. *qui nunc ſunt coeli & terra aſſervantur igni in diem damnationis.* Sicut enim aqua diluvii foedum libidinis ardorem extinxit: Sic ignis ultimæ conflagrationis mundi charitatis teporem ulciſcetur. Verum nec gentiles penitus ignorarunt. Jupiter, apud Ovid. 1. metam.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Panætius, ut ait Cicero, 2. *de nat. Deor.* eventurum addubitabat, ut ad extremum omnis mundus igneſceret, cum humore conſumto, neque terra ali poſſet, neque remearet aer, cujus ortus aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet, ita relinqui nihil præter ignem, a quo rurſus animante ac Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. Cæſi in acie Pharſalica,

Digitized by Google

CAPUT. XIX.

Veſta terram & ignem veteribus notavit. Luſtrationes per terram ab igne denominantur. Mundi purgatio per ignem, Purgatio animæ per ignem Spiritus Sancti. Ejus ſymbolum ignis θεοπετής. Sacra Molochi. Hirpini per ignem ambulantes. Galli, & incolæ inſulæ Carolinæ vivos homines comburebant. Probatio per ignem apud Chriſtianos. Luſtrationes per fumum ſulphuris, tædarum, verbenarum, roris marini, Sabinæ, præſertim lauri, Kyphi, thuris, fœni, ſtipularum, & ſtrobi.

ANtiquiſſima antiquorum Romanorum Dea Veſta Terram ſimul & ignem ſignificabat. Numa Pompilius, teſte Plutarcho, Veſtæ ædem fecit orbicularem, in cujus medio ignis eſſet æternus. Ovid 6. Faſt.

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam,

Sed & deinde: *Stat vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.*
Terræ autem ignem ſubeſſe indicatur eodem libro:

Veſta eadem eſt & terra: ſubeſt vigil ignis utrique,
Significant ſedem terra focuſque ſuam.

Hujus rei tres ex antiquis rationes producit Voſſius, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 65. quarum prima; quod ignes coeleſtes, quos ſidera dicimus, vaporibus alantur, quos terra emittit. Secunda: quia terra ignes continet ſubterraneos, quos aperte arguunt Ætna, Veſuvius, Hecla, aliique montes etiam in America reperti. Tertia; quod ignis elementum ſit permixtum aquis, aeri, & inprimis terræ. Nec enim terra tantum profert uſtilia, ut ligna, carbones

bones foſſiles, inprimis teſſellas illas uſtiles apud Batavos, de quibus elegans eſt Caſparis Barlæi ænigma:

Dic, ubi terrarum pereant ſua rura colonis,
Ipſaque concepto fomite flagret humus:
Et mox effoſſi vectentur navibus agri,
Naiadeſque natent hic ubi Veſta ſtetit?

Verum etiam ignis per totam terram ſe diffundit; argumento vel hoc ſit, quod terra ſi eam hyberno tempore effodias fumare ſoleat; quodque nix, quæ in agro recens inarato ceciderit, cito liquefiat. Non mirum ergo ſi luſtrationes terreæ comprehendantur ſub illis luſtrationibus quæ per ignem fiebant. Serv. ad 6. Æneid. v. 742. *Animæ terra purgantur, quæ nimis oppreſſæ ſordibus fuerint, dedita ſcilicet corporalibus blandimentis, id eſt, tranſeunt in corpora terrena: & hæc igni dicuntur purgari. Ignis enim ex terra eſt, quo exuruntur omnia, nam coeleſtis nihil perurit.* Ab igne autem hæ luſtrationes denominabantur, quia hoc in eis elementum prædominatur maxime. Ex aqua & igni omnia naſci, cap. 17. dixi; unde alterum foemininum vocatur a Lactantio, *lib.* 2. *cap.* 10. Heraclitus, Parmenides, & omnis Stoa hoc rerum omnium principium ſtatuebant: non ſine cauſa ergo mundi noviſſimam purgationem Igne peragendam eſſe crediderunt. Hoc enim non ex ſacris tantum literis manifeſtum eſt, ſiquidem, Petro, 2. ep. 3. 7. *qui nunc ſunt coeli & terra aſſervantur igni in diem damnationis.* Sicut enim aqua diluvii foedum libidinis ardorem extinxit: Sic ignis ultimæ conflagrationis mundi charitatis teporem ulciſcetur. Verum nec gentiles penitus ignorarunt. Jupiter, apud Ovid. 1. metam.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Panætius, ut ait Cicero, 2. *de nat. Deor.* eventurum addubitabat, ut ad extremum omnis mundus igneſceret, cum humore conſumto, neque terra ali poſſet, neque remearet aer, cujus ortus aqua omni exhauſta, eſſe non poſſet, ita relinqui nihil præter ignem, a quo rurſus animante ac Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. Cæſi in acie Pharſalica,

Digitized by Google

apud Lucan. lib. 7.

Hos, Cæſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti:
Communis mundo ſupereſt rogus, oſſibus aſtra Miſturus. —

Sophocles, in excerptis Grotii. pag. 145.

Ἔσται γὰρ ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
Ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν χάσῃ
χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
Ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια
Φλέξει μανεῖσ'· ἐπὰν δ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
Φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθός,
Γῆ δενδρέων ἔρημος· οὐδ' ἀὴρ ἔτι
πτερωτὰ φῦλα βλαστάνει πυρούμενος.
Κἄπειτα σώσει πάνθ' ἃ πρόσθ' ἀπώλεσε.

Nam veniet ille, veniet haud dubie dies
Laxabit ignis cum redundantes opes
Auratus æther: lege tum ſpreta furens
Terras & illis quicquid eſt ſublimius
Depaſcet ardor: inde cum defecerit
Hoc omne, nulla jam ferent undas vada,
Neque ulla ramos eriget tellus, neque
Exuſtus aër paſcet aligerum genus:
Mox reddet idem cuncta qui exitio dedit.

Certa autem temporum revolutione, & magni anni Platonici periodo, ex contrariorum incremento diluvia & incendia fieri putabant, quod docet Cicero in ſomnio Scipionis, &, qui illud explicavit, Macrobius, *lib.* 2. *cap.* 10. Sed legatur Lipſius, *phyſiol: Stoic. lib.* 2. *diſſert.* 22. An autem ignis ille ex ſeptentrionalibus locis ſit exarſurus, ubi terræ globus magis prominet, atque ubi cometarum ignes multo facilius oriuntur, ut docent Phyſici; Item an hunc ignem ultimæ mundi conflagrationis, quadragrinta annorum ſiccitas ſit præceſſura, quo temporis tractu Iris in coelo non ſit videnda? inter curioſas otioſorum quæſtiones referimus. Non enim erit ignis ille qualem nos, ſed qualem Deus novit.

Non minorem ergo Ignis quam aqua purgandi vim habet. Au-

rum,

rum, aliaque metalla per eum ſane purgantur. Spiritus Sanctus cujus divino afflatu a peccatis purgamur indies, igni ſe aſſimilat. quare Johannes Bapt. non minus igne quam aqua nos baptizandos eſſe clamat. *Matt.* 3. non ſenſu quorundam hæreticorum qui baptizandis quoque ſtigma inurebant: Sed igne coelesti, Spiritu S. qui eſt Spiritus judicii, Spiritus incendii, atque exuſtionis, *Jeſ.* 4. qui veteres peccati reliquias in anima noſtra hærentes exurit, atque expellit: non ſecus ac agris

—— *Omne per ignem*

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Ideoque per viſibile Ignis ſymbolum ſæpiuſcule ſe manifeſtavit Eccleſiæ. Deſignatus enim eſt per Ignem θεόπεμπτον, in ſumni Sacerdotis Aharonis inauguratione victimas comburentem. *Lev.* 9. Deſignatus eſt per ignem eodem modo coelitus delapſum, cum Salomo templum a ſe extructum dedicaret. 2. *Chron.* 7. Deſignatus denique eſt per continuum ſacrificiorum ἐμπυρισμὸν ſuper altare. Qui enim altare victimam ſanctificare poſſet, niſi aliquid ſit ἐπάνω αὐτῆ, quod & ipſum altare & victimam ſanctificet? ut Chriſtus innuit, *Matt.* 23. 19, 20. Deus enim totam Veteris Teſtamenti παιδαγωγίαν noluit eſſe θρησκείαν σαρκικὴν, ſed ſpiritualem λογικὴν pro modulo ætatis, & oeconomia ſub Vet. Teſtamento. Ignis quoque ſymbolum erat externum, quo ſe initio Novi Teſtamenti, in Pentecoſtes celebritate exhibere voluit. *Act.* 2. Hæc & ſimilia æmulatus Dæmon, ſuos quoque cultores in divinationibus, in ſacrificiis, maxime autem in luſtrationibus igne uti voluit.

Luſtrationes per ignem vel flamma peragebantur, vel fumo.

Ad primum genus pertinent nefanda Molochi ſacra, in Palæſtina & circum jacentibus regionibus, etiam a Judæis celebrata, qui in valle filii Hinnomi; quam a tympanorum ſono, ne puerorum morientium ejulatus exaudirentur, excitato, *Tophet* denominarunt. De his ſacris Judæorum Magiſtri diſſentiunt, utrum februati tantum fuerint pueri, an vero præterea cremati? Ex multis ſcripturæ locis videre eſt, liberos a parentibus per ignem eſſe traductos. Lev. 18. 21. *De ſemine tuo ne des ad tranſducendum Molocho.* Deut. 18. 10. *Ne reperiatur inter vos, qui filium*

um aut filiam per ignem traducat. quod inter peccata Regis Menaſſæ numeratur. 2. *Reg.* 21. 5. Joſias autem hunc Molocho exhibendum honorem impedivit 2. *Reg.* 23 10. hæc traductio non erat crematio liberorum; ſed ſebruatio, hoc eſt, purgatio ſive expiatio quædam, qua per ſpatium inter duos ingentes ignes intermedium, vel a Camaris ſive Sacerdotibus, vel ad eorum præſcriptum a parentibus ipſis, aut ducebantur aut geſtabantur infantes. Ritus illius traductionis deſcribuntur a Maimonide, de idolol. cap. 6. §. 5. כיצד היו עושין מדליק אש גדולה ולוקח מקצת זרעו ומוסרו לכומרים עובדי האש ואותן הכומרים נותנין הבן לאביו אחר שנמסר כדין להעבירו באש ברשותו ואבי הבן הוא שמעביר בנו על האש ברשות הכומרים ומעבירו ברגליו מצד זה לצד אחר בתוך השלהבת לא שהיה שורפו למולך כדרך ששורפין בניהם ובנותיהם לעכ״ם אחרת אלא בהעברה בלבד היתה עבודה זו ששמו מולך *Quomodo (id fiebat?) Accenſo igne magno, partem ſui accipiebant ſeminis, quam dein Sacerdotibus igni ſervientibus tradebant. At Sacerdotes ubi filium accepiſſent, eum patri reſtituebant, quo ipſe ex ſententia ſua eum per ignem traduceret Igitur pater filium, permiſſu ſacerdotum per ignem agebat. Pedibus autem jubebat tranſire, donec, flamma quicquid erat, emenſus foret. Non enim Molocho eum comburebant, quomodo liberos ſuos aliis exurebant Diis: ſed cultus ille Molochi tantum in tranſitu conſiſtebat.*

Aliis autem Scripturæ locis docemur, hanc ſuperſtitionem in ſola ſebruatione non ſtetiſſe, ſed vivicomburium fuiſſe. Pſ. 106. 37. *Immolaverunt* (ויזבחו) *filios ſuos & filias ſuas dæmoniis.* Idem. 2. Reg. 17. 31. *Illi qui erant de Sepharvaim, comburebant filios igni, Adramelech, & Anamelech, Diis Sepharvaim.* Quæ numina ad Molochum facile reducuntur. Nempe ut *Adramelech* magnificum ac fortem Molochum ſive Regem: At *Anamelech* reſponſum ſive oraculum Molochi ſignet. Quæ diſcrepantia facile tolletur, ſi quis diſcedat in ſententiam Joh. Gerh. Voſſii, qui exiſtimat, ubi traductionis ſolius meminit ſcriptura, ſignari non cremationem, ſed tantummodo deductionem duos inter ignes. Fatetur tamen, præter hanc ſebruationem, quæ in familiis omnibus, rebus etiam proſpere fluentibus, obtineret, fuiſſe etiam vivicomburium cariſſimorum pignorum, & quidem ex flore populi; quo in magnis calamitatibus placari Deum poſſe arbitrabantur.

Voſſ.

Voſſ. de idolol. lib. 2. cap. 5. Sched. de Diis Germ. ſyngr. 2. cap. 33.

Hujus cultus non unam imaginem, ait Coccejus, *ad Sanhedr. pag.* 63. nobis Rabbini ex archivo traditionum, aut conjecturarum ſuarum depromſerunt: דרך העברה היכי דמי אמר אביי שרגא דלבני במיצעי נורא מהאי גיסא ונורא מהאי גיסא רבא אמר כמשוורתא בפוריא: id eſt: *per modum traductionis. Cujuſmodi illa eſt? Ait Rabbi Abbai, Ordo laterum in medio erat. Ignis hinc inde ardebat: Rabba ait: ut qui ſaltant in feſto ſortium.* Ne ambulet ſed ſaliat, quemadmodum pueri in feſto ſortium ſolent, trans ſoveam in igne ſubter accenſo, ſaltare.

Imago Molochi, pro numero Planetarum, ſeptem habebat conclavia: quorum in primum offerebant ſimilam, in alterum turturem, in tertium ovem, in quartum arietem, in quintum vitulum, in ſextum bovem, in ſeptimum filium. Poſtremum hoc proprie Solis erat, ut Numinis excellentiſſimi, & reliquorum moderatoris. unde & honos redibat ad Solem, in quocunque conclavi offerretur: ſed proprius ille honos cum homo immolaretur. Summo enim Deo ſumma convenit victima. An autem Saturnus aut Venus per Molochum intelligendi, vide diſputantem Voſſium, loco citato. Item Seldenum de Diis Syris: & Interpretes veteres ac recentiores in locum Act. 7. 43. ac Saubertum, *de ſacrif. cap.* 21. Lenſd. *Philoſ. mixt. diſſert.* 42. Imprimis Spencerum, *de legg. Hebr. ritual. lib.* 2. *cap* 10.

Hæc ſuperſtitio ad alias quoque gentes tranſiit. Plin. lib. 7. cap. 2. *Haud procul urbe Roma, in Faliſcorum agro, ſunt paucæ familiæ, quæ Hirpiæ vocantur, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur, & ob id perpetuo Senatus-conſulto, militiæ, omniumque aliorum munerum vacationem habent.* Apud Virgilium. 11. Æn. Aruns precatur:

Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia pruna.

Sil. Italicus, lib. 5. Flaminius Cos. Æquanum Soracte ſatum noſcens,

Digitized by Google

noſcens,

—— Patrio cui ritus in arvo,
Dum piger arcitenens accenſis gaudet acervis;
Exta ter innocuos late portare per ignes,

Sic alloquitur:

Sic in Apollinea, ſemper veſtigia pruna
Inviolata teras, victorque vaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolemnia Phœbo.

Quod autem a Virgilio pietate facere freti dicuntur, ad illud Servius ex Varrone notavit: Hirpinos per ignem ambulaturos medicamento quodam plantas ungere. vide & Strabonem, *lib. 5.*

Apud alias gentes ſacra etiam & ſimulachra fuerunt Molochi ſacris ſimillima. De Gallis, Cæſar, *lib. 6. de bell. Gall.* refert, eos habere ſimulachra immani magnituidne, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complere ſoliti fuerint, quibus ſuccenſis circumventi flamma homines exanimentur. Ab Hiſpanis orbem luſtrantibus reperta eſt inſula, quam a Carolo Carolinam dixerunt, in qua frequentes viderunt ſtatuas Deorum cereas, quibus illi infantes & puerulos, quos immolare ſtatuebant, incluſos, igne admoto, crudelitate nefaria necarunt. Hæc narrat Stuckius, *de ſacrif. gentil. fol.* 42. hunc falli putat Hornius, *Orig. Americ. pag.* 125. 126. Eandem tamen hiſtoriam habet Vives *ad Auguſtin. de Civ. Dei. lib. 7. cap.* 19. &. Hoſpinianus *de Orig. monach. fol.* 167.

Ex gentiliſmo hoc catoëthes ad Chriſtianiſmum quoque dimanavit. Patres Concilii Conſtantinopolitani ſexti, in Trullo habiti, can. 65. quem allegat Dion. Voſſius, in locum Maimonidis paulo ante recitatum, ſic loquuntur: τὰς ἐν ταῖς νεομηνίαις ὑπό τινων, πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊάς, ἃς καὶ ὑπεράλλεσθαί τινες, κατά τι ἔθος ἀρχαῖον, ἐπιχειροῦσιν, ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι προστάσσομεν. hoc eſt: *Qui in noviluniis a quibuſdam ante officinas & domos accenduntur, rogos (ſupra quos etiam antiqua conſuetudine tranſilire audent) ceſſare jubemus.*

Huc referri poſſet probatio innocentiæ quæ per ferrum candens vel manibus verſatum, vel pedibus calcatum multis populis

tis uſitata fuit. cujus memorabile exemplum, quod Othoni III. Imp. contigit, narratur Lipſio, *monit. & exempl. Polit. lib.* 2. *cap.* 9. videantur præterea, Delrio *diſquiſ. magic. lib.* 4. *quæſt.* 4. Camer. *hor. ſubciſ. cent.* 2. *cap.* 18. Loccen, *antiq. Sueogoth. lib.* 1. *cap.* 7. Dempſt. ad Roſin. antiq. *lib.* 8. *in fine*

Luſtrationes per fumum variæ fuerunt: talibus enim odoramentis ſolis olim faciebant gentiles, quod proprie eſt θύειν, ut oſtendit Cl. Grævius, ad Heſiod. v. 337. varietas autem hæc orta eſt ex materia vel pabulo quo ignis nutriebatur quod vel ex mineralibus fuit, vel ex herbis.

Mineralia erant Sulphur & tædæ: quæ conjungit Juvenalis, ſat. 2.

> —— *Cuperent luſtrari, ſi qua darentur*
> *Sulphura cum tædis.* ——

Sulphur in religionibus locum habet ad expiandas ſuffitu domos. *Plin. lib.* 35. *cap.* 15. hæc ratio eſt quare Græci θέειον, iſt eſt, divinum denominaverint. Euſtath. ad Iliad. Π. pag. 386. Θέειον ἢ τὸ θέαφον λέγει, ἢ λέπτην αἰθάλην πυρὸς, καθά τισι τῶν παλαιῶν δοκεῖ. ἢ καὶ εἶδος τι θυμιάματος, ὃ ἐπὶ καθαρμῷ καὶ ἀποτροπιασμῷ μαλαχειρίζοντο, διὸ θεῖον αὐτὸ εἶναι ἐδόκει. καὶ ἐντεῦθεν ἐκλήθη, πλεονασμῷ τοῦ ε. Theocr. Id. 25.

> —— Καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεέιῳ

Homor. od. χ. Οἶσε θέειον γρηῦ κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ,
> Ὄφρα θεειώσω μέγαρον.

Porta ſulphur anus, malorum medelam, porta autem mihi ignem; Ut fumigem domum. Ubi Euſtath. θέειον, θυμιάματος εἶδος, καθαίρειν δοκοῦντος τοὺς μιασμοὺς, διὸ καὶ διαρρήδην, κακῶν ἄκος αὐτὸ φησιν ὁ ποιητής & in fine: ὅτι δὲ θεῖον ἐστιν ἐνταῦθα νοῆσαι, καὶ τὸ θέαφον τὸ λεγόμενον δηλαδὴ θεῖον ἄπυρον, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. Καὶ θεῖον μὲν, ἴσως διὰ τὸ καινὸν τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας καὶ τεράστιον. ἢ διὰ τὸ ἀνάγεσθαι ἔνθα τὰ θεῖα. ἢ καὶ διὰ τὸ θεόθεν εἶναι, μετὰ προσθήκης δὲ θεῖον ἄπυρον. βραχὺ γὰρ ψαῦσαν πυρὸς ἀνάπτεται. ἢ ὅτι οὐ χρὴ ἁπλῶς πυροῦσθαι αὐτὸ διὰ τὸ δύσοδμον. Deinde Ulyſſes rurſus:

> Πῦρ νῦν μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γένεσθαι.
> *Ignis nunc mihi primum in domibus fiat.*

Poſtea autem nutrix Euryclea

Ἤνεγκεν δ' ἄρα πῦρ καὶ θήϊον, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Εὖ διεθείωσεν μέγαρον, καὶ δῶμα, καὶ αὐλήν.
Portavit ignem & ſulphur; At Ulyſſes
Bene fumigavit cœnaculum, & domum, & aulam.

Ovidius, 4. Faſt. de luſtratione ovilium Palilibus inſtituta:

Cærulei fiant puro de ſulfure fumi,
Tactaque fumanti ſulfure balet ovis.

Virgilius in Ciri:

At nutrix patula componens ſulphura teſta
Narciſſum, caſiamque herbas incendit olentes.

Cauſam indicat P. Lotichius, Poetarum Germaniæ, ſui ſeculi, ſuaviſſimus, qui Ecl. 5. ſic canit;

Spargite coeruleos mihi, ſulfura, ſpargite fumos.
Sulphuris in terræ gremio diffuſilis humor
Gignitur, & rerum cauſas cuſtodit, & ortus:
Idem etiam magicis tactus ſuffitibus herbas
Adjuvat, & coecos quibus uritur implicat ignes.

Tædas Matth. Martinius, in Etymologico, ait eſſe morbum peculiarem pini ſylveſtris, qui etiam, ſed raro, accidat, larici; quando non tantum cor arboris, ſed & reliqua ejus ſubſtantia in pinguitudinem eſt mutata. Nos Belgæ **kijnholt** vocamus. Hæc ligna aliis fortaſſe regionibus incognita, nobis hic ſunt notiſſima. In agro enim Zutphanienſi ſub terra inveniuntur illis locis, ubi ruſtici teſſellas uſtiles, quas *turfos* vocant, magna copia effodiunt, quare inter mineralia eis locum aſſignavi, Florus, lib. 3. cap. 3. in tractu Venetiæ Italiam molliſſimam eſſe ait: talis eſt & ille tractus ubi hæ uſtiles teſſellæ, & ſimul tædæ incendio aptæ eruuntur: Nos **veenen** appellamus, quæ vox a venetiæ appellatione quam minimum diſtat. Effodiuntur autem talium tædarum non tantum fragmenta, radices, rami, trunci; ſed integræ arbores, quod ſæpe mirati ſumus cum cauſam ignoremus. Nam quæ ſcribit P. Nannius, *miſcellan. lib.* 10. *cap.* 2. littoralibus & paludoſis Hollandiæ locis forte conveniant, quomodo autem Zutfanienſi agro ſublimiori, & à mari procul diſſito, convenire poſſint non video. Hæc ligna in ignem conjecta, non modo luculentum faciunt focum, lucemque de ſe ſpargunt clariſſimam adeo ut *Nec*

nocturna quidem carpentes penſa puellæ, alia ex candelis luce egeant, neque adeo dependeant *lychni laquearibus altis Incenſi*, *ut noctem flammis funalia vincant*. Verum etiam de ſe gratiſſimum quaqua verſum ſpargunt odorem, ut mirum videri non debeat tales tædas in luſtrationibus adhibitas fuiſſe.

Inter herbas primum locum obtinent *Verbenæ* virgulta ſemper virentia, jucundi odoris; tales enim quæ uſtalatæ quoque odorem de ſe ſpargerent in luſtrationibus adhibebantur. Ecl. 8. *Verbenaſque adole pingues.* —— Et quævis virgulta religioni apta *verbenæ* dicebantur. *Hierabotane*: hoc eſt, herba ſacra, qua Feciales & Pater patratus coronabantur. *Plin. lib.* 25. *cap.* 9. Servius ad Ecl. 8. innuit quosdam per verbenas ramos olivarum intelligere, quia pingues, ſed & hoc de palma ac lauro dici poſſe. Alios autem rorem marinum. ſed multo clarius ad illa, 12. Æneid. *Verbena tempora vincti. Verbena*, inquit, *proprie eſt herba ſacra, ros marinus, ut multi volunt, id eſt*, λιβανωτίς, Licutagonis *ſumta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur Feciales & Pater patriatus fœdera facturi, vel bella indicturi. Abuſive tamen verbenas vocamus omnes herbas ſacratas, ut eſt laurus, oliva, vel myrtus. Terentius:* Ex ara ſume hinc verbenas. *Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur, de quo Terentius tranſtulit.* Sic hunc locum correxit Voſſius in Etymolog. voce *Verbenæ*. Nam *Licutagonis* plane corruptum ex *Libanotis*, & pro *ros maximus*, legendum eſſe *ros marinus*, cum vox Libanotis indicat ſatis, tum ex ejusdem Servii verbis ad Ecl. 8. manifeſtum eſt. Sic ſentit Voſſius; Verum cum hanc herbam Apulejus cap. 3. de virtu. herb: *luſtraginem* vocet, ſine dubio ejus in ſacris uſum indicans, quin pro *Licutagonis* legendum ſit *Luſtraginis*, retenta apud Servium voce λιβανωτίς, dubitari non poteſt.

Rorem marinum ab Ovid. 4. Faſt. quidam indigitari volunt illo verſu,

Ure mares oleas, tædamque. herbaſque Sabinas,
Et crepet in mediis laurus aduſta focis.

Ubi pro *mares oleas* legi volunt *maris rores*. de herba Sabina, videatur Plinius lib. 24. cap. 11. aliique rei herbariæ ſcriptores. Propert. *lib.* 4. *el.* 3. *Flore ſacella tego, verbenis compita velo,*

Digitized by Google

Et crepat ad medios herba Sabina focos.

Sabinam & laurum conjungit Ovid. 2. Faſt.

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus aduſta foco.

Laurus ſanguinis purgandi vim habere creditur, dicta quaſi *lautus* a lavo. *Feſtus*: *Laureati milites ſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati a cæde humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat: vel quod medicamento ſiccisſima ſit: vel quod omni tempore viret, ut ſimiliter reſp. vireat* Plin. lib. 15. c. ult. *Suffimentum cadis beſtium & purgatio. Adeoque in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas non eſt, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant.* Phoebo ſacra fuit: omitto Poetarum μύθυς. Plutarchus, *in libro de E I apud Delphos*, Apollinem dicit Phoebum nominari, quia hoc vocabulo antiqui omnia caſta & pura deſignaverunt. Sicut Theſſali Sacerdotes, nefaſtis diebus privatim & extra templa degentes φοιβονομεῖσθαι. id eſt, luſtrari dicuntur. Scilicet puro Deo pura arbor recte dicata eſt. Divini aliquid in hac arbore latere veteribus perſuaſum fuit. Credebant illi vim ineſſe malum averruncandi; patet ex proverbio, quod ex Suida refert Eraſmus: δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, *laureum baculum geſto*; quomodo loquuntur, qui inſidiis appetiti feliciter periculum effugerunt. Tales ramos αισάκυς proprie nuncupabant. Heſychius: Αἴσακος ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνυν τὰς θεάς. Fulmine eam non tangi adeo verum credidit Tiberius Imp. ut propterea nunquam non lauream coronam geſtaret. *Suet. Tib. cap.* 69. Experientia contrarium tamen docet. Superſtitioſi laurum in os capere ſolebant: ait Theophraſtus, charact. cap. 16 ubi hæc notavit Caſaubonus, „Neſcio an huic ſimilis ſuperſtitio ſit, quam apud Hieronymum „in Marcellæ viduæ epitaphio annotavimus, Sic ille: *Nec mi„rum ſi in plateis, & in foro rerum venalium, fictus ariolus ſtultorum „verberet nates, & obtorto fuſte dentes mordentium quatiat.* Nam „ariolorum conſuetudo (colligi poteſt ex Seneca de vita beata) „laurum geſtare, cum per urbem incederent, quam fuſtem vi„detur Hieronymus vocare, quia erat, credo, virga majuſcula „e lauro. Heſychius: Ἰθυντήριον, ὃ φέρυσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ

„δά-

„ δάφνης. Sane Poetæ dicuntur *laurum mordere* Juvenali, & Caſ-
„ ſandra δαφνηφάγος a Lycophrone appellatur: quod quomodo
„ critici explicent non eſt obſcurum. Apud Æſchylum in Aga-
„ memnone habitus vatis eſt, ut amictus veſte vatum propria,
„ quam Poeta appellat χρηστηρίαν, manu ſcipionem geſtet, & co-
„ ronam collo appenſam: Nam ait Caſſandra ſe habere Καὶ σκῆπτρα, καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη. Hæc Caſaubonus. Sibylla apud Tibull. lib. 2. eleg. 6.

Vera cano, ſic uſque ſacras innoxia laurus
Veſcar, & æternum ſit mihi virginitas.

Præterea laurus igni injecta crepitum edit, Lucret. lib. 6.

Nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

Cujus rei cauſas in natura latentes inveſtigavit Scaliger adverſ. Cardan. exerc. 180. §. 3. ſed hoc ipſo crepitu vaticinari credebatur. ſi non ederet ſonum, mali index erat, Propert. lib. 2. eleg. 28.

Et tacet extincto laurus aduſta foco.

Contra autem ſi creparet vehementius, Tibull. lib. 2. eleg. 6.

Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo felix & ſacer annus eat.
Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni,
Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.

Plin. lib. 15. cap. ult. *Laurus manifeſto abdicat ignes crepitu & deteſtatione.* Alciatus, embl. 22.

Præſcia venturi laurus fert ſigna ſalutis,
Subdita pulvillo ſomnia vera facit.

Hinc Poetis bene ominatur Owenus:

Laurus in igne crepat, vivunt in funere Vates.
Fallor? an hinc vatum gloria laurus erat.

Adde Paſchalium de coronis, lib. 8. cap. 10. — 15. Plutarchus, *in libro de Iſide & Oſiride*, 4. *ultimis capp.* herbas quaſdam enumerat aliaque, quibus Ægyptii ſuffitiones faciebant, quibuſque accenſis, propter flammæ vim diſſipantem ac diſſolventem, aerem attenuari ac purgari credebant: qualia reſina, myrrha, quam Ægyptii *Bal* nominant, quod delirationis amolitionem notat:

Digitized by Google

tat: & ligna odorata, ut cupreſſi, juniperi, piceæ. Inprimis vero illis celebratur *Kyphi*, quæ eſt mixtura ſedecim rerum in unum compoſita, mellis, vini, uvæ paſſæ, cyperi, reſinæ, myrrhæ, aſphalathi, ſeſelis, junci odorati, bituminis, folii ficulni, rumicis, juniperi utriuſque, (duos enim nominant, majorem & minorem) cardamomi & calami. Harum vero rerum compoſitionem ac mixturam non temere, ſed religioſe admodum fieri ſcribit idem Plutarchus; Seplaſiariis enim, dum hæc miſcent, ſacræ literæ recitantur. Sed & in ipſo harum ſpecierum numero latere quid credebant. Tandem uſum hujus Kyphi in animi præſertim purgationibus oſtendit, ſive odore, quem exhalet, ſive etiam ſi ad bibendum temperetur.

Thus ad placandos Deos adhibitum eſſe manifeſtum eſt, vide Saubert. de ſacrif. cap. 24. Inter προθύματα ad ſe luſtrandum thure uſus eſt Hercules ſacrificium auſpicaturus. Ovid. 6. metam. *Thura dabat primis & verba precantia flammis.* in aliis luſtrationibus ejus quoque uſus fuit. Plaut. amphir. act. 2. ſc. 2. v. 107, 108.

Sed, mulier, poſtquam experrecta es, prodigiali Jovi
Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatam oportuit.

Palilibus, feſto Romanorum antiquiſſimo, accendebantur *fœni ac ſtipularum* acervi, quorum fumo paſtores ſe luſtrabant, unde Perſius, ſat. 1. *fumoſa Palilia fœno.* Tibull. lib. 2. el. 6.

At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Continet, a ſtabulis tunc procul eſte lupi.
Ille levis ſtipulæ ſolennes potus acervos
Accendet, flammas tranſilietque ſacras.

Propert. *Cumque ſuper raros fœni flammantis acervos*
Trajicit immundas ebria turba dapes.

Ovid. 4. Faſt. *Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis acervos*
Trajicias celeri ſtrenua membra pede.

De Strobo, Plin. lib. 12. cap. 17. *In Carmanos Srobum arborem ad ſuffitus petunt, perfuſam palmeo vino accendentes.*

CA-

Digitized by Google

255



CAPUT. XX.

Luſtratio per ignem & aquam ſimul, in nuptiis: poſt funera. Palilibus: quæ ratio? Mel aquæ loco adhibitum. Aqua ſanguine mixta in ſupplicum expiatione.

ELementa ſingula in luſtrationibus adhibita vidimus: Sæpius autem eadem, aquam præſertim & ignem conjunxerunt. Nonius in vocabulo *Pariter*, ex Nævio, Virgine prægnante: *Sequere me, pariter volo facias, igni atque aqua volo hunc accipere.* idque præſertim in Nuptiis: Ovid. 2. de arte:

Quos facient juſtos ignis & unda viros.

Feſtus: *Facem in nuptiis in honorem Cereris praferebant, aquaque ſpargebatur nova nupta: ſive ut caſta puraque ad virum veniret: ſive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.* Idem in *Aqua. Aquam accipiunt nupta & ignem, quia hæ dua res humanam vitam maxime continent.* Var. lib. 4. de L. lat. *naſcendi cauſa duplex ignis & aqua. ideo ea nuptiis in limine adhibentur, quod ibi ſemen, & aqua femina, quod foetus ab ejus humore, & eorum junctione ſumit Venus.* Servius ad 4. *Æn. v.* 167. *Varro dicit, Aqua & igni mariti uxores ducebant, unde hodieque & faces prælucent, aqua petita per feliciſſimum puerum aliquem, de puro fonte, intereſt nuptiis, de qua nubentibus ſolebant pedes lavari.* Plutarch. Probl. Rom. 1. etiam hanc rationem reddit: διότι τὸ πῦρ καθαίρει, καὶ τὸ ὕδωρ ἁγνίζει, δεῖ δὲ καθαρὰν καὶ ἁγνὴν διαμένειν τὴν γαμηθεῖσαν. *Quia ignis purgat, & aqua mundat, oportet autem puram & mundam permanere nuptam.* Val. Flaccus, lib. 8. Argon.

Inde ubi ſacrificas cum conjuge venit ad aras
Æſonides, unaque adeunt, pariterque precari
Incipiunt, ignem Pollux undamque jugalem.
Prætulit. Propert. lib. 4. eleg. 12.

Max

Mox ubi jam facibus ceſſit pretexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Ubi Lipſius legit in vet. cod. *aſperſus;* quod & ipſi placet, refertque ad aſperſionem aquæ nuptiis ſolennem. De qua idem, lib. 4. eleg. 3.

Et ſtygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt, nupſi non comitante Deo.

Lipſi. ad Tacit. Annal. 3. excurſ. I. Sic. l. penult. D. don. inter vir. & uxor. *Priuſquam uxor aqua & igni acciperetur.*

Poſt funera idem fiebat. Feſtus in *Aqua: Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua diſperſi, quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* Sic & feſto Palilium. 4. Faſt.

Certe ego de vitulo cinerem, ſtipulamque fabalem
Sæpe tuli plena februa toſta manu.
Certo ego tranſilii poſitas ter in ordine flammas,
Virgaque rorales laurea miſit aquas.

Et poſtea: *Paſtor oves ſaturas ad prima crepuſcula luſtret,*
Unda prius ſpargat, virgaque verrat humum.
Frondibus & fixis decorentur ovilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cærulei fiant puro de ſulfure fumi
Tactaque fumanti ſulfure balet ovis, &c.


Poſtea iterum: —— *vivo perlue rore manus:*
Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis acervos
Trajicias celeri ſtrenua membra pede.

Deinde rationes conjunctionis horum duorum elementorum ſubjungit:

1. *Omnia purgat edax ignis, vitiumque metalli*
Excoquit: idcirco cum duce purgat oves.
2. *An quia cunctarum diſcordia ſemina rerum*
Sunt duo diſcordes ignis & unda Dei,
Junxerunt elementa patres, aptumque putarunt
Ignibus, & ſparſa tingere corpus aqua.
2. *An quod in his vita cauſa eſt:* 4. *hac perdidit exul:*
5. *His nova fit conjux, hæc duo magna putant.*
Vix equidem credo. 6. *Sunt qui Phaetonta referri*

Cre-

256



Digitized by Google

Digitized by Google

Credunt, & nimias Deucalionis aquas.
7. *Pars quoque cum ſaxis paſtores ſaxa feribant,*
Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.
Prima quidem periit: ſtipulis excepta ſecunda eſt.
Hoc argumentum flamma Palilis habet.
8. *An magis hunc morem pietas Æneia fecit.*
Innocuum victo cui dedit ignis iter?
9. *Hoc tamen eſt vero propius, cum condita Roma eſt*
Transferri juſſos in nova tecta Lares,
Mutanteſque domum tectis agreſtibus ignem
Et ceſſaturæ ſuppoſuiſſe caſæ.
Per flammas ſaliiſſe pecus, ſaliiſſe colonos,
Quod ſit natali nunc quoque Roma, tuo.

Achilles & aqua Stygia tinctus eſt, ideoque toto corpore invulnerabilis, excepta parte qua tentus eſt: *Serv. ad* 6. *Æn. v.* 37. & igni; *Apollon.* 4. *Argon:*

Ἡ μὲν γὰρ βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιεν
Νύκτα διὰ μέσσην φλογμῷ πυρός, ἤματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χρίεσκε τέρεν δέμας, ὄφρα πέλοιτο
Ἀθάνατος, καί οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι.

Thetis nempe, mater Achillis

Urere mortales nocturno tempore carnes
Conſuerat flammis, ungebat luce diurna
Ambroſia tenerum corpus, quo quicquid adeſſet
Mortale eximeret, triſtem luceretque ſenectam.

Vide & Didymum ad Iliad. π. v. 36.

In myſteriorum luſtratione juxta ignem Mel requirebatur, ſed quod hic loco aquæ erat. Porphyrius. lib. de antro Nymph. Ὅταν μὲν οὖν τοῖς τὰ λεοντικὰ μυουμένοις εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσιν, ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ, καὶ βλαπτικοῦ, καὶ μυσαροῦ. Καὶ ὡς μύστῃ καθαρτικοῦ ὄντος τοῦ πυρὸς οἰκεῖα νίπτρα προσάγουσι, παραιτησάμενοι τὸ ὕδωρ ὡς πολεμοῦν τῷ πυρί.

Aqua melli juncta, Sophocl. oedip. Colon. abſque vino: ὕδατος, μελίσσης, μηδὲ προσφέρειν μέθυ.

In ſupplicum expiatione aqua ſanguine expiandi miſcebatur.

Athe-

Athenæus, lib. 9. circa finem, ex Dorotheo hoc in ſupplicum expiatione ſtatutum eſſe ait: Ἔπειτα ἀπονιψάμενος αὐτὸς, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ σπλαγχνεύοντες, ὕδωρ λαβὼν κάθαιρε, ἀπόνιζε τὸ αἷμα τοῦ καθαιρομένου, καὶ μετὰ τὸ ἀπόνιμμα ἀνακινήσας εἰς ταυτὸ ἔγχεε. *Cum laveris manus, & qui viſcerationis participes ſunt, ejus qui expiatur, ſanguinem, aqua ſumta purifica & ablue, ac poſt eam ablutionem agitatum & in unum coactum affunde.*

Brachmanes Calecutani populum aqua candidi galli gallinacei ſanguine mixta expiant. Carolin. hodiern. gentil. *part.* 1. *cap.* 22. Aqua roſacea, Peguani. *ibid.* Guinenſes ſe filioſque ſuos aqua, cui innatat lacerta, luſtrant. *ibid. part.* 2. *cap.* 4. De aliis hodiernorum gentilium luſtrationibus agit idem; *lib.* 1. *cap.* 11. *ſect.* 4. De Ruſſis. *part.* 3. *cap.* 2.

CAPUT. XXI.

Ovum in Luſtrationibus adhibitum. In eo elementa omnia. Myſtice mundum ſignificabat, in Orgiis Bacchi. Κυάμου *nomine ovum intellexit Pythagoras. Similia apud Japonenſes, Sinenſes. Ovum ex Nocte genitum. Oes. Chaos. Bau. ventus Colpia. Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Gen. 1. Ovum in Circenſibus. Caſtores & Helena ex ovo. Selenetides. Fabula Brachmanum.*

OVum in luſtrationum cærimoniis adhibitum eſſe, liquidum eſt. Ovid. 2. art.

Et veniat quæ luſtret anus lectumque, locumque
Præferat & tremula ſulphur & ora manu.

Juven. ſat. 6. —— *Niſi ſe centum luſtraverit ovis.*

Lucian. in Catapl. ὠὰ καθάρσια vocat. Item in νεκρικοῖς: ὠὸν ἐκ καθαρσίου. Apul. lib. 11. metam. *Ibi dum ſimulachris Deum rite diſ-*

diſpoſitis navem faberrime factam picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam ſummus Sacerdos tæda lucida, & ovo, et ſulfure ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quam puriſſime purificatam Deæ nuncupavit, dedicavitque. ſic apud Iuvenalem, ſat. 5.

> —— *dimidio conſtrictus gammarus ovo*
> *Ponitur, exigua feralis coena patella.*

Quæ enim elementa ſingula in Luſtrationibus adhibita fuiſſe diximus, ea in ovo συλλήβδην contineri, & in tam prava re mundi permixtionem intelligi veteribus fuit perſuaſum. Putamen teſtaceum ſiccum & frigidum eſt terra: albumen ut aqua humidum & frigidum: quod ineſt ſpirituoſum calens humentque aerem refert: vitellus in meditullio calidus & ſiccus, ignis inſtar, quem etiam colore exprimere videtur: quæ omnia elegantiſſimo de *Ovis Paſchalibus* carmine executus eſt David Echlinus Scotus, quæ, niſi prolixiora eſſent, hic libens deſcripſiſſem. Non injucundum ſane, nec lectu indignum eſt *Ovi Encomium* quod Ericius Puteanus conſcripſit.

Quæſtio eſt inter Philoſophos jam olim valde agitata, priuſne fuerit ovum an gallina? qua ratione æternitatem mundo adſcribere ſunt conati, *vid. Macrob. lib. 7. cap. cap. ult. Plutarch. ſympoſ. lib. 2. quæſt. 3.* „Per ovum autem myſtice mundum, ovalis ſci„licet figuræ, intellexerunt. Oromaſdem dicunt feciſſe ſtellas, „& bonos Deos, inque ovo poſuiſſe. Hinc Thebaidos incolæ „(verba ſunt magni Voſſii, lib. de idolol. cap. 5.) Deum mun„di opificem repræſentare volentes, efformabant eum ore o„vum effundentem. Etiam in Orgiis Liberi Patris, quæ ab Or„pheo inſtituta, Ovum mundi erat ſymbolum, ut docent Plu„tarchus & Macrobius locis modo citt. Unde Proclus in Ti„mæum eadem eſſe ait τὸ Ὀρφικὸν ὠὸν, καὶ τὸ πλάτωνος ὄν, *Orphei* „*Ovum, et Platonis quod eſt,* Cum ovo mundum etiam compa„rat Varro in Logiſtorico, qui Tubero, ſive de origine humana „inſcribitur: *Coelum eſt teſta, item vitellum terra. inter illa duo* „*humor, quaſi ilicinus* (lege in ſinum, vel limum) *clauſus aeri, in* „*quo calor.* Ovum igitur, hoc eſt, mundum fecerat Oromasdes. „Sed Arimanius cum malos genios condidiſſe dicitur, tum o-

,, vum illud perforaſſe, atque ita bona permiſcuiſſe malis, mala ,, bonis. hinc exortas eſſe inimicitas inter Oromasden & Arima- ,, nium, atque alterum alterius opus demoliri: ſed fatum affore ,, cum Oromasdes Arimanium vincat: imo prorſus aboleat: ho- ,, mineſque tum demum beate pacificeque victuros. Ex quibus ,, fabulis non obſcuræ Noachicæ doctrinæ reliquiæ apparent, tum ,, de Deo mundi opifice, tum de Satana aeris ac caliginis prin- ,, cipe, omnis mali fonte & auctore, quo æternis tenebris addi- ,, cto, beatam homines cum Deo vitam degent. *Hæc ex Voſſio.* Nonnulli Pythagoram κυάμου nomine Ovum intellexiſſe arbitrantur, quod in eo ſit ἡ τῶν ζώων κύησις, *animalium fœtura*, referente Cœlio Rhodig. *lect. antiq. liq.* 27. *cap.* 17. Euſebius, *de præpar. Euang. lib.* 1. *cap.* 7. Phœnices ſtatuiſſe ait, e complexu rerum, qui Cupido erat, limum extiſſe, ſive aquoſæ mixturæ putredinem, e qua rerum creatarum ſemina, tum animalia bruta, rationeque prædita in ovi figuram conformata, provenerint.

Cum itaque plurima animalia tum in terra, tum in aquis ſint ᾠοτόκα, hinc fortaſſe gentiles anſam arripuerunt, ut ova in luſtrationibus adhiberent: quod innuit David Echlinus carmine modo laudato:

> *Noxia ſi priſco contagio tempore tectum,*
> *Aut urbem, aut lectum foedaſſet, ſive theatrum,*
> *Pollutum mox tabe locum luſtralibus ovis*
> *Moris erat quondam purgare: nec aptius illi*
> *Officio ſulphur, nec tæda, nec humida laurus.*
> *Pluraque cum foetis veniant animalia ab ovis,*
> *Optima majores duxere piacula noſtri, &*
> *Gratia Diis, quies multa animantis ineſſet origo.*

Sed nec in hodierno gentiliſmo hæc opinio exolevit, quod Belgicarum ad Japonenſes Legationum hiſtoriæ teſtantur. Narrant enim in urbe Miaco templum eſſe, in quo bos æneus, gibboſus, aureo ac gemmato torque ornatus, qui cornibus in Ovum impetum facit. Quod Ovum pedibus quidem anterioribus ſic apprehendit, ut etiam poſterioribus pedibus ſolo, ex terra & lapide conflato, inſiſtat. Sub ovo, & ſolo lapideo ingens aquæ multitudo

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

titudo rupi incluſa, quæ nititur altari oblongo quadrangulari, cujus podium literis Japonicis inſcriptum. Hæc Bonzii ſic interpretantur: Ante creationem mundus Ovo erat incluſus, cujus cortex ex metallo: una in & cum hoc ovo mundus aquis ſupernatabant. Tandem Luna ex fundo maris, penetrabili ſuo lumine, ſolum quoddam ſurſum evexit, quod ex terra & lapide coaleſcebat, hic hæſit ovum quod cum bos ille inveniſſet, cornu ſuum ita cortici illiſit, ut ex rupto cortice mundus prodierit. In iſto illiſionis impetu vehementer admodum bos ſpiravit, Spiritus vaſi vimineo incluſus eſt, ex quo natus homo. Bonzii vas illud *Pou*, hominem *Pouranus* vocant, quod vaſi illi ſuam debëat originem. Ovum autem illud a quindecim Diis minoribus fabricatum eſſe aſſerunt. Similia fere habet Spizelius, *de re literaria Sinenſium*, quamvis per omnia non conveniant, prout mendacium eſt multiplex. Sinenſes enim & Cochinenſes mundum credunt Ovum quoddam fuiſſe, cujus teſta ſeu cortex in cœlum, albumen in aerem, vitellus in terram abierit. idque media nocte ſub illud tempus, quo aſtra cœlum exornantia ſolſtitiali brumalique revocatione vertuntur: primo loco perfectos eſſe cœlos, ſtabilitam deinde terram, tum Spiritus, poſtremo hominem extitiſſe.

De Ovi hujus geneſi & progenie hæc philoſophatur Ariſtophanes in Avibus:

Χάος ἦν καὶ Νὺξ ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠὸν,
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινὸς,
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις.
Οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ, κατὰ τάρταρον εὐρὺν
Ἐνεόττευσε γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα
Ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέροις ἐγένετ' οὐρανὸς, ὠκεανός τε,
Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον.

Chaos erat, & Nox, Erebuſque niger primum, & Tartarus latus,
Terra autem; neque aer, neque cœlum erat: Erebi autem infinitis
in finibus

 Parit

Digitized by Google

Parit primum ventoſum nox nigra-penna Ovum:
Ex quo, perfectis temporibus, pullulavit Amor deſiderabilis,
Splendidus humero alis aureis, ſimilis ventoſis velociter revolutionibus.
Hic autem Chao alato mixtus nocturno in Tartaro lato
Fecit genus noſtrum, & primum reduxit in lucem.
Prius autem non erat genus immortalium: antequam Amor commiſcuit omnia.
Commixtis autem alteris, factum eſt cœlum Oceanuſque.
Et terra, omniumque Deorum beatorum genus incorruptibile.

Ex primitivo Ovo prodiiſſe referunt *Oën*, quod nomen ex *Oanne* contractum videtur, qui cætera quidem piſcis membra habuerit: verum caput pedes ac manus humanas, qui aſtronomiam ac literas docuerit. Ortus autem hujus argumentum, infirmum ſane, ex nomine deducunt. Nomen enim Græcum putarunt eſſe ex ὠὸν, in quo falſi ſunt. Eſt enim *Oës* idem qui *Oanes* vel *Euanes*, de quo Voſſius, *de idolol. lib. 2. cap. 76. Schot. Biblioth. ſacr. de prim. mundi ætat. pag.* 158. 159. Græculi vero ad ovum ſuum, ſine Chaos reſpexerunt, quod primum illis principium. Heſiod Θεογ.

Ἤτοι μὲν πρώτιςα χάος γένετ᾽.

Quomodo ex chao, tanquam ex ovo omnia ſunt genita deſcribit Ovid. 1. metam. Nomen autem ex Oriente eſt. χάος enim, antiquis *Cohum* dicebatur, ſive a *Tohu* ſive a *Bohu*, unius literulæ facili mutatione. Hinc *inchoo*, ſive *incoho*, utrovis modo recte ſcribitur. Paulus ex Feſto: *Cohum Poeta cœlum dixerunt a Chaos: ex quo putabant cœlum eſſe formatum.* A *Tohu* quoque factus eſt *Teuth*, qui ab Ægyptiis cultus eſt, a quo & menſem θωθ appellarunt. Hinc & *Theutones*, qui Deorum maxime Mercurium coluerunt, *Tacit. de mor. Germ.* Hunc 𝔚𝔬𝔢𝔡𝔢𝔫 appellarunt. *Cambd. Brit. pag.* 72. Hic Teutates, τάυτος, θωὺτ. *Boxhorn. Orig. Gallic. cap.* 2. Ex *Bohu* etiam Deum fecit Diabolus: Phoenices tradunt, ex vento *Colpia* nuncupato, & ex muliere *Bau*, quod noctem ſignificet, ſeculum & primogenitum natum eſſe. *Euſeb. de prepar. Evang. lib.* 1. *cap.* 7. Unde illud *Bau* niſi ex *Bohu*? Cur autem ventus ille Colpia vocetur, non conſtare ait Hornius. *hiſt. Philoſ. lib.* 2. *cap.* 11. Grotius vero in annotatis, *ad lib.*

lib. 1. *de relig. Chriſt.* ventum hunc Κολπίαν dicit eſſe קול־פי־יה *Vocem oris Dei.* cui conſentit Bochartus, *georg. ſacr. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. Quid ſi & ego hic conjecturam adferam? quæ ſi rejiciatur, cicum non interduim: Scio nomina in veteri Phoenicum Theologia ex Oriente petita eſſe; hoc autem ex Græcia arceſſere libet, ex loco ſcilicet Ariſtophanis modo recitato: in quo Nox, ex infinitis (κόλποις) ſinibus Erebi Ovum generaſſe dicitur *Colpia* ergo a κόλπος. Ventum ex fluminibus, aut ex convallibus, aut ex aliquo ſinu elatum Græci ἐγκολπίαν dixerunt. *Senec. quæſt. nat. lib.* 5. *cap.* 7. 8 Ventus hic Colpia a Moſe vocatur רוח מרחפת quæ metaphora ab avibus ſumta eſt, quæ quaſi ſinu ſuo & incubatu ova animant: Sic Spiritus Dei ſuperficiei aquarum incubaſſe dicitur, Thalmudiſtæ ſic explicant: כיונה מרחפת על בניה ואינה נוגעת *Inſtar columbæ quæ incubat pullis ſuis, neque tangit vel tangendo eos lædit* Deus curam ſuam paternam in fovendo Iſraelem eodem ſimili explicat: Deut. 32. 11. כנשר יעיר קנו על גוזליו ירחף *ſicut aquila excitat nidum ſuum, pullis ſuis incubat.* Hinc & alas Amoris effinxit Simmias, Longiſſima alterarum penna ſic ſcribit:

> *λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ', ἀκμονίδαν τὰν ἄλλυδ' ἑδράσαντα*: id eſt,
>
> *Aſpice me Telluris profundos receſſus habentis Regem, ſtrenuumque maris fundatorem.*

Et apud Virgilium, Platonicum excellentiſſimum, 4. *Georg.* Clymene, & alios, aliorum Deorum,

> *Atque chao denſos divum numerabat amores,*

vim illam generativam à deo promanantem ſubindicans.

Ipſum autem Spiritum Sanctum Amorem vocant Patres, & ex illis P. Lombardus, *lib.* 1. *diſt.* 10. Sed & Deus Amor eſt S. Johanni. 1. *ep.* 3 8. Nec Syri ab hac interpretatione diſcedunt. Baſilius homil. 2. in hexaem. Syri cujuſdam ſententiam proponit, qui hoc dictum ſic interpretatus ſit: τὸ ἐπεφέρετο, ἀντὶ τοῦ συνέθαλπε, ἐζωογόνει. *Ferebatur, pro confovebat, vitalemque foecunditatem aquarum naturæ infundebat, ad ſimilitudinem aviculæ incubantis; vimque vitalem imprimentis in ea, quæ ab ipſa foventur.* Nigidius apud Scholiaſten Germanici: *Ibi ovum inveniſſe miræ magnitudinis. quod volventes ejecerunt in terram, atque ita columbam in-*

ſediſſe,

ſediſſe, & poſt aliquot dies excluſiſſe Deam Syria, quæ Vocatur Venus. L. Ampelius lib. ad Macrin. *Dicitur & in Euphratis fluvio ovum piſcis columba adſediſſe dies plurimos, & excluſiſſe Deam benignam & miſericordem hominibus ad bonam vitam.* Hinc ovum ἀρχὴ γενέσεως *initium genituræ* in Orphicis memorante Plutarcho ſympoſ. 2. cap. 3. & Athenagora. *Et ovorum progenies, Dii Syri* apud Arnobium. quæ notavit Grotius, *ad.* 1. *de relig. Chriſt.* Legendus imprimis Burnetius, in Theoria ſacra telluris, lib. 2. cap. 10. Non mirum ergo, Ovum in ſacris gentilium tantæ dignitatis habitum, ut & in pompa Cereali primo loco fuerit, teſte Varrone, *de re ruſt. lib.* 1. *cap.* 7. & in ludis Circenſibus curriculorum finem demonſtraverit; in honorem nempe Caſtorum, indicante Tertulliano, *de ſpectac. cap.* 8. quoniam illi ovo editi dicuntur, ut & eorum ſoror Helena, quod in Poetarum fabulis eſt. Hoc ovum in ſylvis inventum eſſe notatum eſt: ideoque veriſimile Helenam nihil aliud fuiſſe olim quam δρυάδα, forte ab אלה *quercus.* Chald *Ilana.* Platanus Theocriti Helenæ ſacrata, cum hac inſcriptione: Σέβου μ', Ἑλένας φυτὸν εἰμί. *Heinſ. Ariſt. ſacr. cap.* 1. Non ſine ratione ergo Ova in luſtrationibus locum ſibi non ſane ultimum vindicarunt. Antiquæ enim puritatis: & puræ antiquitatis ſymbolum erat commodiſſimum. unde & proverbium: ἐξ ὠῶν ἐξῆλθεν, de illis qui ſupra modum puri eſſent ac nitidi, inſtar Helenæ ſcilicet, ob cujus pulchritudinem

Græcia barbariæ lento eſt colliſa duello.

Mulieres Selenetides, contra naturam aliarum foeminarum, ova parere, unde naſcentes homines quinquies decies nobis ampliores eſſe, merito inter vaniſſima commenta recenſeas. *vid. Athen. dipnoſ. lib.* 2. *cap.* 16. Omittendum non eſt, quod narrat Abrah. Rogerius de vita, moribus & religione Brachmanum, *part.* 2. *cap.* 4. *Ditis* foemina ſanctiſſima, a *Kaddrouwa* in ſervitutem aſſerta, hoc ſolamen miſeriæ accepit, ſe filios parituram. Peperit ova duo: expectavit dum excluderentur, verum diu fruſtra fatigata, alterum fregit, prodiit inde filius *Annura*, ſed imperfectus; propter importunam enim matris feſtinationem ſuperiore tantum corporis parte abſolutus erat; ideoque matrem graviter reprehendit, quingentorum annorum ſervitutem denuntiavit,

vit, ut alterius Ovi excluſionem patienter expectaret, hortatus. Ex hoc ovo prodiit *Garonda*, qui matrem in libertatem vindicavit, & plura, quæ recenſere pretium operæ non eſt. His fabulis involvi hiſtoriam Moſis, Iſraelem ex Ægyptiaca ſervitute aſſerentis, opinio eſt interpretis. Brachmanum fabulas de Ovo, ex quo mundus vel mundi excluſi ſunt, vide apud Carolinum de hodierno gentiliſmo, *part*. 1. *cap*. 12. & Philippum Baldæum, de Idololatria Indorum Orientalium, *cap*. 2.

Hinc ratio petenda videtur, cur uſus ovi Judæis interdictus ſit, ſi id coluerit gentilis, apud Maimonidem, de idolol. cap. 8. §. 6. אם זקף ביצה ובא גוי והשתחוה לה אסורה. quamvis Dionyſius Voſſius hic nihil aliud niſi Synecdochen certi pro incerto reperiat.

CAPUT XXII.

Luſtrationes per ſanguinem humanum. Vulnera Sacerdotum Baalis, Ægyptiorum, Bellonæ, Cybeles. Mors ſontium, vicariorum pro aliis: φαρμακοὶ, καθάρματα, *ſynonyma Græca.* ἀντίψυχοι. *Privatim, publice: pro Principe, pro populo: Decii Pater & Filius. Menœceus. Devotio Exercituum, urbium, familiarum, & poſterorum.* Καθάρματα. *Sinon. Apud Maſſilienſes, Gallos. Paulus. I. cor. 4. Chriſtiani. Jonas. Captivi. Exules. Gladiatores. Homo ſacer. Securis apud Athenienſes condemnata.*

ULterius progreſſa eſt Luſtrationum ſuperſtitio: Hominum enim ſanguinem maxime ſitivit ille, qui eſt ἀνθρωποκτόνος ἀπ' ἀρχῆς. Illo itaque effuſo dæmonia ſua placare ſtuduerunt gentiles. Fiebat hoc vel vulneribus, vel morte. Vulnera aut ipſi ſibi infligebant, aut ab aliis excipiebant.

 Se-

Digitized by Google

Seipſos vulnerarunt Baalitæ, 1. Reg. 18. 28. clamabant voce magna, & incidebant ſeſe, pro ratione religionis ipſorum, gladiis & ſpiculis, uſque adeo ut perfunderent ſe ſanguine, quod vetuit Deus, *Deut.* 14. 1. *Lev.* 21. 5. *Jerem.* 41. 5. Apud Ægyptios, teſte Herodoto, lib. 2. καιομένων τῶ ἱρῶν τύπτονται πάντες *Dum ſacrificium ardet omnes verberantur.* Iterum, ibid. τύπτονται γὰρ μετὰ τὴν θυσίαν πάντα, καὶ πᾶσαι, μυριάδες πολλαὶ ἀνθρώπων. *Verberantur enim poſt ſacrificium omnes viri & foeminæ, multa ſane hominum milia.* In ſacris Bellonæ ipſi Sacerdotes non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu diſtrictos gladios exerentes currunt, efferantur, inſaniunt. *Lactant. lib.* 1. *cap.* 21. De iiſdem Tertull. apolog. cap. 9. *Hodie iſthic Bellonæ ſacratus ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exceptus ſuis datur ſignatis.* Minuc. In Octav. *Bellonam ſacrum ſuum hauſtu humani cruoris imbuere.* Alia aliorum loca enotavit Dempſterus ad Roſin. *antiq. lib.* 4. *cap.* 10. quem erroris inſimulat Ouzeelius ad Minucii loc. cit. quod ex Lampridio, in vita Commodi cujus hæc verba: *Bellonæ ſervientes vere exſecare bracium præcepit, ſtudio crudelitatis*, colligat, Commodum veram ſectionem aboleviſſe, ſimulatam inſtituiſſe: cum verba Lampridii contrarium præ ſe ferant. Dici poſſet, veram membrorum ſectionem primis temporibus obtinuiſſe, poſtea vero ſimulatam ſucceſſiſſe, Commodum eam inſtauraſſe.

Vulnerabant etiam ſeipſos Galli Cybeles Sacerdotes, tum virilia ſibi Samia teſta exſecantes, tum etiam brachia & lacertos ferro cruentantes. Loca hunc morem liquido probantia deſcripſit Saubertus, *de ſacroſ. c.* 27. Ouzeelius, *ad Minuc. Octav. pag.* 27. inprimis legendus Voſſius, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 53. Adde Auguſt. de C. D. lib. 6. cap. 10. Lucianus de Dea Syria: ἐν ταύτῃσι δὲ ἡμέρῃσι, τὸ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἀγείρονται. Γάλλοι δὲ πολλοὶ, καὶ τοὺς ἔλεξα, οἱ ἱροὶ ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ὄργια, τάμνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. *Diebus autem hiſce ſolennibus multitudo quidem ad templum congregatur, Galli autem frequentes, & ii, quos dixi, homines ſacrati peragunt ſacrificia vulnerant urque cubitis, & in terga a ſe mutuis verberantur.* Nec enim ſcipſos tantum, ſed & alios his modis demulcebant. Petron. ſatyr. *Itaque ut tutela navis*

expiaretur, placuit quadragenas utriſque plagas imponi. Nulla ergo fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautæ cum funibus, tentantque viliſſimo ſanguine tutelam placare. Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. &c.

Vulneribus non contenta diabolica crudelitas, mortem ipſam hominis expetiit. Neque hoc obſervavit ſolum, ut caput noxa ſequeretur, unde ſibi juſtitiæ laudem aſſereret cacodæmon: Sed & alii in aliorum vicem exitio devovebantur, ut in eorum caput ea mala expeterent, quæ aliis eventura erans. ideoque *Vicarii* dicebatur, item φαρμακοὶ, quaſi aliis ſanandis ipſi mortem ſubirent: præſertim in urbium luſtrationibus. Euſtath. Odyſſ. X. circa finem: ἢ μάλιστα οἱ τὰς πόλεις καθαίροντες φαρμακοὶ ἀτίμως ἐλέγοντο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Δημοσθένης. Ariſtophanes, ran. act. 2. ſc. 6. queritur peregrinos, ſervos, peſſimumque hominum genus Rempublicam gerere, eos denique οἷσιν ἡ πόλις πρὸ τοῦ οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ᾽ ἄν, Interp: *quibus civitas ne quidem uſa fuiſſet pro unguentariis.* Verum Scholiaſtes: φαρμακοῖσιν ἢ τοῖς λεγομένοις καθάρμασιν. hoc eſt, *quibus civitas non facile uſa fuiſſet piacularibus.* Κάθαρμα enim eſt, explicante Ulpiano, in Orat. Demoſth. de falſ. legat. τὸ καθαιρόμενον, καὶ ὃ ἂν ἀποσείσαιτό τις. quod *expurgatur, & quod quis a ſe amolitur.* Hebr. סחי Thren. 3. Jeſ. 5. 25. ubi 72. ὡς κοπρία. Ammonius differentiam inter καθάρσια & καθάρματα notavit: Καθάρσια μὲν λέγονται τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἄλλα οἷς καθαίρονται. Καθάρματα δὲ τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀποῤῥιπτόμενα.

Græcis vocantur ἀποτρόπαιοι, προστρόπαιοι, μιάσματα, κατάρατοι, ἐπάρατοι, ἐναγεῖς, ὅσιοι, ἀραῖοι, τῇ ἀρᾷ ἔνοχοι, τῇ ἀρᾷ ἐνεχόμενοι, βδελύγματα, ἀλιτήριοι, ἔνοχοι, ἀλάστορες, παλαμναῖοι, ἐξάγη, ἄγη, ἀναθέματα, κήλεις, περιψήματα, &c. qui non tantum in aliorum commodum & utilitatem, ſed quod hic maxime conſiderandum eſt, aliorum loco cædebantur; quod recte a Theologis in doctrina de ſatisfactione Chriſti contra Socinum obſervatur, & ex uſu vocabulorum, ὑπὲρ, ἀντὶ, *pro*, & ſimilium demonſtratur. *vide Grotium de ſatisfactione Chriſti, pag.* 115. *&* 134. *Outram. de ſacrific. lib.* 1. *cap.* 22. Sic ἀντίψυχοι dicebantur, qui animam ſuam pro alterius anima darent. Ariſtides in ſacris Orat. ὅτι φιλουμένη ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, καὶ σῶμα ἀντὶ σώματος ἀντέδωκε. Ignat. epiſt. 1. ad Mariam

 Caſſio-

Digitized by Google

Caſſiobolitem: ἀντίψυχός σου γένοιμην ἐγώ. Vetus interpres vertit: *Faxit Deus, ut tui ſimilis ſim.* quam verſionem retinuit Hieron. Varilenius, edit. Platin. an. 1572, Male. Qui enim τὰ ἀρεστὰ Θεοῦ ποιεῖ πάντοτε, quod de ſe ſcribit Ignatius ad Epheſios, qui potuit optare, ut vitam haberet ad exemplum fœminæ quamlibet piæ compoſitam? Nec iſta vis vocabuli Græci. ideoque rectius idem Vairlenius, in Bibliotheca Patrum, cui has epiſtolas inſeruit Margarinus de la Bigne, hæc verba ſic interpretatus eſt: *Faxit Deus, ut animæ tuæ vicem ſubeam.* Similia ſunt enim ejusdem Ignatii vota: in Epiſt: ad Polycarpum: σοῦ ἀντίψυχος ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας. ubi interpres recte: *utinam pro tua hanc meam animam commutem, & hæc mea vincula, quæ amaſti.* in epiſt. ad Tarſenſes: ἀντίψυχος ἐγὼ τῶν φυλαττόντων ταύτην τὴν εὐταξίαν. ad Smyrnæos; ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου. ad Epheſios: εἴην ὑμῶν ἀντίψυχος. & alibi.

Subſtitutio hæc vel privatim fiebat vel publice.

De privatis exemplum eſt in Oleno, qui uxoris crimen in ſe tranſtulit. Ovid. 10. metam.

> *Quique in ſe traxit crimen, voluitque videri*
> *Olenus eſſe nocens.*

Alceſtis poëtarum nobilitata carminibus, ſe pro Admeto conjuge vicariam dedit. Legatur Euripidis tragoedia Alceſtis. Hiſpanos morti ſe pro iis, in quos ſunt propenſi, devovere, & immolandos præbere ſcribit Strabo. *lib.* 3. Plaut. Amphitr.

> *Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam,*
> *Ut meum tergum tuæ ſtultitiæ ſubdas ſuccidaneum?*

Senec. conſol. ad Helviam. cap. 16. *Fuerim tantum nihil amplius doliture domus piamentum.* Plin. lib. 3. epiſt. 9. *Nec potentiſſimi quique, viliſſimo quoque, quaſi piaculari dato, elaberentur.* Ita ferunt Adrianum Imp. curaſſe immolandum delicium ac Ganymedem ſuum Antinoum, quem deinceps non inter Heroas tantum, ſed etiam inter Deos retulit. Prudent in Symmachum.

> *Quid loquar Antinoum coeleſti ſede locatum?*
> *Illum delicias nunc divi Principis? illum*
> *Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili,*
> *Adrianique Dei Ganymedem, non cyathos diis*
> *Porgere, ſed medio recubantem cum Jove fulcro,*
> *Nectaris ambroſii ſacrum potare Lyæum,*

Cum-

Cumque ſuo in templis vota exaudire marito.

Vide præter Spartianum, Tertullianum *in apolog. de corn mil. contr. Maricon.* Pauſaniam in Arcad: alioſque veteres, hos recentiores, Voſſ. de idolol. lib. 1. cap. 12. & 31. C. Rhodig. lect. antiq. lib. 11. cap. 5. Et qui hanc hiſtoriam veteribus nummis illuſtrant, Patinum numiſm. Impp. pag. 199. & 208. 209. Ezech. Spanh. de uſu numiſm. p. 652. —— 657. Occon. p. 166.

Erechteus Atticæ Rex, oraculo Delphico monitus, filiarum natu maximam Proſerpinæ immolavit, & commiſſo contra Eumolpum Thraciæ Regem prælio, victoria potitus eſt. *Stob. ſerm.* 39. Apud Gallos olim, teſte Cæſare, *lib. 6. de bell. Gall.* qui erant affecti gravioribus morbis, quique in præliis periculiſque verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utebantur; quod pro vita hominis, niſi vita hominis reddatur, non poſſe aliter Deorum immortalium numen placari arbitrabantur.

Publice hæc ſubſtitutio vel ſerio fiebat, vel per ludum.

Serio ſtatuebantur vel a ſeipſis, vel ab aliis.

A ſeipſis vel pro Principe, vel pro populo.

Pro ſalute Principis C. Caligulæ aliqui ſe devoverant, quos etiam ſerio perire ipſe voluit. *Sueton. Calig. cap.* 27. *Dio*, *lib.* 59. vid. ſupra cap. 6. & infr. cap. 30. Ob hanc cauſam inſtitutum, ut pro ſalute Principis committerentur gladiatores. Id vero Claudius cum invidioſum ſibi eſſe intelligeret, manus pro ſalute ſua edi prohibuit ut ſcribit Dio, *lib.* 60. Sextus Pacuvius pro ſalute Auguſti ſe devovit. *Idem. lib.* 54.

Pro ſalute populi devoverunt ſe multi tum apud Græcos, tum Romanos.

In Græcorum hiſtoria occurrunt Sperchius & Buris, quorum Plutarchus in apophth. Laconicis meminit, ipſam hiſtoriam ex Herodoto ſupra, *cap.* 16. narravimus. Cratinus Athenienſis, Epimenide Atticam luſtrante, pro patria ultro ſe devovit. interficiendumque obtulit: poſt cumque diem obiit ejus amator Ariſtodemus; quorum interitu terra expiata eſt *Athen. dipnoſ. lib.* 13. Scholiaſtes Demoſthenis, *in Orat. de falſa legat.* ex Philochoro

 tradit:

Digitized by Google

tradit Athenienſibus diuturno bello preſſis oraculum fuiſſe redditum, fore ut belli mala tandem deſinerent, ſi quis ſe ipſum pro urbe interfeciſſet, quo audito Agraulus ſua ſponte e muro in præceps corpus vitamque abjecit, & ſtatim belli ſtetit rabies. Pro Thebarum ſalute devovit ſe Menocceus, apud Statium, *lib.* 10. *Thebaïd.* ſic precatus:

Armorum Superi, tuque o, qui funere tanto
Indulges mihi Phoebe mori, date gaudia Thebis,
Quæ pepigi, & toto quæ ſanguine prodigus emi.
Ferte retro bellum, captæque impingite Lernæ
Relliquias turpes, confixaque terga foventes
Inachus indecores pater averſetur alumnos:
At Tyriis templa, arva, domos, connubia, natos
Reddite morte mea. ſi vos placida hoſtia inivi,
Si non attonitis vatis conſulta recepi
Auribus, & Thebis nondum credentibus hauſi:
Hæc Amphionis per me perſolvite terris:
Ac mihi deceptum, precor, exorate parentem.
Sic ait, inſignemque animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœſtamque teneri
Arripit, inque uno quæſitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc ſpargit turres. & mœnia luſtrat.

Et apud Euripidem in Phoeniſſis:

Ἀλλ' εἶμι, καὶ στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων,
σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ
Δράκοντος, ἔνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο
Ἐλευθερώσω γαῖαν. εἴρηται λόγος.
Sed abeo, & ſtans extra moenia
Interſiciens me ad atrum ſpecum
Draconis ubi vates dixit,
Liberabo terram. dixi ſententiam.

Macaria Herculis filia pro Athenienſibus ſe Inferis devovit. *Pauſan. in Atticis.* Chaon pro incolumitate ſociorum Heleni peſtilentia laborantium, ex oraculo immolandum ſe obtulit. *Serv. ad* 3. *Æneid. v.* 335.

Apud Romanos licebat ſane Conſuli, Dictatorique & Prætori cum

Digitized by Google



Digitized by Google

cum legiones hoſtium devoveret, non utique ſe, ſed quem velit ex legione Romana ſcripta civem devovere. Si is homo, qui devotus eſt, moritur, probe factum videbatur: ni moritur, tum ſignum ſeptem pedes altum, aut majus in terram defodiebatur, & piaculum hoſtia cædebatur. Ubi illud ſignum defoſſum erat, eo Magiſtratum Romanum deſcendere nefas. Sin autem ſeſe devovere volet ſomnio admonitus atque incitatus: ni moritur, neque ſuum, neque publicum divinum pure faciet, qui ſeſe devoverit. Vulcano arma, ſive cui alii divo vovere volet, ſive hoſtia, ſive quo alio volet ius erat. Telo, ſuper quod ſtans Conſul precatus eſt, hoſtem potiri fas non eſt: ſi potiatur, Marti Suovetaurilibus fiebat. *Livius lib.* 8. *cap.* 10. Cum itaque bello Latino, utrique Conſuli, Decio Patri, & T. Manlio, in quiete eadem ſpecies viſa eſſet viri majoris quam pro humano habitu, auguſtioriſque dicentis: *Ex una acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, Matrique terræ deberi: utriuſque exercitus Imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partiſque victoriam fore.* Nocturnos viſus inter ſe conſules contulerunt; placuit averruncandæ Deum iræ victimas cædi: ſimul ut ſi extis eadem, quæ ſomno viſa fuerant, portenderentur, alteruter conſulum fata impleret. Ubi reſponſa aruſpicum inſidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt, cum adbibitis legatis, tribuniſque & imperiis Deum propalam expoſitis, ne mors voluntaria conſulis exercitum in acie terreret; comparant inter ſe, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus coepiſſet, inde ſe conſul devoveret, pro populo Romano, Quiritibuſque. *Ibid. cap.* 6. *Deorum*, inquit, *ope, Valeri, opus eſt, agedum Pontifex publicus populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.* Pontifex eum togam prætextam ſumere juſſit, & velato capite, manu ſubter togam ad mentum exſerta, ſuper telum pedibus ſtantem, ſic dicere: *Jane, Jupiter, Mar ſpater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſiles, Dii Indigetes, Divi quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque proſperetis, hoſteſque populi Romani Quiritium terrore formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita prop opulo Romano Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis, populi Romani Qui-*

Quiritium, legiones auxiliaque hoſtium metum Diis Manibus Tellurique devoveo. Deinde incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus, piaculum omnis Deorum iræ, qui peſtem a ſuis averſam in hoſtes ferret. *cap.* 9.

Decius filius, bello Gallico, M. Livium Pontificem præire verba juſſit, quibus ſe legioneſque hoſtium, pro exercitu populi Romani devoveret, devotus inde eadem precatione, eodemque habitu quo Pater Decius ad Veſerim bello Latino ſe juſſerat devoveri: ſecundum ſolennes precationes adjecit: *Pre ſe agere ſeſe formidinem, ac fugam, cademque ac cruorem: cœleſtium, infernorum iras: contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium, locumque eundem ſuæ peſtis, & Gallorum ac* Samnitium *fore. Liv, lib.* 10. Hanc rem, ut raram ac mirabilem, memoria dignam judicarunt Romani: *durat immenſo exemplo*, ait Plin. lib. 28. cap. 2. *Deciorum, Patris, Filiique, quo ſe devovere carmen.*

Ab aliis devovebantur vel multi ſimul, vel unus ſive ſingularis.

Multi, ut Urbes, Exercitus, Familiæ. In bello ſacro Athenienſes & Amphictyones, ut eſt in oratione Æſchinis contra Cteſiphontem, jurejurando ſe obſtrinxerunt, ſe neque araturos eſſe eam terram, neque paſſuros arare quenquam, ſed defenſuros Deum ac ſacram terram manibus, ac omnibus viribus, addita hac imprecatione: Εἴ τις τάδε παραβαίνοι, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος, ἐναγὴς ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ Λητοῦς, καὶ Ἀθηνᾶς προνοίας. Καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μηδὲ γῆν καρποὺς φέρειν, μηδὲ γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα· μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἧτταν δὲ αὐτοὺς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν, καὶ ἐξώλεις εἶναι αὐτοὺς καὶ οἰκίας, καὶ γένος τὸ ἐκείνων, καὶ μή ποτε ὁσίως θύσαιεν τῷ Ἀπόλλωνι, μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι, μηδὲ τῇ Λητοῖ, μηδ᾽ Ἀθηνᾷ προνοίᾳ, μηδὲ δέξαιτο αὐτοῖς τὰ ἱερά. *Si quis hæc non ſervaverit, ſive civitas, ſive privatus, ſive gens, piaculum ſit Apollini & Latonæ, & Minervæ Pronœæ. ne ipſis terra fruges ferat, neque uxores liberos ſimiles parentibus pariant, ſed monſtroſos: neque pecudes naturales foetus edant; & ſuccumbant in bellis, judiciis, & foro: & funditus pereant ipſi, & domus & gens ipſorum, & nunquam queant ſacrificare Apollini & Dianæ, Latonæ, Minervæ Pronœæ, neque illi ſacrificia eorum recipiant.* Hære-

Hæreditarium piaculum fuit in familiis Athamantis & Cytiſſori, apud Herodot. *lib.* 7. Cum enim Athamas de interficiendo Phryxo conſilia agitaſſet: Achæi, ex oraculo, ei, qui in eo genere maximus natu eſſet, aditu prytanei interdixerunt. Si ingreſſus eſſet, egredi niſi mactandus non poterat, quare multi in alias regiones profugerunt: qui deprehenſi erant, coronis ornati cum pompa ad mactationem ducebantur. Cytiſſori autem poſteri eadem patiebantur, qui, cum Achæi, regionem expiaturi, Athamantem mactare vellent, eum liberavit, quo facto iram Dei in ſuam familiam attraxit.

Cleomenes, apud eundem hiſtoricum *lib.* 5. Cliſthenem Athenis per nuncium ejecit, & præterea ſeptingentas Athenienſium familias, tanquam piaculo Cylonio contaminatas, relegavit. Thucydides, *lib.* 1. de iiſdem agens: Καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοί τε ἐκαλοῦντο, καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. *Exinde impii & piaculares Deæ illi vocati ſunt & ab eis progeniti.* quos vivos tum Athenienſes ipſi, tum Cleomenes urbe ejecerunt, mortuorum etiam oſſa refodientes & abjicientes.

Judæi & ſe, & poſteros coram Pilato devoverunt. *Matt.* 27. 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. ad quem locum Grotius notavit, non Hebræis tantum, ſed & gentilibus hanc fuiſſe opinionem, magnis ſceleribus etiam poſteritatem obſtringi. In fœdere Smyrnæorum: ἐπιορκοῦντι γε ἐξώλεια καὶ αὐτῷ, καὶ γένει τῷ ἐξ αὐτοῦ. Addit ex Seneca, Rufum optaſſe ut quod male erat ominatus, in ſe & filios ſuos recideret. vide eundem Grotium, de jure B. & P. *lib.* 2 *cap.* 21. §. 14.

Præterea quoties vulgi multitudo in aliquibus civitatibus ita creviſſet, ut domeſtica alimenta omnibus ſufficere non poſſent, aut aëris intemperie terra læſa fruges ſolito pauciores protuliſſet, aut aliquis alius hujuſmodi caſus, ſive bonus, ſive malus, civitatibus multitudinis minuendæ neceſſitatem impoſuiſſet, Deo cuipiam conſecrantes annuam hominum progeniem ex ſuis finibus armis inſtructam emittebant. Et, ſi pro felici hominum proventu aut victoria in bello parta gratias diis agerent, peractis ante ſacris ſolennibus, fauſtis ominationibus colonias proſequebantur: ſin, iratis Diis, præſentium malorum finem poſcerent, i-

dem fere faciebant, ſed moeſti, & veniam petentes ab iis qui expellebantur. Illi vero inde migrantes, patria in poſterum cărituri, niſi aliam quæ ſe reciperet, pararent, quam vel gratia vel armis quæſiſſent, eam patriæ loco habebant: deusque cui dicati fuiſſent ii qui abigebantur, eos plerumque adjuvare, coloniasque eorum præter omnem hominum opinionem fortunare videbatur. Hæc Dionyſius Halicarnaſſæus, *antiq. rom. lib.* 1,

Romanorum Dictatores Imperatoreſque ſoli urbes & exercitus devovere poterant, numinibus jam evocatis: carmen recitat Macrobius, lib. 3. Sat. cap. 9. *Dis Pater, ſive Jovis manes, ſive quo alio nomine fas eſt nominare, ut omnes illam urbem Carthaginem, exercitumque quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quique adverſus legiones exercitumque noſtrum arma telaque ferent, uti vos eos exercitus, eos hoſtes, eoſque homines, urbes, agroſque eorum, & qui in his locis regionibuſque, agris, urbibuſque habitant, abducatis, lumine ſupero privetis: exercitumque hoſtium, urbes, agroſque eorum devotas conſecrataſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſint maxime hoſtes devoti: eoſque ego vicarios, pro me, fide, magiſtratuque meo, & populo Rom. exercitibus legionibuſque noſtris do, devoveo: ut me meamque fidem, imperiumque, legiones, exercitumque noſtrum qui in his rebus gerundis ſunt, bene ſalvos ſinatis eſſe. Si hæc ita faxitis, ut ego ſciam, ſentiam, intelligamque, tunc quiſquis votum hoc faxit, ubi faxit, recte factum eſto, ovibus atris tribus, Tellus mater, Teque Jupiter obteſtor.* Cum Tellurem dicit, manibus terram tangit; cum Jovem dicit, manus ad cœlum tollit: cum votum recipere dicit, manibus pectus tangit. Hoc modo oppida intra Italiam devota ſunt, Stonii; Fregellæ, Gabii, Veji, Fidenæ. Præterea extra Italiam Carthago & Corinthus. Sed & multi exercitus, oppidaque hoſtium Gallorum, Hiſpanorum, Afrorum, Maurorum, aliarumque gentium, quas priſci loquuntur annales.

Non omittenda hic maxima expiatio ſive Μέγιστος τῶν καθαρμῶν, ut vocat Plutarchus, quæſt. Rom. 85. cum menſe Majo homines ex ponte in fluvium conjiciebantur, qui ritus ab Hercule in mitiora ſacra mutatus, ut ſtraminea ſcilicet ſimulachra in aquam mitterentur. de hac re videndus Macrobius, *ſaturn. lib.* 1. *cap.* 7.

& O-

Digitized by Google

& Ovidius. 5. *Faſt.* Propter hanc rem Flaminica, Iunonis antiſtita, hoc menſe σκυθρωπάζειν jubetur, lavacro item ac ornatu abſtinere: & conjugium eo menſe contractum infauſtum habebatur. *Plut. loc. cit.*

Unus a multis devotus, loco multitudinis ſtabat, omniumque peccata in ipſo expiabantur, reliqui reatu ſe liberatos credebant. Sinon, 2. Æneid. cum Græcis eſſent

> *Sanguine quærendi reditus, animaque litandum*
> *Argolica*, arx deſtinatus ſcilicet a Calchante,
> ——— *Et quæ ſibi quiſque timebat*
> *Unius in miſeri exitium converſa tulere.*

Leucadii in Apollinis ſacrificio quotannis hominem maleficum devovebant. *Strabo.* Temeſſenſes quotannis virginem devoverunt formoſiſſimam, quod ſacrum ſuſtulit Euthumus cum genio depugnans. *Pauſan. lib. 6. Ælian. var. hiſt. lib. 8. cap. 18.* Maſſilienſes, ut ex Petronio notavit Servius, *ad 3. Æneid.* quoties peſtilentia laborabant, unus ſe ex pauperibus offerebat alendus anno integro, publicis & purioribus cibis. Hic poſtea ornatus verbenis & veſtibus ſacris circumducebatur per totam civitatem, cum exſecrationibus ut in ipſum reciderent mala civitatis & ſic projiciebatur. quam Gallorum conſuetudinem notavit quoque Statii ſcholiaſtes ad 10. Thebaid. Tales apud Athenienſes καθάρματα vocabantur. Scholiaſt. ad Plutum: Καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῇ καθάρσει λοιμοῦ τινος, ἢ τινος ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. *Illi καθάρματα appellabantur, qui ad peſtem aliumve morbum ullum avertendum Diis immolabantur.* Idem ad Equites: ἔτρεφον γάρ τινας Ἀθηναῖοι ἀγεννεῖς καὶ ἀχρήστους, καὶ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τινος ἐπελθούσης τῇ πόλει (λοιμοῦ λέγω, ἢ τοιούτου τινός) ἔθυον τούτους ἕνεκα καθαρθῆναι τοῦ μιάσματος, οὓς καὶ ἐπωνόμαζον καθάρματα. *Alebant enim Athenienſes quoſdam valde ignobiles & inutiles, quos cum malum ullum civitati impenderet, (peſtis ſcilicet aut tale quicquam) ad piaculum expiandum immolabant, quos etiam καθάρματα appellabant.* Suidas: ὑπὲρ καθαρισμοῦ πόλεως ἀνῄρουν ἐστολισμένον τινά, ὃν ἐκάλουν κάθαρμα. Quo reſpexit B. Paulus, 1. *Cor* 4. 13. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν. quo dicto odium mundi in Apoſtolos, omneſque Chriſtianos expreſſit. reputabantur enim piacula mundi, & ſuccidaneæ pro po-

pulo victimæ. Si Tiberis aſcendit in moenia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad Leonem, ut ait Tertullianus, *apolog. cap.* 40. quod vero addit Paulus ſe quoque factum περίψημα πάντων, id σχετικῶς capiendum eſſe vult D. Heinſius, pro eo, qui comparatione alterius pro nihilo habendus, ſicut *Tobiæ*, 5. 24. ubi Anna ἀργύριον ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο. *Utinam fœnus nunquam cura nobis, ſed præ filio noſtro rejectaneum fuiſſet.* ubi περίψημα παιδίου, ex Heinſii opinione, ut apud Paulum περίψημα πάντων. *Devotamenta* vocat Tertullianus adverſus Gnoſticos, *cap.* 2. *Luſtramenta* Ambroſius. Ovidius Abderitanos cives hominem, quem devotum vocabant, non abſimili ratione ſtatis quibuſdam diebus tractare ſolitos auctor eſt illo in Ibin carmine:

Aut te devoveat certis Abdera diebus;
Saxaque devotum grandine plura petant.

Hoc ridicule olim in urbe Halberſtadienſi, in poenitentia publica imitati Saxones, in illo homine quem Adamum vocabant, quem ſingulis annis electum, ferali habitu, obvoluto capite, cineralium die in templo ſtatuebant, & peractis ſacris ejiciebant. donec XL. dies vagantem mendicantem, die Iovis quæ dominicæ coenæ dicata eſt, ad templum reducant, ubi a ſacerdote ſolennibus ceremoniis abſolutus, a confluente illuc populo ſtipem accipit. *Alciat. parerg. Iuris. lib.* 9. *cap.* 22. Chemnitius in examine concilii Tridentini, additione illa finali ad t. 4. eoſdem ritus latius deſcripſit.

Publice devotus eſt Alcibiades, ſed & reſecratus ab iiſdem Eumolpidis ſacerdotibus. Videantur *Juſtinus*, *Corn. Nepos in ejus vita*, *Plutarchus*, *&c.*

Craſſo in Parthos profecturo obſtitit Atejus Trib. Pl. cumque interceſſionibus nihil proficeret ad portam præcurrit, ubi accenſo foco, quum eo Craſſus perveniſſet: ſuffitibus injectis, factiſque libaminibus, diras capiti ejus atroces & horrendas imprecatus eſt. Ad hæc immanes Deos & tetros ibi invocavit. Has Romani arcanas & vetuſtas devotiones ea vi præditas ferunt, ut nemo adverſus quem conceptæ ſint, illas evitare queat, nec etiam bene

cedebant

cedebant eas concipientibus. Unde neque qualibet de cauſa has, neque inultos imprecari. Ac tunc quoque Atejum reprehenderunt, quod cujus Reip. gratia Craſſo infenſus erat, devotionibus eam tanta religione obſtrinxiſſet. *Plutarch. in Craſſo.*

Captivi pro victimis urebantur cum illis, qui in bello occubuerant. 10. Æneid.

Quatuor hic juvenes, totidem quos educat Ufens
Viventes rapit inferias, quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat ſanguine flammas.

Et. lib. 11. *Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris*
Inferias, cæſo ſparſurus ſanguine flammas.

Exules apud gentes barbaras huic fato deſtinati. Cato Orig. lib. 4 apud Priſcian. lib. 19. *Exules duo lege publica exſecrati.* Quis illaudati neſcit Buſiridis aras? Ovid 1. de art:

Dicitur Ægyptus caruiſſe juvantibus arva
Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe novem.
Cum Thraſylus Buſirin adit, monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Jovem.

De Diana Taurca, Ovid. 3. de pont. eleg. 2.

Sacrifici genus eſt (ſic inſtituere parentes)
Advena virgineo cæſus ut enſe cadat.

Seneca in fine Octav. *Hoſpitis illic cæde litatur Numen ſuperum.* Eodem modo hoſpites excepit Diomedes. vid. Eraſm. prov. *Diomedea neceſſitas.* Æthiopes, teſte Diodoro Sic. *lib.* 2. *cap.* 55. per homines exteros regionem ſuam luſtrabant, quos naviculæ impoſitos, ex oraculi monitu, in fortunatam miſerunt inſulam. Credunt enim ſi hoſpites hi eam incolumes contigiſſent, ſuam quoque gentem IↃC. annorum pace ac beatitudine fruituram. ſin longitudine maris territi curſum retroverterent, tanquam impii & perniciales toti nationi, pœnas dabant graviſſimas. Hos coronis redimitos, feſto in littore celebrato hoſtiiſque immolatis ad expiationem perficiendam emittebant.

Hæc res in ludum tandem ac voluptatem abiit. cum ad oblectandos ſpectatorum oculos ἀνθρωποθυσία exercebatur. Lactant. lib. 6. cap. 20. *Hos ludos vocant, quibus humanus ſanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus ſeceſſit humanitas, ut cum animas hominum inter-*

interficiant, ludere ſe opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum ſanguinem voluptati habent. Hac ratione animas defunctorum placare ſe credebant. Tertull. de ſpectac. cap 12. *Munus dictum eſt ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen eſt. officium autem mortuis hoc ſpectaculo facere ſe veteres arbitrabantur, poſteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio ſervos mercati in exequiis immolabant. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant, eruditos tantum ut occidi diſcerent: mox edicto die inferiarum, apud tumulos erogabant: ita mortem homicidiis conſolabantur. Hae muneris origo ſed paulatim provectis ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferrum voluptati ſatis non faciebat, niſi & feris humana corpora diſſiparentur. Quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur.* De variarum gentium ἀνθρωποθυσία, lege Grotium de ſatisfact. Chriſti, pag. 131 —— 135. Nat. Com. mythol. lib. 1. cap 18. Schedium de Diis Germ. ſyngr. 2. cap. 31. Saubert. de ſacrif. cap. 21. alioſque.

Non aliena hic videtur quæſtio, quæ eſt apud Macrobium, *lib.* 3. *Saturn. cap.* 7. cur, cum cætera ſacra violari nefas ſit, hominem ſacrum jus fuerit occidi? Ejus rei hæc ratio redditur: Veteres nullum animal ſacrum in ſuis finibus eſſe patiebantur, ſed abigebant ad fines Deorum, quibus ſacrum eſſet: animas vero ſacratorum hominum, quos Græci ζωάνας vocant diis debitas exiſtimabant. Quemadmodum igitur quod ſacrum ad Deos ipſos mitti non poterat, a ſe tamen dimittere non dubitant: ſic animas, quas ſacras in coelum mitti poſſe arbitrati ſunt, viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt. *Adde C. Rhodig. lect. antiq. lib.* 12. *cap.* 11. *& Scalig. in Feſt. voce* Sacer mons.

Horrendæ huic ſuperſtitioni certatim ſe oppoſuerunt primitivæ Eccleſiæ doctores. Audiamus unum Lactantium, inſtit. lib. cap. 21 *o dementiam inſanabilem! quid illis iſti Dii amplius facere poſſent, ſi eſſent iratiſſimi, quam faciunt propitii? cur ſuos cultores parricidiis inquinant, orbitatibus mactant, humanis ſenſibus ſpoliant? quid poteſt eſſe his hominibus ſancti? aut quid in profanis locis facient, qui inter aras Deorum ſumma ſcelera committunt?* Nempe

Tantum

Digitized by Google

Tantum relligio potuit ſuadere malorum,
Quæ peperit ſæpe ſceleroſa, atque impia facta.

Ridiculum eſt quod apud Athenas in Buphoniis, ſive Diipoliis *ſecuris* homini ſubſtituta fuit. Res ita ſe habet: Antiquitus cum nondum animalia mactarentur, ſed frugibus tantum fieret, Athenis feſtum hoc Iovi urbis præſidi celebratum eſt. Sopater quidam non αὐτόχθων, ſed tamen agros in Attica colens, bovem, qui libamina & ſacram pultem in menſa ad ſacrificium paratam comedebat ac conculcabat, arrepta a vicino, qui eam acuebat, ſecuri interfecit; mox conſcientia ſceleris agitatus, bovem ſepeliit, in voluntarium exilium Cretam fugit Secuta eſt magna ſiccitas & ſterilitas. Conſultum oraculum reſpondit: *Exulem in Creta ea expiaturam, ſi & βουφόνον puniviſſent, & mortuum ſuſcitaſſent, quod erat futurum ſi ex eo deguſtaſſent.* Inventus Sopater ab eo ſcelere ſe liberandum exiſtimavit, ſi omnes publice id agerent, itaque legatis ipſum revocantibus bovem in civitate interficiendum eſſe dixit. cumque illi de bovicida dubitarent, operam ſuam pollicitus eſt, ſi civitate donaretur, ut hac ratione & ipſi cædis participes efficerentur. Reverſi in urbem rem ita inſtituunt, ut deinceps quoque obſervata fuit. Virgines aquam ferunt ei qui ſecurim acuit, quo facto unus ſecurim porrigit, alter ea bovem percutit, tertius jugulat. quo excoriato omnes ex eo epulantur. Poſtea corio conſuto & fœno ac paleis farto bovem ſuſcitant ea forma qua erat cùm viveret, eique aratrum quaſi operanti applicant. Deinde omnes in judicium cædis vocantur. Aquatrices in acuentem, acuens in porrigentem, hic in percutientem, percutiens in ſecurim crimen rejiciunt, quæ, cum ſe defendere nequeat, condemnatur. Ex eo tempore *Diipolia* Athenis in arce hoc modo celebrata ſunt: Pulte & libis æneæ menſæ impoſitis paſcentes boves circumagitant, eum, qui e menſa deguſtavit, mactant, familiæ eorum qui hæc peragunt a Sopatro illo deinceps βουφόνοι ſunt appellati. Ubi vero corio jam referto in judicium eſt ventum, ſecurim in mare projectam demergunt. videantur Porphyrius, Pauſanias *in Atticis*, Ælianus *var. hiſt. lib.* 8. *c.* 3. Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Nebulas.*

CA.

CAPUT. XXIII.

Luſtrationes per porcos, feles, canes, leones. Hoſtiæ, animales. ſacrificiorum genera ἰνδᾶα. χαριστήρια. Hoſtiæ integræ, & lectæ: eximiæ. majores, minores Genio olim hoſtiis incruentis factum, deinceps etiam cruentis, Hecatombe. Suovetaurilia. Ver ſacrum. Canis & ovis. omnis generis animalia. Bos & capra. Animalium pelles, lingua, os ſacrum, carnes, ſanguis. ἐπιβόθεια ἱερά. Sanguis equi, cinis, piſces, ſerpentes.

SIc ergo hominem, animal illud ſanctius, mentiſque capacius altæ, dialolicæ crudelitati obnoxium vidimus: Verum & univerſa κτίσις vanitati huic ſubjecta fuit, tum animata, tum inanimis.

Animata quidem ratione carentia luſtrationibus adhibita vel viva atque integra, vel ſacrificiis deſtructa.

Viva circumferranea erant ut Porci, feles, canes, Leones.

De porcis: Lucianus, Cronoſol: inter leges Saturnalium: τῇ δὲ πρὸ τῆς ἑορτῆς, καθάρσιον μέν τι περιφερέσθω. *Ante feſtivitatem porcellus circumagitor.* καθάρσιον enim χοιρίδιον. *vid. infra finem cap.* 28.

Feli purgandi vim ineſſe crediderunt Athenienſes: ideo in concionibus circumferri jubebant: Ariſtoph. ἐκκλησιαζ. ſc. 11.

ὁ περιστίαρχος περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν.

Periſtiarchum circumferre decet felem.

Canes circum corpus luſtrandi circum ferebantur. περισκυλακισμὸν vocabant. Plutarch. in Romulo: & quæſt. Rom. 66. τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο καὶ χρῶνται γε μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς. Καὶ τῇ ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι, καὶ περιμάττουσι σκυλακίοις τοὺς ἁγνισμοῦ δεομένους, περισκυλακισμὸν

τὸ

τὸ τοιοῦτον γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες. *Omnes fere Graci cane uſi ſunt, & adhuc uſque utuntur victima ad luſtrationes. Et Hecatæ catellos cum aliis purgamentis offerunt. & expiandos catulis abſtergunt, hoc februationis genus περισκυλακισμὸν appellantes.* ubi notandum diſcrimen inter κυνοκτασίαν quæ canum mactatio eſt, unde & Hecate κυνοσφάγος dicta, *vid. Saubert. de ſacrif. cap.* 23. & περισκυλακισμὸν qui ſola circumlatione fiebat. Fuit & *Canis* vinculi genus, quod ut furcam, geſtabant facinoroſi. Plaut. Caſin. act. 2. ſc. 6. *Ut quidem tu hodie canem & furcam feras.* niſi cum vett. codd. *camum* hic legere malis. *Vid. Voſſ. etymolog. in* camus. Feſtus. *Catulus, genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.* Unde Gallo-Belgicum *canaille*, & pœna canem circumferendi apud Germanos, de qua Lipſius, *cent.* 3. *ad Belg. epiſt.* 44. Camer. hor. ſubciſ. *cent.* 2. *cap.* 95. Cujac. obſerv. *lib.* 11. *cap.* 22. Niſi hoc *canaille* derivare malis a *Canali*. Conſule Suiceri theſaurum Eccleſ. in κανάλιος.

Meles Sardium Rex primus, Leonem, ex pellice ſua genitum, per muros urbis circumtulit, quia Telmiſſes judicaverant, ea parte Sardeis fore inexpugnabiles, qua Leo ille circumlatus fuiſſet. Cum autem ea pars, quæ ad Tmolum fluvium vergit, tanquam ipſa natura inexpugnabilis prætermiſſa eſſet, ea deinde urbs a Cyro capta eſt. *Herodot lib.* 1.

Mactatis animalibus luſtrabant ſe gentiles in ſacrificiis, quæ luſtrationun nomine etiam cenſentur. Columell. lib. 2. cap. 22. *Luſtrationem, cæterorumque ſacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priſcis uſitatum.* Porphyrius *de abſtin. lib.* 4. *cap.* 24. inter ſacrificiorum cauſſas κακῶν ἀποτροπὴν *malorum averſionem* numerat. Præter ſacrificia, quibus Deorum voluntas exquirebatur, de quibus ſupra *cap.* 14. egimus, alia erant, quibus Deos placabant, quod fiebat vel ſola anima, vel toto animali.

Sola anima Deo ſacrabatur in hoſtus animalibus, quas ita vocabant Aruſpices. Sic Entellus Eryci taurum mactans, 5. Æneid. ait:

Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis Perſolvo ——
Ipſo nomine uſus eſt, ut animalis hoſtiæ cauſas expleret: & ut nuncupata vota ſignificaret, ait *perſolvo*, quod de voto proprie dici-

dicitur. Deinde Diis perſolutum tum oſtendit dicens: *Sternitur*, exanimiſque *tremens procumbit humi bos.* ſic & animalis hoſtiæ mentionem facit 2. Æneid.

Sanguine *placaſtis ventos*, *& virgine caſa*.
Cum primum Iliacas Danai veniſtis in oras,
Sanguine *quærendi reditus*, animaque *litandum Argolica*.

Nam & *animam*, id eſt, hoſtiæ nomen poſuit, & *litare*, verbo pontificali uſus eſt, quod ſignificat ſacrificio facto numen placare. *Servius ad Virgilium*, *loco laudato*. *Macrob. Saturn. lib.* 3. *cap.* 5. Ad avertendas Striges porca cædebatur addita hac precatione. apud Ovid. 6. Faſt.

Atque ita, *noctis aves extis puerilibus*, *inquit*,
Parcite, *pro parvo victima parva cadit.*
Cor pro corde precor, *pro fibris ſumite fibras*,
Hanc animam *vobis pro meliore damus.*

Arnobius Animalem hoſtiam vocat ſacrificium, quo aliquod animal ſacrificatur, opponitque ſacrificiis inanimatis, aut ex thure, aut ex viſceribus crematis, lib. 7. adv. gentes: *Aut enim*, inquit, *thus datur*, *& liquefactum carbonibus diſperit: aut animalis eſt hoſtia*, *& ab canibus abliguritur ſanguis*, *aut ſi aliquod viſcus aris fuerit traditum*, *ratione ardeſcit pari*, *& diſſolutum in cinerem labitur.*

Reliqua ſacrificia vel *χαριστήρια* erant, quæ præteriti temporis beneficia reſpiciunt: vel ex inſtitutore denominantur, ἀπὸ μαντείας ſi ab oraculo moniti, vel εὐχωλαῖα ſi vota obſtricti ſacrificarent hi ſuperſtitioſi. Deianira apud Sophoclem, Trach: εὐκταῖα φαίνων, ἢ ἀπὸ μαντείας τινός; Εὐκταῖα triplicia, apud Saubertum, *de ſacrif. cap.* 3. His enim vel bona apprecabantur, vel mala deprecabantur, vel Deos teſtes vocabant, quorum media ſpecies proprie expiatoria eſt. Definitur a Cornelio Agrippa, lib. 3. de occult. Philoſ., citante Sauberto, *cap.* 1. *qua expurgabantur civitates fame aut peſtilentia*, *aut alia quavis horrenda calamitate laborantes.* Quæ deſcriptio totam rei naturam non exhaurit, non enim civitates tantum, ſed & homines, agri, exercitus &c. expiabantur: nec tantum calamitate preſſi, ſed & eam timentes, atque ex ſignis augurantes ſacrificiis, Deorum iram avertere, coſque

que placare conabantur.

In his tum corporis integritas, tum ætas ſpectabatur, & ſexus.

Integra voluit Deus O. M. *Mal.* 1. *verſ.* 8. 9, 13, 24. Similia ab idolatatris ſuis poſtulavit Dæmon. Ariſtoph. in Acharn. de ſucula:

> Δικ. ἀλλ' οὐχ θύσιμός ἐστιν αὐτή. Μεγ. σαμάν,
> Πᾶ δ' οὐχὶ θυσιμός ἐστι; Δικ. κέρκον οὐκ ἔχει.
> Dic. *ſacrificari iſthac nequit.* Meg. *quidnum nequit.*
> *Sacrificari? cedo!* Dic. *quia caudam non habet.*

Adeo ſuis membris integra eſſe oportebat, ut nec cauda carerent Scholiaſt. ad hunc loc. τὰ γὰρ κόλουρα ἐν τῇ ἱερουργίαις οὐ θύεται, καὶ καθόλου, ὅπερ ἢ μὴ τέλειον, καὶ ὑγιὲς οὐ θύεται τοῖς θεοῖς. *In ſacrificiis non mactantur, quæ cauda truncantur. Et in univerſum, quod integrum non eſt, atque ſanum, Diis non mactatur.* ſimilia fere habet Suidas in Κόλουρα. Athenæus, dipnoſ. lib. 15. cap. 5. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ συμποσίῳ φησὶν, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα. *Ariſtoteles in ſympoſio dicit, mutilum nihil Diis offerendum, ſed integra ac perfecta.* Hanc ab cauſam veteres victimas coronaſſe videntur, ut integras eas perfectaſque eſſe ſignificarent, τὸ στέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει. *coronare plenitudinem quandam notat:* ut ibidem Athenæus. Et Latinis *Coronis* vocatur, qua opus concluditur. vid. Paſchalium de coronis, *lib.* 1. *cap.* 7. Caſtratis tamen inferis ſacra facta: Scholiaſt. Apollon. ad 1. Argon. Ἔντομα τοῖς τεθνεῶσιν ἐνάγιζον, ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις θεοῖς ἔνορχα ἔθυον. Hinc victimas probandi mos extitit, id quod refert Lucianus de ſacrificiis: στεφανώσαντες τὸ ζῶον, καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες εἰ ἐντελὲς, ἵνα μηδ' ἀχρήστων τι κατασφάττωσι, προσάγουσι τῷ βωμῷ, καὶ φονεύουσιν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ. i. e. *ſertis coronant pecudem, multoque ante explorant, an legitima ſit, & ſacris idonea, ne quid forte mactent ex eis quæ religio repudiat: deinde ad aram adducunt, & ſub oculis Dei jugulant.*

Diſerte Plinius, lib. 8. cap. 45. Victimarum probatio in vitulo, ut articulum ſuffraginis contingat, *ſc: cauda.* breviore non litant. Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare, ſicut nec claudicantem.

 Hunc

Hunc morem docet Virgilius, 4. Æneid *mactant lectas de more bidentes.* ubi Servius: *Non vacat* lectas: *Moris enim fuerat, ut ad ſacrificia eligerentur oves, quibus nihil deeſſet.* Sic 6. Æneid.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit, totidem lectas de more bidentes.

Ubi idem Servius: Intacto, i. e. *indomito, ut* intacta totidem cervice juvencas. Lectas de more bidentes: *De more, antiquo ſcilicet, quem prætermiſit, ut omnibus notum; id eſt, ne habeant caudam aculeatam, ne linguam fiſſam, ne aurem nigram.* Ovid. 15. metam. v. 130.

Victima labe carens, & præſtantiſſima forma, Siſtitur ante aras. Sic *porci eximii.* Donat. ad Terent. Hecyr. act. 1. ſc. 1. v. 9. *Eximia pecora dicuntur, quæ a grege excepta ſunt ad uſus dominorum ſuorum, ut uberius paſcantur.* Sed *proprie* eximii *ſunt* porci majores, *qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. etenim* boves *qui ad hoc electi ſunt*, egregii *diuntur, & oves* lectæ, ut Virg,

Mactant lectas de more bidentes. *ita & porci* eximii. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 5. *Eximii quoque in ſacrificiis vocabulum, non poeticum* ἐπίθετον, *ſed ſacerdotale nomen eſt. Veratius enim in Pontificalibus quæſtionibus docet, eximias dictas hoſtias, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximantur a grege, vel quod eximia ſpecie, quaſi offerenda numinibus eligantur. Hinc ait:* Quatuor eximios præſtanti corpore tauros. *ubi, quod eximuntur, eximios: quod eliguntur, præſtanti corpore monſtravit.*

Atque hæc de puritate atque integritate corporis: ſed præterea, quod ad animam attinet, eandem hoſtiam puram atque incorruptam eſſe oportet. Hoc ſic explorabant, teſte Plutarcho, de oraculorum defectu: Farinam tauris, ciceres ſuibus apponebant, ſi non guſtarent, non eſſe ſanos judicabant. Capra autem arguebatur, ſi frigida affuſa, non moveretur. Iudicabant enim non eſſe animæ ſecundum naturam affectæ, non moveri atque affici cum libamenta inverguntur.

Ætatem quoque reſpiciebant. Lege priſca ſancitum fuiſſe ex Androtione ait Athenæus, lib. cap. 4. μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον ἢ ἄτοκον. *ne ovis intonſa, aut prinſquam peperiſſet, occideretur.*

Var-

Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 4. *qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellabantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum. Itaque apud Plautum in Menachmis, cum inſanum quem putat, ut pietur in oppido Epidamno interrogat, Quanti hic porci ſunt ſacres?*

Hinc diſcrimen oritur inter hoſtias majores & minores; quod ætatis eſſe manifeſtum eſt ex Livio, lib. 22. cap. 1. *Decretum ut ea prodigia partim majoribus hoſtiis, partim lactentibus procurarentur.* Item ex Servio, ad 12. Æneid. v. 160. *In rebus quas volebant finiri celerius, ſenibus & jam decreſcentibus animalibus ſacrificabant. in rebus vero, quas augeri & confirmari volebant, de minoribus & adhuc creſcentibus immolabant.* Aſcanius Jovi majorem vovet. Æneid. 9.

> *Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum*
> *Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,*
> *Jam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.*

Ovium autem ætas, quam ſacrificiis aptam judicabant, biennio determinata erat. neque minores neque majores hoſtias dare licebat. hæ *bidentes* appellabantur, proprer duos eminentiores dentes inter octo, qui non niſi circa bimatum apparent, nec in omnibus ſed in his, quæ ſunt aptæ ſacrificiis, inveniuntur: *Serv. ad* 4. *Æneid. v.* 57, A. Gell. noct. Att. lib. 16. c. 6.

Sexum porro quod attinet, quamvis maſculinus foeminino dignior cenſeatur, et multis in ſacrificiis rite ſit adhibitus, tamen, teſte Servio, *ad* 8. *Æneid. v.* 641. in omnibus ſacris foeminei generis plus valebant victimæ. Si per marem litari non poſſet, ſuccidanea dabatur foemina: Si autem per foeminam non litaſſent, ſuccidanea adhiberi non poterat.

Prodigia ſæpe mjoribus hoſtiis procurata. Liv. libb. 24, 26, 27, 40. *ob prodigia* xx. *majoribus hoſtiis ſacrificatum*, & alibi ſæpe. Etiam genio quinque majores hoſtias cæſas eſſe idem *lib.* 21. *cap.* 52. notavit: qua in re Cenſorino adverſari videtur, qui *lib. de die natal. cap.* 2. Genio ἀναίμακτον θυσίαν ſacrificari affirmat. Et veteres qui, natali die, huic inprimis ſacra faciebant, ſe recte facturos credebant, ſi manum a cæde & ſanguine abſtinerent, ne die, qua lucem ipſi accepiſſent, aliis eriperent. Sic Romani Pa-

lilibus, urbis natali, hoſtiam non cædebant, nec primo Quinquatrium die pugnabatur. 3. Faſt.

Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſa, quod eſt illa nata Minerva die.

Hæc difficultas temporum diſtinctione facile tollitur. Mortalium antiquiſſimi, ut omnes ſuos Deaſtros, ſic & Genium, colebant ſimplicius: vino ſcilicet, unguento, thure, libis, fritilla: quod canit Horatius, lib. 2. epiſt. 1.

Agricolæ priſci, fortes, parvoque beati,
Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſociis operum, & pueris & conjuge fida
Tellurem porco: Sylvanum lacte piabant:
Floribus, & vino Genium memorem brevis ævi.

Perſius, ſat 2. *Funde merum Genio.* Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Huc ades, & centum ludos, Geniumque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.
Illius e nitido ſtillent unguenta capillo,
Et capite, & collo mollia ſerta gerat.
Sic venias hodierne: tibi dum thuris honores,
Liba & Mopſopio dulcia melle feram.

Plin. lib. 18. cap. 8. *Et hodie ſacra priſca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur.* Sequioribus vero temporibus, ſuperſtitione & impietate ſimul creſcentibus, cruentas etiam hoſtias in ſacris natalitiis Genio mactarunt. Tempore Auguſti hoc jam frequentatum. Horat. lib. 4. od. 11. —— *ara caſtis.*

Vincta verbenis avet immolato Spargier agno.

Lampridius, in Alex. Severo: *Cum ejus natalem Aruſpices commendarent, dixerunt eum ſummam rerum tenturum, idcirco quod hoſtiæ de ea villa, quæ eſſet Severi Imp. adductæ eſſent.* Et inter omina mortis ejuſdem Imp. idem ſcriptor: *cum natalem diem commendarent, hoſtia cruenta effugit. Spartian.* in Ant, Geta: *Cum infantis Getæ natalem Severus commendare vellet, hoſtiam popa, nomine Antoninus, percuſſit.*

Præterea Cenſorinus, dicto loco, de privato, & anniverſario Genii cultu agit, qui die natali cujuſque inſtituebatur: Livius autem

autem de cultu Genii extra ordinem indicto, quo una cum aliis Diis, hoſtiis majoribus placatus eſt, propter prodigia facta, nunciata, credita.

Animalia in luſtratoriis ſacrificiis abhibita vel erant unius ſpeciei, vel plurium.

Ex una ſpecie vel victimæ erant vel hoſtiæ.

Victimæ de majoribus animalibus dicebantur, hoc eſt, armentis, etiamſi lactentes eſſent.

Hoſtiæ de minoribus, etiam ſi opimæ, καὶ τέλειαι. Inter victimas taurus præſtabat, inter hoſtias ovis, ut docet Scaliger in Feſtum. *vide Saubertum de ſacrif. cap.* 18. De Equis agit idem Saubertus, cap. 23.

In luſtratoriis maxime adhibebantur porcelli. Pauſan. lib. 1. Eliac. χοῖρον ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς καθαρμόν. *Porcum eſſe ad expiationem idoneum*, Ariſtoph. in Pace: χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς. Δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι. *Tres fœnera drachmas ad porcum mihi, Namque ante mortem oportet ſim initiatus.* Huc pertinet locus Varronis, lib. 2. de re ruſt. cap. 4. *Sus Græce dicitur* ὗς, *olim* θύτης, *ab illo verbo, quod dicitur* θύειν, *quod eſt immolare. Ab ſuillo enim pecoris genere immolandi initium primum ſumtum videtur cujuſque veſtigia quod initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis foedus eum feritur porcus occiditur & quod nuptiarum initio antiqui Reges, ac ſublimes viri in Hetruria, in conjunctione nuptiali nova nupta & novus maritus primum porcum immolant. Priſci quoque Latini, & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam & noſtræ mulieres maxime nutrices naturam, qua foemina ſunt, in virginibus appellant porcam, & Græci* χοῖρον. *ſignificantes eſſe dignum in ſignum nuptiarum ſuillum pecus.* Reliqua animalia enumerare hujus inſtituti non eſt, & fecit hoc Saubertus, *de ſacrif. c.* 22. & 23.

Ex diverſis ſpeciebus ſacrificia erant longe plurima, inter quæ primum locum tuentur *Hecatombæ:* ſic dictæ, vel ex ἑκατὸν & βοῦς, vel ex ἑκατὸν & βάσις, id eſt, ποῦς, ex viginti quinque animalibus quadrupedibus, quæ ſimul habent pedes centum, ut notavit Didymus, ad Iliad. A. v. 65. Heliod. lib. 3. Æthiop. ὁ γὰρ ἀριθμὸς ἀκριβῶς ἑκατόμβη, καὶ εἰς ἀλήθειαν τὸ ὄνομα πληρῶντες. *Numero autem*

exa-

exacto Hocatombe, *& revera nomen implentes.* Sæpe enim idem eſt quod θυσία πολυτελὴς, numerum centenarium ſumendo pro infinito, quod notat Euſtathius ad idem Homeri carmen. hoc autem ſacrificium nunc ex una animalium ſpecie inſtituebatur, ut ex Agnis, Iliad Δ. v. 119. 120.

Εὔχετο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ κλυτοτόξῳ.
Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.
Vovit autem Apollini in Lycia genito, inclyto jaculatori
Ex agnis primigenis ſe ſacrificaturum claram hecatomben.

Ex ſuibus. 1. Æneid. —— *Magnorum horrentia centum*
Terga ſuum, pingues centum cum matribus agnos.

Aliiſque: Julius Capitol. in Max. & Balb. *Centum aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur*, *& ad eas centum ſues*, *centum oves mactantur*: *jam ſi imperatorium ſacrificium ſit*, *centum Leones*, *centum aquilæ*, *& cætera hujuſmodi animalia centena feriuntur.* Alias ex diverſis: Ex tauris & capris hecatombe mactata Apollini. Iliad. A. v. 315. 316.

Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τεληέσσας ἑκατόμβας
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Sacrificabant Apollini perfectas hecatombas
Taurorum & caprarum juxta littus maris indomiti.

Item ex centum ovibus & bove uno, quod Βύπρωρον vocabatur. Heſychius: Βύπρωρον. θυσία τις ἐξ ἑκατὸν προβάτων, καὶ βοὸς ἑνός.

Erant præterea *Suovetaurilia*; quæ ex *ſue*, *ove*, *tauro* nomen ſortita. Gloſſæ: θυσία χοίρου, κριῦ καὶ ταύρου. Alias *Solitaurilia.* Feſtus: *Solitaurilia hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant*, *tauri*, *arietis*, *verris*, *quod omnes eæ ſolidi integrique ſint corporis* Poſt: *Harum hoſtiarum omnium inviolati ſunt tauri*, *quæ pars ſcilicet cæditur in caſtratione. ſunt qui putent ex tribus hoſtiis præcipue nomen incluſum*, *cum ſolido tauri*, *quod ampliſſima ſit earum. quidam dixerunt omnium trium vocabula confuſa*, *ſuis*, *ovis*, *tauri*, *adfeciſſe id quod uno modo appellarentur univerſa.* Paulo aliter I. C. Scaliger de cauſis L. L. lib. 4. cap. 89. *Solitaurilia*, inquit, *non ut ſunt interpretati male veritatem*, Sue Ove, Tauro: *neque enim in voce hac* Soli *eſt* Ovis: *ſed ſic fuit per initia*, Sue, Soloce, Tauro: *ſic enim pecudem lana tectam priſci appellarunt*, *quam ad ſacrificium* egre-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

egregiam habebant, id eſt e grege ſegregatam: integram non tonſam: unde & nomen, quoniam cum tota lana eſſet. Solon *enim oſci dicebant totum, ut Græci* ὅλον, quam ſententiam impugnat Voſſius, in Etymologico, in voce *ſolitaurilia.* Hæc mactabantur cum luſtrum condebatur. *Liv. lib.* 1. *cap.* 44. & in agrorum luſtratione. *Cato, de re ruſt. c.* 141.

A Græcis Romani didiciſſe videntur: Sane Tireſias ſic ait Ulyſſi, apud Homerum, Odyſſ. λ. v. 129. 130.

> ῥέξας ἱερὰ καλὰ ποσειδάωνι ἄνακτι
> Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον.
> *Faciens pulchra ſacra Neptuno Regi,*
> *Arietem, taurumque, ſuumque maritum verrem.*

Qui vero Græcorum τριττὺν putant eſſe Solitaurialia, eos falli ait Brodæus *miſcell. lib. 6. cap. ult.* Hæc enim ex ſue, ove, tauro: at apud Athenienſes illa ex ſue, ariete, hirco fiebant, ut docet Ariſtophanis commentator. *C. Rhodig. lect. antiq. lib.* 12. *cap.* 1. Τριττύαι autem ex tribus animalibus conſtabant. Heſychius: Δωδεκάδες θυσίαι, ἐκ δώδεκα ζώων· ὡς τριττύαι ἐκ τριῶν.

Celebre inprimis fuit *Ver Sacrum*, ſic dictum vel quod religioſum, vel quod vitabile & execrandum eſſet. *Non. Marc.* Feſtus: *Ver ſacrum, vovendi mos fuit Italis, magnis enim periculis adducti vovebant, quæcunque vere proxime nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros & puellas interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant.* Inde *Sacrani* dicti, quod cum aliquando peſtilentia laborarent, ver ſacrum voverunt: ut ait Servius, *ad 7. Æneid. v.* 706. Vovendi formulam, cap. 6. exhibuimus: Adde Briſſon. formul. pag. 98, 99. Et Sabini quondam feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. *Siſenna apud Nonium:* in *ver ſacrum*.

Robigalibus *Canis & ovis*, addito thure & vino Robigini, ut ſegetibus parceret, immolabatur. Canem autem mactabant ob nomen ipſi & ſideri Caniculæ commune: 4. Faſt.

> *Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,*
> *Exta canis flammis, exta daturus ovis.*

Poſt *Thura focis, vinumque dedit, fibraſque bidentis,*

Turpiaque obſcœna vidimus exta canis.

Ratio redditur: *Eſt canis (Icarium dicunt) quo ſidere moto*

Tota ſitit tellus, præripiturque ſeges.

Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ,

Et quare fiat nil niſi nomen habet.

Plinius, lib. 29. c. 4. cauſam eſſe dicit canum puritatem. *Catulos*, inquit, *lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus, hoſtiarum vice, uterentur his.* Feſtus: *Catularia porta Romæ dicta eſt, quia non longe ab ea, ad placandum caniculæ ſidus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flaveſcentes ad maturitatem perducerentur.* Idem *Rutilæ canes, id eſt, non procul a rubro colore immolantur, ut ait Atejus Capito, canario ſacrificio, pro frugibus, deprecandæ ſævitiæ cauſa ſideris caniculæ.* vide Saldeni otia Theol. *lib.* 1. *exerc.* 7. § 12. Adde Plutarch. *quæſt. Rom.* 606. Aſini caput Tages addidit. Columell. lib. 10. de re ruſt.

Hinc mala rubigo virides ne terreat herbas

Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aſelli

Tyrrhenus fixiſſe Tages in limite ruris.

Argivi, immiſſam ab Apolline, ob cædem Pſamathes, & Linum ſuum e Pſamathe filium a canibus laniatum, peſtem averti poſſe, ſi cæſos placarent oraculo moniti, non ſolum fœminas & virgines ad Linum deplorandum miſerunt, ſed & ſacrificiis eundem & feſtum diem, Ἀρνίδα dictum, menſem etiam ἀρνεῖον, quod inter agnos educatus eſſet Linus, vocantes inſtituere, mactaruntque ea die, quotquot uſquam reperire poterant canes. quam veram [illegible] hiſtoriam eſſe judicat Th. Reineſius, *var. lect. lib.* 1 *cap.* 15. *vid. Athen. dipnoſ. lib.* 3 *cap* 21. *Rhodig. lect. antiq. lib.* 17. *cap.* 27.

Meſſenii, in æde Curetum, cujusvis generis animalia, boves, capras, aves in flammas porriciunt & immolant. Patrenſes in honorem Dianæ Laphriæ intra aræ ſeptum viventia animalia conjiciunt, aves eſculentas, & cujusvis generis victimas, apros, cervos, capreas, luporum & urſorum catulos, prægrandes etiam & adultas feras. Addunt & pomiferarum cujusvis generis arborum

Fru-

[illegible], *Pauſan. in Meſſeniacis & Achaicis.*

[illegible] & *Mus* apud Orientales inter fcbrua adhibebantur. I. [illegible] 6. 4. Jeſ. 66. 17. [illegible] *Schedium de Diis Germ. ſyngr.* I. *cap.* 4. *Saubert de ſacrif. cap.* 23.

[illegible] & *Capra* [illegible] apud Livium, lib. 25. cap. 12. *S Cum* [illegible], *ut decemviri* [illegible] *Græco ritu facerent, iisque hoſtiis:* [illegible] *bove aurato, & capris duabus albis auratis. Latonæ bove fæmina aurata.* Hinc *bos ambegnus*. Varr. lib. 6. de ling. Lat. *Ambegnus bos apud Augures, quam circum aliæ hoſtiæ conſtituuntur.* Paulus ex Feſto: *Ambegni bos & vervex appellabantur, cum ad eorum* [illegible] *ducebantur.*

[illegible] partes in luſtrationibus adhibitæ.

[illegible]. Luſtrandi [illegible] inſtituiſſe διὰ κωδίων Heſychius auctor eſt, in quo [illegible] legitur male. Κώδιον enim, codion explicatur, eſt, [illegible] χωρὶς σώματος. *Pellis omnia a corpore* [illegible]. Hinc κώδια apud Homerum, Iliad. I. 657. & Ὀδυσσ. p. [illegible] eſt, ut exponit Didymus, προβάτων δέρματα, vel δοραί. Demoſthenes, *orat. de corona* Æſchini objicit quod noctu, cum [illegible] luſtraret, fuerit [illegible], quod Ulpianus in acceſſionibus explicat, [illegible], [illegible] ὁ Αἰσχίνης τὸν νεβρὸν, καὶ τινὰ [illegible] νεβρίδα ἐνημμένα, καὶ τοὺς τελουμένους [illegible]. Hoc eſt, interprete H. Wolfio: *Pelle hinnuli induitur,* [illegible] *hinnulos occulta quadam ratione, Alii, quaſi initiator* [illegible] *initiandos ſuccingeret.*

[illegible] eloquentiam curantibus ſacra erat Pallas, Odyſſ. γ. [illegible] 332. [illegible], τάμνετε μὲν γλώσσας. *Sed agite, dividite linguas* [illegible] Didymus: ἔθος ἦν [illegible] περὶ τὸ καθεύδειν, τὰς γλώσσας [illegible], καὶ [illegible] τοῖς θεοῖς τοῦ λόγου [illegible]. *Conſuetudo erat* [illegible] *dormitum irent, ſacrificiorum linguas exſcindere,* [illegible] *Deorum, ſermones curantium, comburere.* Homerici [illegible] apud Athenæum, *dipnoſ. lib.* I. *cap.* 14. [illegible], καὶ ἐπὶ [illegible] *ſoleas facere libationes ſuper linguis,* [illegible] ubi Caſaubonus linguas intelligit, quas [illegible] veteri inſtituto. caſtigatque illos, qui [illegible] vertunt, *linguæ commercium*, quod non meminerint verſiculi [illegible] maximi Vatum: Γλῶσσα δὲ πυρὶ βάλλετ', ἀνιστάμενοι δ' [illegible]

ἐπιλείβον, quid eſt ἐπιλείβειν, ait, niſi σπένδειν ἐπὶ γλώσσαις. Confer *Cœl. Rhodig. lect. antiq. lib.* 13 *cap.* 5. Eraſm. in prov. *Lingua ſeorſim inciditur.* Ariſt. Pacc. Natal. Com. mythol. *lib.* 5. *cap.* 5. *pag.* 448.

Os ſacrum in homine ſunt qui conjectent, non tam de magnitudine fuiſſe nuncupatum, quam quod Diis offerri ſoleret. Ex quo & Menander; [illegible]. *Rhodig. lect. antiq. lib.* 13. *cap.* 12. Aliam hujus denominationis rationem excogitavit Clariſſimus *Theodorus Janſonius ab Almeloveen* omnigenæ eruditionis, & eruditæ antiquitatis indagator ſolertiſſimus, in *ſpecimine Antiquitatum e ſacris profanarum.* Originem enim hujus nomenclaturæ deducit a lucta Patriarchæ Jacobi cum Deo, qui eam partem corporis tetigit, quaſi jusjurandum Patribus factum illa ceremonia repetiturus. Gentes hæc didicerunt ab Iſraelitis, qui partem hanc quaſi a Deo, ſibi eſſe tam velut ſacram habentes, ab ejus uſu abſtinuerunt. *Vid. lib. citat. p.* 63. 64.

De carnium partibus Feſtus: *Caviares hoſtiæ dicebantur, quod cavea, id eſt, pars hoſtiæ cauda tenus diceretur, & ponebatur in ſacrificio pro collegio Pontificum, quinto quoque anno.* Talis erat Offa penita. Idem Feſtus: *Penitam offam Nævius appellat ablegmina carnis cum cauda.* Huc pertinent Albegmina vel Ablegmina, quæ juxta Feſtum, *partes extorum, quæ Diis immolabant* quæ porricie, proſecta, proſegmina. Polluce, Gloſſis, [illegible]. Tertull. apolog. cap. 13. [illegible] *quales ſitis in ſacrificando, cum enecta & tabidoſa quæque mactatis, cum de opimis & integris ſupervacua quæque truncatis capitula & ungulas, quæ domi quoque pueris vel canibus deſtinaſſetis.*

Inprimis vero ſanguine ſe purgari credebant. Ex lege divina σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις. *Omnia fere ſanguine purgantur, & abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Hebr. 9. 22. Hanc & idololatriæ ſimiam arripuit diabolus. 4 Faſt.

Sanguis equi ſuffimen erit. Feſtus: *October Equus appellatur, qui in campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti.* *** *cujus cauda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea ſanguis deſtillet in focum, participandæ rei divinæ gratia.* Idem in Palibus. *Equus*

ſi[illegible]

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

partes quas bos [illegible], quod hic bos frugibus pariendis eſt aptus. Caput autem lupi ejus immolati [illegible] [illegible], quia ſacrificium fiebat ob [illegible] inventum.

Lupi jugulati ſanguinem cum herba *Omomi* Perſæ miſcent, & in locum quo ſolis radii non pertingunt, abjiciunt, ad placandum ſcilicet Arimanium, quem mali auctorem ſtatuunt *Plut. de Iſid. & Oſir.*

Præ cæteris inſignis eſt Pontificum inauguratio per ſanguinem, quæ [illegible] vocantur, quod in ſcrobe peragerentur. *[illegible]* 2. Ambroſ. ad Valent Imp. lib. 5 epiſt. 31. *Sacrificium veſtrum ritus eſt beſtiarum cruore adſpergi.* Romanus Martyr, apud Prudentium Periſteph. hymno 10. gentilibus hæc non exprobrat:

Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Acta, in profundum conſecrandus mergitur,
Mire infulatus, feſta vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.
Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita,
Rimoſa, rari pegmatis compagibus,
Scindunt ſubinde, vel terebrant aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus
Huc taurus ingens, fronte torva, & hiſpida,
Sertis revinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditis cornibus deducitur:
Nec non & auro frons coruſcat hoſtiæ,
Setaſque fulgor bractealis inficit.
Hic ut ſtatuta eſt immolanda bellua,
Pectus ſacrato dividunt venabulo,
Eructat amplum vulnus undam ſanguinis
Ferventis, inque texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumina, & late æſtuat.

Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber, tabidum rorem pluit,
Defoſſus intus quem Sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubjectans caput,
Et veſte, & omni putrefactus corpore.
Quin os ſupinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares objicit,
Oculos & ipſos perluit liquoribus,
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam cadaver ſanguine egeſto rigens
Compage ab illa Flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex viſu horridus,
Oſtentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.

Taurobolium hic deſcripſit Prudentius, quod [illegible] *Antonius van Dale*, de oraculis, differt. 1. ſub finem. Sed & [illegible] ab Amazonibus in honorem Dianæ Tauricæ [illegible] *P. Petit. de Amazonibus. cap.* 31. Et Minerva [illegible] dris culta. *Spanhem. de uſu & præſtant. numiſm. p.* [illegible] Suida. Lege & Voſſium, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 53.

A ritu Paſchatis, in Ægypto ab Iſraelitis primo [illegible] vult Epiphanius, *hæreſ.* 18. morem apud Ægyptios [illegible] ut quotannis principio veris, quo tempore [illegible] tum fuerit, minio oves ſuas, nec non & arbores, ut ficus, & cætera ejuſmodi inficerent: Cujus quidem ritus, [illegible] ſam neſcirent, illud tamen vulgo jactitabant: Illo die [illegible] terrarum orbem incendio conflagraſſe, cujus calamitatis [illegible] dæ vim quandam, ſive [illegible] in colore illo, atque colore igneo eſſe poſitum, quibus vero de cauſis ſibi [illegible] perrum.

Hinc certum, Typhonem Oſiridis interfectorem, [illegible] Ægyptiis fuiſſe, quem cum ruſo colore fuiſſe [illegible] us gratiam inirent, [illegible] niſi cognati coloris victimas, [illegible]

tumque

[illegible] rufos, offerebant. Interea boves, homines, aſinos etiam [illegible], quod in agnum Typhonis in eum geſtarent, peſſime ode[illegible]. legatur Spencerus, *de legg. Hebr. ritual. lib.* 2. *cap.* 15. *ſect.* 2.

Vaccæ urina luſtrant ſe Gauri, teſte Joh. Bapt. Ta[illegible]rnano, [illegible] *part.* 1 *lib.* 4. *cap.* 8. Sunt autem Gauri reliquiæ antiquorum Perſarum, avitæ ſuperſtitionis retinentiſſimi, idemque recentiorum, Alcorano addictorum, perſecutionibus expoſiti. Horum [illegible] calcaverit, aut rem quamcunque immundam [illegible]. ubi ex [illegible] ordine aliquis in cadaver inciderit atque illud complexus fuerit, urinam vaccæ quatriduo aſſervatam [illegible], aliisque quibusdam herbis mira ſuperſtitione [illegible], eaque urina peccatorem post decem dierum rigidam [illegible], quem *Caci* dicunt, ſæpius aſpergit, [illegible] ex ea bibendum porrigit. Tunc demum a [illegible] ſuo abſolutus cenſetur.

[illegible] *cineres* ſacris [illegible] eſſe judicarunt, ut [illegible] a Deo, [illegible] 19. [illegible], diabolica κακοζηλία imitaretur. inprimis comburendorum vitulorum: 4. Faſt.

[illegible] equi ſuffimen erit, vitulique favilla.
[illegible] *Igne cremet vitulos quæ natu maxima virgo eſt,*
[illegible] populos purget ut ille cinis.

Apud Eleos [illegible] Februarii nono ſupra decimum aruſpices cineres [illegible] Prytaneo deportant, eoſque aqua ex Alpheo amne diluto [illegible] Jovis oblinunt: quamobrem Alpheus omnium fluviorum [illegible] amicus creditur. *Pauſan. Eliac. prior.*

[illegible] immolatos eſſe tum a Græcis, tum a Romanis, contra Porphyrii ſententiam probat Voſſius, *de idolol. lib.* 9. 7. vid. [illegible] in caſtig. ad Feſtum, in *Pollucere*.

[illegible] Baccho immolati, & dentibus lacerati. Prudent. in [illegible]

[illegible] pro meritis Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & virides diſcindunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt. quod & ebria jam tunc
Ante oculos Regis Satyrorum inſania fecit.
[illegible] vitor [illegible] muneris furtalibus ipſas

Ma-

Mænadas, inflammante mero in ſcelus inde rotatas.

Ophioplagi: feſtum Bacchi, quo ejus myſteria ſerpentum dilacerationibus celebrabantur, idque [illegible]. Nec mirum hoc tempore factum eſſe, cum hodie quoque non pauca videamus a præſtigiatoribus hoc genus fieri. Facile enim fuit [illegible] hominum mala [illegible] vino [illegible], *vid. Barth. adverſ. lib. 11. cap. 15.*

Coronidis loco ſit huic capiti locus Julii Firmici Materni, qui profanarum religionum errores relinquens ſic ſcribit: *Nunquam apud idola profuſus ſanguis invenit. Ne cruor pecudum miſeros homines aut decipiat, aut perdat: polluit ſanguis iſte, non redimit, & per varios caſus homines premit in mortem. Miſeri ſunt, qui profuſione ſacrilegi ſanguinis cruentantur.* Taurobolium vel Criobolium *ſcelerata te ſanguinis labe perfundit. Laventur itaque [illegible] quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic poſt multas maculas cum Spiritu ſancto Chriſti ſanguine incandeſcas.*

CAPUT. XXIV.

Luſtrationes per vegetabilia. fruges, [illegible] per [illegible]. leguminа, myrtum, Scillam, trifolium, Allium, porrum, [illegible], laurum, roſas, ſ[illegible]. Arbores & ligna. De fabis. Pythagoricum [illegible] [illegible]. Arbutus & ſpina alba. Helleborus. mola ſalſa. [illegible] farina non eſt. Lex. Sal ſacrum.

PRogredior ad ea, quæ viliſſima anima, vegetatrice ſcilicet, prædita, non minori religione in luſtrationibus [illegible] fuerunt. Non enim uno malo, ex [illegible], in qua vivebat, ſuperſtitionem, juſtravi. Seneca, [illegible] cap. 6. *[illegible] in villimis [illegible]*, inquit, *[illegible]*, [illegible] quæ

quæ præfulgeant, deorum eſt honos, ſed pia ac recta voluntate venerantium: Itaque boni etiam farre ac fritilla religioſi ſunt; mali rurſus non effugiunt impietatem, quamvis aras multo ſanguine cruentaverint.

Atque hic ſimplex ſacrificandi modus primæva illa & ſimplici ætate in uſu fuit. 1. Faſt.

Ante Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica ſalis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita puppis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus aduſta ſono.
Si quis erat factis prati de flore corollis
Qui poſſit violas addere, dives erat.
Hic qui nunc aperit percuſſi viſcera tauri,
In ſacris nullum culter habebat opus.

Hæc ἁγνὰ θύματα, *pura ſacrificia.* Plato. 6. de legg. τοὐναντίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις, ὅτε οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν γεύεσθαι, θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα, σαρκῶν δ' ἀπείχοντο, ὡς οὐχ' ὅσιον ὂν ἐσθίειν, οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν. *Contrarium audimus in aliis, quando nec bovis carnem guſtare audebamus, ſacrificiaque Deorum non animalia, ſed placenta erant ex ſimila confecta, frugeſque melle delibutæ, & alia id genus* pura ſacrificia: *a carnibus vero abſtinebant, ac ſi nefas eſſet veſci, & aras Deorum ſanguine polluere.* In delo ara fuit Apollinis Γεννήτορος *Genitoris*; quæ nunquam imbuta victimarum ſanguine. Diogenes Laert. lib. 8. de vitis Philoſ. tradit: πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδέν. *Fruges & hordeum, ſolaſque placentas ſine igne illi, nullum vero imponi animal.* Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 6. ex Cloatio Vero docet, apud aram illam hoſtiam non cædi, ſed preces tantum fundi, quam Pythagoras velut inviolatam adoraverit. Clem. Alex. lib. 7. ... μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι. πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν

ἐςὶ προσελθεῖν φασὶ, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθεῖσα. *Vetuſtiſſimam in Delo aram puram eſſe jactitarunt. ad hanc ſolum acceſſiſſe Pythagoram nulla cæde & morte inquinatum.* Æneas apud Virgil. 3. Æneid. in Delum delatus, non cædit hoſtiam, ſed ſtatim inchoat precem, & ut *genitorem* expreſſius nominaret, ait: *Da*, Pater, *augurium*. Cyrillus, lib. 9. contra Julianum, Deliacum illiud altare *Piorum aram* vocat: & Jamblichus, cap. 5. de vit. Pythag. ἀναίμακτον *incruentatum* indigitari ſignificat. Philoſtr. lib. 1. de vit. Apollonii, refert Pythagoræ ſacrificia eſſe, μὴ αἱμάττειν τοὺς βωμοὺς, ἀλλ' ἡ μελιττοῦσσα, καὶ ὁ λιβανωτὸς, καὶ ὁ ἐφυμνῆσαι. *non cruentare aras, verum mellita placenta, & thus, & hymnus, hæc ab illo ad Deos adſcendere.* Athenienſes Deæ Εἰρήνη victimam ἀναίμακτον ſacrarunt. Ariſtoph. in Pace: οὐχ ἥδεται δήπουθεν εἰρήνη σφαγαῖς, οὐδ' αἱματοῦται βωμός. *Non certe pacem cæſa juvat victima: nec ara cruentatur.* vide Scholiaſt. 101.

Græcos imitati Romani Deo Termino animalia non immolabant. Plut. quæſt. Rom. & in Numa: ὡς ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης, ᾤετο δεῖν ἄμικτον καὶ φόνου καθαρὸν καὶ ἀμίαντον διαφυλάττειν. *tanquam inſpectorem, & amicitiæ paciſque auctorem, a ſanguine purum impollutumque ſervandum exiſtimabat.* Dion. Halic. lib. 2. θεούς τε ἡγοῦνται τοὺς τερμόνας καὶ θύουσιν αὐτοῖς ἔτι τῶν μὲν ἐμψύχων οὐδέν. οὐ γὰρ ὅσιον αἱμάττειν τοὺς λίθους. πελάνους δὲ Δήμητρος, καὶ ἄλλας τινὰς καρπῶν ἀπαρχάς. *Nam & Terminos pro Deis habent, & adhuc illis non quidem animalia, nefas enim lapides ſanguine inficere, ſed placentas ſacrificant Cereales, & alias quaſdam frugum primitias.* Numæ inſtitutum non ſemper Romanis ſervatum: 2. Faſt.

Spargitur & cæſo communis terminus agno,
Nec queritur lactens cum ſibi porca datur.

Rore marino veteres, antequam thus ſciretur, Deos placabant. *Apulejus de virtut. herb. cap.* 79.

Apud Athenæum, *dipnoſ. lib.* 3. *cap* 5. e Pherecratis dramate dicitur: oculos puerorum recenti *ficu* fricandos. Euſtath. Odyſſ. H. v. 121. λέγεται δὲ καὶ συκάσιος ζεὺς παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὁ καθάρσιος. τῇ γὰρ συκῇ ἐχρῶντο φασιν ἐν καθαρμοῖς. *Jupiter Averruncus veteribus Sycaſius dictus, ficu enim in luſtrationibus utebantur.* Vide & Torrentium ad Horat. lib. 1. ſat. 8. *Olim truncus eram ficulnus, &c.*

Huc

Huc ſpectant illa Iuliani Imp. in epiſt. ad Sarapionem : Καθάπερ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀλεξήσεως ἱερᾶς τῆς τῶν βρωμάτων ἀδικίας προτεινόμενον, καὶ μὴν ὅτι θεοῖς τὸ σῦκον ἀνάκειται, καὶ θυσίας ἐστὶν ἁπάσης ἐμβώμιον, καὶ ὅτι παντὸς λιβανωτοῦ κρεῖττον ἐς θυμιαμάτων σκευασίαν ἐστὶν οὐκ ἐμὸς ἴδιος οὗτος λόγος, ἀλλ' ὅστις τὴν χρείαν αὐτοῦ ἔμαθεν, οἶδεν ὡς ἀνδρὸς σοφοῦ, καὶ ἱεροφάντου λόγος ἐστί. *Tanquam hoc unum (ficus) pro omnibus ſacrum remedium adverſus ciborum injurias exhibeatur. Nam Diis eam conſecrari, omnibuſque aris adhiberi, & quovis thure ad odores aptiorem eſſe, non mea eſt oratio, ſed quiſquis uſum ejus didicit, a ſapiente ſacrorumque antiſtite, manaſſe intelligat.*

Germanus huic mos a Zoroaſtre 11. Geoponic. docetur: Spondebat ille magus, oculos integro anno illi non dolituros, qui conſpectæ primum *roſæ* tribus calycibus eos deterſiſſet. *vid. Caſaub. in Athen. lib.* 1. *cap.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 5.

Allium: Perſ. ſat. 5. fin. —— *Si non*

Prædictum ter mane caput guſtaverit allI.

Porrum & Apium: Petron. ſatyr. *Infra manus meas camellam vini poſuit, & cum digitos pariter extenſos porris apioque* luſtraſſet. pollutos ſcilicet cæde anſerina.

Laurus: Ejus ramum in morbis graviſſimis pro foribus ſuſpendebant, Apollinem, mortis fatalis præſidem, cujus ea arbos, deprecaturi. Auctor Etymologici magni: Ἀγλήνους, τοὺς τῆς δάφνης ὀρπήκας, τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν ἱσταμένους. Statius, ſylv. 5. ubi de Abaſcantii in Priſcillam uxorem pietate:

Ille modo inferna nequicquam flumina Lethes
Incorrupta rogat: nunc anxius omnibus aris
Illachrymat, ſignatque fores.

Diogenes Laërtius de Bione ægrotante:

Ῥάμνον τε, καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκε.
Virgultum ſpinoſum, & lauri ramum ſuper fores ſtatuit,

vide ſupra, *cap.* 19. & Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Feſt. in voce *Laureati.*

Perſæ tum alias herbas, tum maxime *trifolium* hoſtiarum elixis carnibus ſubſternunt, *Herodot. lib.* 1.

Ariſtereon: Euſtath. in Odyſſ. X. circa ſin. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον διὰ θείου ἐγίνοντο καθαρμοὶ, ἀλλὰ καὶ φυτά τινα εἰς τοῦτο χρήσιμα ἦν. Ἀριστερεὼν

ςερεὼν γῦν, φυτὸν κατὰ παυσανίαν, ἐπιτήδειον εἰς καθαρμόν: Ἀεριςερεὼν autem verbena eſt, περιςερεὼν Dioſcoridi, de qua *cap.* 19.

Arborum hic ac lignorum uſus frequens, forte, quod Chriſtus in ligno crucis moriturus Deo nos reconciliaturus eſſet; ut & hac in re diaboli κακοζηλία appareat. Jul. Firm. de err. proſan. relig. *Sacra ſua perditus carnifex, pro nefas, per lignum ſemper renovari diſpoſuit, ut, quia ſciebat ita fore, ut ligno crucis affixa vita hominis perpetua immortalitatis compagine ſtringeretur, ideo perituros homines ex ligni imitatione deciperet. In ſacris Phrygiis, quæ matris Deum dicunt, per annos ſingulos arbos pinea ceditur, & in media arbore ſimulacrum juvenis ſubligatur. In Iſiacis ſacris de pinea arbore ceditur truncus, hujus trunci media pars ſubtiliter excavatur, illis de ſeminibus factum idolum Oſiridis ſepelitur. In Proſerpinæ ſacris cæſa arbor in effigiem virginis formamque componitur, & cum intra civitatem fuerit illata, quadraginta noctibus plangitur, quadrageſima vero nocte comburitur.*

Panis: Athen. dipnoſ. lib. 4. c. 13. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον σπονδὰς ἐποιοῦντο, οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἀλλ᾽ ἀποματτόμενοι τοῖς ψωμοῖς, καὶ τὴν ἀπομαγδαλίην ἕκαςος ἀπέφερε. τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν τῇ ἀμφόδοις γιγνομένων νυκτερινῶν φόβων. *Coenati Diis libant manibus illotis, ſed fruſto panis abſterſis, Apomagdaliam vocant, quod abiturus quiſque ſecum portat. Id fiebat ob nocturnos in compitis pavores.* vid. Eraſm. in Adag: *Canis vivens e magdalia.*

In Delphorum luſtratione, quæ ſingulis novenniis fiebat, *farina tantum* adhibita, quæ cum leguminibus diſtribuebatur a Rege ſolio inſidente, ſimul imaginem Charilæ cujuſdam colapho excipiebat, quoniam ea, in rei frumentariæ inopia, talem injuriam a Rege ſibi factam cum concoquere non poſſet, laqueo vitam finierat. *Plut. quæſt. Græc.* 12.

Ervo utebantur Tralliani, *Plut. quæſt. Græc.* 46. Minyæ & Leleges Trallianos finibus ejecerant, eorumque regionem occupaverant. Hi autem reſumtis viribus Leleges acie vicerunt, quorum fugientium cum nulla haberetur ratio, utrum viverent an morerentur, edictum fuit: Si quis Trallianus Lelegem aut Minyam interfeciſſet, ervorum modio interfecti parentibus ſoluto a cæde purgandum eſſe.

Myr-

Myrtus Veneri ſacra, de qua Plinius, lib 15. cap. 25. *Traditur myrtea verbena Romanos Sabinoſque, cum propter raptus virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore ſuffimenti genus habetur, ideo tum electa, quoniam conjunctioni & huic arbori Venus præeſt.*

De viſco, & robore Plinius, lib. 16. cap. 44. *Nihil habent Druidæ viſco & arbore in qua gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque Græca interpretatione poſſint Druidæ videri. Enimvero quicquid adnaſcatur illis e coelo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque his facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellantes ſuo vocabulo, ſacrificio epuliſque rite ſub arbore præparatis, duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tunc demum victimas immolant, precantes ut ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Foecunditatem eo poto dari cuicunque animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio, tanta gentium in rebus frivolis plerunque religio eſt.*

De Scilla, idem Plinius, *lib.* 20. *cap.* 9. inter alia refert, tradidiſſe Pythagoram, ſcillam in januæ limine ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere. Theophr. charact. cap. 17. inter ſuperſtitioſi ſigna ponit: ἱερείσας καλέσας σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὑτὸν περικαθᾶραι. *Piatricibus adſcitis jubet ſe ſcilla circumlatione purgari.* Ubi notat Caſaubonus: Artemidorus ἐνοδίῳ: ἡ σκίλλα καθάρσιος εἶναι νενόμισται. Lucianus: ἐπισκοποῦντες ἐκάθηρέ τε με, καὶ
„ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνιζε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσι. Dio Chry-
„ ſoſt. orat. 48. Ἀλλά μοι δοκεῖ περικαθάραντας τὴν πόλιν τῇ σκίλλῃ,
„ μηδὲ ὕδατι, ἀλλὰ καθαρωτέρῳ χεύματι λόγῳ κοινῇ παραθεῖν. Plura
„ Clemens Alex. 7. Strom. & Theocriti Scholiaſtes in Tha-
„ lyſiis. Hæc Caſaubonus. Hac expiabantur qui mentis erant parum ſanæ. Auſon:

Scillato decies ſi cor purgeris aceto,
Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.

Unde σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν jubebantur, quod proverbium ab Eraſmo explicatum, Heinſio tamen in lectionibus Theocriteis contradicente.

Fabarum quoque uſus in luſtrationibus fuit. In eum uſum fabam repoſitam protulit Enothea in Satyrico Petronii. Nonius cap. 2. §. 513. ex Varrone de vita Pop. Rom. *Quibus temporibus fabam jactant noctu, ac dicunt ſe Lemures domo extra januam ejicere*. Feſtus: *Fabam nec tangere nec nominare Flamini Diali licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus jacitur Larvis, & parentalibus adhibetur ſacrificiis, & in flore ejus luctus litera apparere videntur.* Ovidius 5. Faſt. Lemuria ſic deſcribit:

Nox ubi jam media eſt, ſomnoſque ſilentia præbent,
Et canis, & variæ conticuiſtis aves.
Ille memor veteris ritus, timiduſque Deorum,
Surgit, habet gemini vincula nulla pedes.
Signaque dat digitis medio cum pollice junctis,
Occurrat tacito ne levis umbra ſibi.
Cumque manus pura fontana perluit unda,
Vertitur, & nigras verſat in ore fabas.
Averſuſque jacit: ſed dum jacit, Hæc ego mitto,
His, inquit, redimo meque meoſque fabis.
Hæc novies dicit, nec reſpicit, umbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente ſequi:
Rurſus aquam tangit, Temeſaaque concrepat æra,
Et petit ut tectis exeat umbra ſuis.
Cum dixit novies, manes exite paterni,
Reſpicit, & pure ſacra peracta putat.

Pythagoras, κυάμων ἀπέχεσθαι *a fabis abſtinere* præcepit. Cauſam ex Ariſtotele memorat Laertius, quod faba inferni portis ſimilis eſſet. Sola enim faba ἀγόνατος, geniculorum expers eſt, ejuſque ſcapi cavitas, nullo prorſus geniculo, quaſi obice obturata eſt: Sic etiam inferni porta, nunquam oppeſſulata, animalibus εἰς γένεσιν καθιέναι in generationem deſcendentibus perpetuo patet. Conſule Windetum, de vita functorum ſtatu. ſect. 5. *Stipula fabalis* in Pali-

Palibibus. 4. Faſt.

Certe ego de vitulo cinerem, ſtipulamque fabalem,
Sæpe tuli plena februa toſta manu.

Rurſus ibid. *Sanguis equi ſuffimen erit, vitulique favilla,*
Tertia res dura culmen inane fabæ.

Furfures & palea quoque adhibebantur. Demoſthenes pro corona: Καθαίρων τὰς τελυμένυς, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις. Incendii τῶν πιτύρων mentio eſt in epiſtola Baruchi, quæ Jeremiæ prophetæ falſo adſcribitur, cap. 6. v. 42. αἱ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται θυμιῶσαι τὰ πίτυρα. Sunt qui ſcelerum expiandorum gratia mulieres in viis Babyloniis vel furfur, vel oſſa olivarum, vel paleam cremaſſe putant. Vulg. Verſio ſic habet: *Mulieres circumdatæ funibus, ſedent in viis ſuccendentes oſſa olivarum.* Perperam. Nam textus non habet πιτυρίς, quod ſignificat olivæ oſſiculum, ſed πιτυρόν. At Montanus & Tigurini; *Furfures.* Junius: *Accendentes acus eorum.* in margine notavit *glumam, paleas & quiſquilias minutas junci, quas ad præcinctionem ſuam videbant ineptas eſſe, quod genus Latini veteres Titivillitium nominabant.* Belgæ: **Om reuck-werck van ſemelen te offeren.** Eſt enim τὸ πίτυρον palea, furfur, capitis ſordes, & farinæ purgamentum. Non autem fuit hoc aliquod luſtrationis genus, ſed potius incantamentum amatorium apud Aſſyrios uſitatum, ad animos in amorem pelliciendos. Hunc ſenſum ſuggerit Theocritus in Pharmaceutria, ubi Simoetha venefica, quæ Delphidem juvenem deperibat, dum illum magicis carminibus ad ſe trahere conatur, ſic ait: Νῦν θύσω τὰ πίτυρα. *Nunc ſuccendam, aut ſacrificabo πίτυρα.* Et ſub Idyllii finem fatetur, ſe illas magicas incantationes ab Aſſyrio vel Babylonio hoſpite didiciſſe:

Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα.

Atque hæ erant illæ artes, quas ejus epiſtolæ auctor, Judæis Babilone cavendas hortatur. vide Delrio diſq. magic. pag. 323, 324, 325. edit. in 4°. Grotius τὰ πίτυρα Hebræorum חורים & aperturam ſignificare ait. hæc ad veneris ſacra pertinent, cui ſacra feciſſe Babylonios Herodotus, *lib.* 2. & Strabo. *l.* 16. notarunt. Apertura illa eſt rima illa, de qua Sotades Regi Philadelpho Arſinoën ſororem ducenti, dixit, *Nefas eſſe aculeum trudere*

in rimam ſanctam. Athen. lib. 14. cap. 4. & Auſonius in centone Feſcennino:

> *Eſt in ſeceſſu tennis quo ſemita ducit*
> *Ignea rima micans.*

Sentibus portenta prodigiaque mala comburi oportere dixit Tarquinius Priſcus in oſtentario arborario. *Macrob. ſaturn. lib.* 3. *cap.* 20.

Albutus & *Spina alba* contra Striges pueros in cunis lædentes. Ovid. 6. Faſt.

> *Sic fatus, ſpinam qua triſtes pellere poſſet*
> *A foribus noxas, hac erat alba, dedit.*

Et Poſt: *Protinus arbutei poſtes ter in ordine tangit*
Fronde, ter arbutea limina fronde notat.

Deinde: *Virgaque Janalis de ſpina ſumitur alba,*
Qua lumen thalamis parva feneſtra dabat.
Poſt illud neque aves cunas violaſſe feruntur,
Et rediit puero, qui fuit ante, color.

Varro in Ætiis: apud Soſipatrum lib. 1. *Fax ex ſpina alba præfertur, quod Purgationis cauſa adhibetur.*

Græci hanc virtutem pellandarum noxarum, & omnium maleficiorum averruncandorum tribuunt τῇ ῥάμνῳ. unde ἀλεξιάρην, & ἀλεξίκακον ῥάμνον paſſim vocant. Dioſcorides de rhamno: λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτοῦ θύραις ἢ θυρίσι προστεθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας. Hæ ſunt triſtes noxæ, quas *albam ſpinam* à foribus pellere canit Ovidius. Diogenes Laërtius in vita Bionis.

> Καὶ κυςίσι βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε.
> Ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκε.
> *Perſuaſus brachia pelliculis alligavit,*
> *Virgultumque ſpinoſum, & lauri ramum ſupra fores ſtatuit.*

Sic legendos ac diſtinguendos hos verſus docet Salmaſius, ad Solin. pag. 524. & ex eo Menagius ad Diog. Laërt. loc. cit. Κύςις enim pellicula cui includitur amuletum, ſic dicta ob veſicæ ſimilitudinem. Dioſcorides περὶ ὕλης ἰατρικῆς lib. 3. c. 13. ubi de dipſaco carduo: οἱ δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ σκώληκες εἰς κύςιδα ἐνδεόμενοι, καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι ἱςοροῦνται τεταρταϊκοὺς ἀποθεραπεύειν.

Eſt *Hellebori genus* nigrum, *Melampodion* vocant (*Plin. lib.*

25.

25. *cap.* 5.) quo domos ſuffiunt purgantque ſpargentes & pecora cum precatione ſolenni. hoc & religioſius colligitur. Primum enim gladio circumſcribitur: dein qui ſucciſurus eſt ortum ſpectat: & precatur ut id liceat ſibi concedentibus Diis facere: obſervatque aquilæ volatus, fere enim ſecantibus intereſt, et ſi prope advolavit, moriturum illo anno qui ſuccidat, augurium eſt. Reliqua de plantarum arborum fructuumque in ſacrificii uſu pete ex Sauberto *de ſacrif. cap* 24.

Miſcebantur etiam frumenta cum Sale in mola ſalſa. Græci οὐλοχύτας vocarunt. Didymus Homeri interpres ſic deſcribit: Εἰσὶ δὲ κριθαὶ μεθ᾽ ἁλῶν μεμιγμέναι, ἃς ἐπέχεον τοῖς ἱερουργουμένοις ζῴοις, πρὸ τοῦ θύεσθαι. *Hordeum ſale mixtum, quod ſacrificandis animalibus ante mactationem ſuperfundebant.* quibus ſane verbis ipſa Luſtratio indicatur. Rationem deinceps addit duplicem, quarum prior eſt, ne avara manu ſacrificare viderentur: πολυπληθείας χάριν. Altera propter memoriam vitæ priſcorum mortalium, cum nondum fruges molere noverant: ἢ μνήμην ποιούμενοι τῆς ἀρχαίας βρώσεως, ὡς γὰρ φησὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, πρὶν ἢ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀλεῖν τὸν δημητριακὸν καρπὸν, οὕτω σώας αὐτὰς ἤσθιον, ὅθεν οὔλας αὐτὰς φησὶν ὁ ποιητής. Scilicet q. ὅλας, quia non molebatur hordeum *Rhodig. lib.* 12. *cap.* 1. Hinc apparet Græcorum conſuetudinem a Romana fuiſſe diverſam: Græci enim hordeo non molito, ſed ſolido utebantur; Romani contra ſpicis adoreis a Virginibus Veſtalibus rite toſtis, molitis, piſtis uſi ſunt, ut apud Feſtum in *Mureis*, aliosque a Sauberto, *cap* 18. nominatos ſcriptores, videre eſt. Sane Farina, tanquam ſymbolo Pythagoras a mundis, mente candida ac expurgata conſcientia ſacrificandum eſſe ſignificabat, hac lege: Μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων. *Saubert. cap.* 26. Cui ſimile quod de celeberrimo Judæorum Magiſtro, Davide Kimchio uſurpatur: אין קמח אין תורה *Abſque farina non eſt Lex*, Alluditur ad Rabbini nomen, קמחי quaſi *Farinaceum* dicas. Alii idem eſſe volunt dicto R. Eliezeris, in Pirke Aboth, cap. 3. §. 17 אם אין תורה אין דרך ארץ אם אין דרך ארץ אין תורה *ubi non eſt Lex, ibi non eſt vita politica: ubi non eſt vita politica, ibi non eſt Lex.* Scilicet ubi Reip. & vitæ communi male proſpicitur, religioni ac pietati honor ſuus conſtare non poteſt. Et cum non eſt viſio nudatur populus

Prov. 29. 18. Alii de graviſſimo paupertatis onere capiunt, quo preſſi ſtudio Legis vacare vix poſſunt:

Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi. ——

Aliciatus in emblematis ſic luſit:

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Ut me pluma levat, ſic grave mergit onus.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces,
Me niſi paupertas invida deprimeret.

Altera hujus mixturæ pars eſt SAL, qui duas inprimis virtutes poſſidet, quarum prior eſt, quod a corporibus vita deſtitutis putrefactionem ac tabem arcet, morti, quaſi animæ vice fungatur, reſiſtens. ideoque æternitatis ſymbolum, ideo Sal fœderis, Num. 18. 19. quo Dei fœdus quaſi ſalitur, ut ſanctum & inviolatum maneat. Omnia etiam ſacrificia ſale condienda Deus præceperat *Lev.* 2. Altera eſt, quod vim quandam gignendi habeat, ſeminalem enim vigorem acuit, ideoque qui canibus alendis operam dant, eos ſalſis carnibus ac ſalſamentis paſcunt, quo ad Venerem reddantur alacriores. Accedit quod e navibus marinis immenſa murium vis enaſci ſoleat. Neque deſunt qui dicant, qui tamen fidem non merentur, mulieres, etiam citra virilem operam, gravidas fieri, ſi ſalem lingant. Hoc voluerunt Poetæ, qui Venerem, genituræ principem ἀλιγενῆ finxerunt, Deoſque marinos fœcundos, & plurimorum liberorum patres. Neque eſt ullum aliud animal neque terreſtre, neque volatile perinde fœcundum, ut ſunt omnia marina. Veriſſimum itaque illud: *Nihil divinius SOLE & SALE.* Certum eſt, ex Tacito, *ann.* 15. majores noſtros Cattos & Hermunduros olim credidiſſe, locos ſale foecundos maxime propinquare cœlo, preceſque mortalium a Deis nuſquam propius exaudiri. Nec tantum molæ miſcebatur ſed & in ignem ſacrum conjecta eſt *puri lucida mica ſalis.* Imo menſe Februario, Lupercalibus cum Roma luſtraretur, *Salem calidum* tulerunt, quod *Februm* appellarunt, teſte Cenſorino, *de die nat. cap.* 21.

CA-

CAPUT. XXV.

In luſtrationibus adhibitum æs: quod ferro purius. cultri ænei. Æris tinnitus, præſertim in magicis, & eclipſi Lunæ. Nitrum, bitumen. Vinum purum, Inferum. Cum frugibus: melle & lacte. Nuptias Cereri celebrare. Lens. Lactis uſus in Palilibus, eò fiebat Semonibus. Mel. Saliva ad avertendum faſcinum: expiandas cædes: abominandos morbos: averſanda dira quæque; quare?

RES anima carentes, quas in luſtrationibus ſuis adhibuerunt veteres ortum ſuum vel Terræ debent, vel rebus anima præditis. Ex terra petuntur Mineralia, inter quæ præcipuum locum obtinet Æs, quod in luſtrationibus adhibitum fuiſſe, ex Theocriti Scholiaſte ad pharmaceutriam, tum Hortibonus, *in lect. Theocr. cap.* 2. tum Coelius Rhodig. *lib.* 19. *lect. antiq. cap.* 10. docent. quoniam hoc metallum eſt ἀπελαςικὸν τῶν μιασμάτων, id eſt, *pollutionum expiatorium*, ideoque utile πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν, *ad omnem purificationem*, ut in libro de Diis ſcripſit Apollodorus. Macrobius quoque *lib.* 5. *cap* 19. ad rem divinam pleraque ænea adhiberi ſolita docet, maxime in illis ſacris, quibus delinire aliquos aut devovere, aut denique morbos exigere volebant. Æs autem ferro credebatur eſſe purius, adeoque vim quandam purgandi, & putredini reſiſtendi habere. Rationem inquirit Coelius Rhodig. *lib.* 29. *cap.* 6. An quia ſtypticitatis plurimum adeſt illi materiæ? indicio eſſe ajunt medicamenta, quæ ſubſtringendi vim habeant ejus metalli rubigine a Medicis potiſſimum concinnari. Quin & in fodinis æris, quæ χαλκωρύχια vocant oculos immorantum exientiumque juvari inſigniter memorant. Nec non quibus defluxerint

erint palpebrarum pili, egregie reſtitui. Videtur enim aſpergo, ſive vapor ex chalcitide exhalans palpebraſque & oculos contingens, occulte rheumata ſiſtere, ſive fluxiones lachrymaſque manantes retundere. Proinde memoriæ ab eruditis proditum, Εὐήνορα καὶ Νώροπα χαλκὸν ab Homero nuncupari: Nam Euenor bene afficientem viros indicat, aut potentem. Norops autem ſplendidi rationem habet. Autor quoque Ariſtoteles eſt, vulnera quæ cuſpide ærea, quam ὁπλοσιδηρίδα vocant, fuerint illata, vel gladio minus minuſque adferre doloris, facilius vero etiam perſanari, διὰ τὸ φαρμακῶδες ἔχειν τι τὸ χαλκὸν ἐν ἑαυτῷ. *quod medicam vim quandam in ſe obtineat æs*, quam in vulnere ſtatim relinquat. Atque ex his clavum æneum proverbii loco uſurpatum explicat Rhodiginus, pro eo, cui firmi innitimur, & quod tanquam malorum amuletum e collo geſtamus.

Uſus æris in ſacris tum in materia ſpectabatur, tum in ſonitu. In materia quidem, quia ex ære ſacrorum organa fiebant, cultri, lebetes. Medea herbas magicas, 7. metam.

—— partim radice revellit,
Partim ſuccidit curvamine falcis ahenæ.

A Didone, 4. Æneid.

Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

Ubi non tantum æneis falcibus, ſed etiam ad lunam metuntur herbæ, id eſt, vel noctu vel ad lunæ, quæ humoribus dominatur, obſervationem: quæ Virgilium ex Sophocle hauſiſſe ait Macrobius, *lib.* 5. *cap.* 19 cujus tragœdia eſt, quæ inſcribitur ῥιζοτόμοι, in qua Medeam deſcribit maleficas herbas ſecantem, ſed averſam, ne vi noxii odoris ipſa interficeretur, & ſuccos quidem herbarum in æneos cados refundentem, ipſas autem herbas æneis falcibus exſecantem. Æneum lebetem adhibet 7. metam. v. 262.

Interea calido poſitum medicamen aheno Fervet.

In aliis quoque ſacris æs uſurpatum, quod Macrobius ex Carminii, curioſiſſimi & doctiſſimi viri lib. 2. de Italia, probat, ejuſque hæc refert verba: *Prius itaque & Tuſcos æneo vomere uti, cum conderentur urbes, ſolitos in Tageticis eorum ſacris invenio, & in Sabinis*

Digitized by Google

binis ex ære cultros, quibus Sacerdotes tonderentur.

Alter uſus æris in ſonitu erat. Tinnitu enim luſtrabantur. unde illud:

Nec te progenitum Cybeleïus ære ſonoro
Luſtravit Corybas. 5. Faſt. in deſcriptione Lemurium:
Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra,
Et petit ut tectis exeat umbra ſuis.

Sonum illum *καθαρὸν* eſſe *καὶ ἀπελαστικὸν τῶν μιασμάτων* & propterea ſtrepitum campanæ, cum quis ad plures abiiſſet, *ἐν τοῖς κατοιχομένοις*, in uſu apud gentiles fuiſſe Theocriti Scholiaſtes docuit, utilem ſcilicet *πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν*, quod valde confirmatur his Macrobii verbis, lib. 5. cap 19. *Omnino autem ad rem divinam pleraque ænea adhiberi ſolita, multa indicio ſunt, & in his maxime ſacris, quibus delinire aliquos, aut devovere, aut denique exigere morbos volebant.* Dicit porro Scholiaſtes: *ὁ τοῦ χαλκοῦ ἦχος οἰκεῖος τοῖς κατοιχομένοις.* Et poſt: *παρὰ λάκωσι βασιλέως ἀποθανόντος εἰώθασι κρούειν λέβητα.*

Alexander Aphrodiſæus, *lib. 2. probl.* 47. Æris ſono malos genios ſive dæmonas depelli ait, atque hanc eſſe cauſam, quare in defectu lunæ æra moveantur, adeoque tinnitu iſto aer luſtrabatur, & a malis geniis purgabatur. ſicut in ſacris magicis ad præſentiam lunæ æs pulſabatur. Theocr. *Φαρμακ.*

Ἁ Θεὸς ἐν τριόδοισι, τὸ χάλκεον ὡς τάχος ἄχει.
Dea ad eſt in triviis, vas aneum quam primum pulſa.

Credebant ſcilicet Magos ſuis carminibus lunam e cœlo poſſe detrahere. Virg. ecl. 8.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.

Quare lunarem eclipſim *καθαίρεσιν* nominarunt. *vid. Voſſ. de idol. lib. 2. cap.* 20. Apud Ariſtophanem in Nubibus, lepide admodum ex Socrate percontatur Strepſiades ſenex obæratus, nunquid expediat, Theſſalicæ mulieris opera lunam e cœlo detrahere, quo pacto ſe jam ab uſuris ſolvendis immunem fore, quas alioqui ſingulis noviluniis ſolvere teneatur. Colloquentium hæc ſunt verba:

Στ. ἔχω τόκου γνώμην ἀποστερητικήν.
Σω. Ἐπίδειξον αὐτήν. *Στ.* εἰπὲ δή νῦν μοι. *Σω.* τὸ, τί;

Στ. Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν Σελήνην· εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ' ἐς λόφειον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάθοπτρον, κᾆτα τηροίην ἔχων;
Σω. τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειε σ'; Στ. ὅτι
Εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. τίη τί δή;
Στ. Ὁτιὴ κατὰ μῆνα γ' ἀργύριον δανείζεται.

Hoc eſt: *Habeo commentum, quo uſuras fraudavero.*
So. *Commonſtra.* St. *Age, dic hoc primum.* So. *quid dicam tibi?*
St. *Si Theſſalicam mihi quandam emam veneficam,*
Et nocte Lunam ipſam deripiam coelitus.
Atque in rotundum loculum includam, velut
Speculum, ac poſtea ſic aſſervans cuſtodiam:
So. *quid vero hoc commodaverit tibi?* St. *quia*
Si Luna nuſquam terræ oriatur amplius,
Nulli perſolvam uſuras. So. *quid ita? mi ſenex.*
St. *quia argentum ſecundum menſem foenerat.*

Ne ergo luna incantratricum murmura exaudiret, æris tinnitu aures percelli credebant. Tibull. lib. 1. eleg. 8.

Cantus & e curru lunam deducere tentat.
Et faceret ſi non æra repulſa ſonent.

Buchananus recentior quidem, cum veteribus tamen merito conferendus, lib. 5. *de ſphæra*, ſic hac de re canit:

Vana ſuperſtitio miſeras compleverat urbes,
Poſſe Deos cogi magicis parere ſuſurris,
Et Solem obduci tenebris, cantuſque veneno
Æmonii plenæ vultum expalleſcere Lunæ.
At victricis anus ne carmine tacta Deorum
Numina ſuccumbant, coelumque invita relinquant
Æra ſonant cunctis fruſtra auxiliaria terris.

Nitro quoque uſos veteres in ſacrificiorum purgationibus ac probationibus ait Hortenſius ad Virg. v. 61. *Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Saubert. cap.* 18. De Bitumine ἀσφάλτῳ Diphilus apud Clem. Alex. lib. 7. Strom.

Θεία

Θείῳ τ' ἀσφάλτῳ τε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.
Jungitur & ſulphur pariter, pariterque bitumen,
Oceanique frementis & alti jungitur unda.

Et vero res anima vegetante, ſentiente, ratiocinante agitatæ multa ſuppeditarunt, quorum uſus, vel potius abuſus in luſtrationibus magnus fuit. Ubi primo occurrit Vinum γέννημα τῆς ἀμπέλου dictum Chriſto, Matt. 26. 29. quo puro adſpergebantur ſacrificia. 1. Faſt.

Rode caper vitem, tamen hinc, cum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.

7. Metam. *Admoti quoties templis, dum vota Sacerdos*
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.

Vide Saubertum, pag. 433, 434. Hic & illud Numæ ex Plutarcho obſervandum: Μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. *Ne libate Diis ex vitibus non amputatis.* quod in receſſu hoc notat: Nihil gratum eſſe ſuperis, quod non purum ſit atque purgatum. deſumtum videtur ex Lege: Lev. 19. 23.

Vinum autem Diis conſecratum *Inferium* dicebatur, ab *inferendo*, ut id exciperent, quod in cellis & apothecis, unde iſtud promtum erat, ſervabatur. Arnob. lib. 7. adv. gentes: *Operæ pretium eſt etiam verba ipſa depromere, quibus, cum vinum datur, uti ac ſupplicare conſuetudo eſt.* Mactus hoc vino inferio eſto. *Inferio inquit Trebatius, verbum ea cauſa eſt additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud, quod effunditur, promtum eſt, eſſe ſacrum incipiat, & ex uſibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, ſolum erit, quod infertur, ſacrum, nec religione obligabitur caterum.* Feſtus autem: *Inferium vinum, id quod in ſacrificando infra pateræ labrum ponebatur.*

Vinum aliquando unguento temperatum, quæ potio *murrina* dicta, à μύρον, ſolenni caninæ literæ geminatione. Eidem eſſe videtur ac *murrata* potio apud Feſtum: *Murrata potione uſos antiquos indicio eſt quod etiamnunc Ædiles per ſupplicationes diis addunt ad pulvinaria, et quod XII. tabulis cavetur ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum libro primo.* Vid voſſ. etymol. in *Murrina:* cui hæc diverſa eſt ab οἴνῳ ἐσμυρνισμένῳ. *Mar.* 15, 23.

Alias

Digitized by Google

Alias cum Frugibus vinum miſcebatur. Fiebat hoc Feralibus, quæ a ferendis epulis, auctore Feſto, dicuntur, ad placandos Deos Manes. 2. Faſt.

Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis,
Et ſparſæ fruges, parvaque mica ſalis.
Inque mero mollita Ceres, violæque ſolutæ,
Hæc habeat media teſta relicta via.

Alias Melle & Lacte, in ſacris Cereris. 1. Georg.

Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho.

Macrobius lib. 3. cap. 11. de hoc loco ſic ait: *Poeta æque in rebus doctrinæ ac in verbis ſectator elegantiæ, ſciens Cereri mulſo libari, adjecit*, miti Baccho favos dilue, *ſcilicet, miteſcere vinum dicens, mulſum cum cœperit fieri. Nam mite hic vinum ita dixit, ut alibi ait domitum:* Et durum Bacchi domitura ſaporem. Nec Virgilio Plautus eſt contrarius, qui ſiccas Cereri nuptias tribuit. Aulul. act. 2. ſc. 6. *Cererine, Strobile, has facturi eſtis nuptias? Qui? Quia temeti nihil allatum intellego.* Macrobius per mitem Bacchum non temetum, ſed mulſum intelligi dicit, additque quod a. d. 12. Kal. Jan. Herculi & Cereri ſacrificatum ſit ſue prægnante, panibus & mulſo. Servius autem nuptias a ſacrificio diſtinguit. In nuptiis vinum adhiberi nefas, quæ Orci nuptiæ dicebantur, quas præſentia ſui Pontifices ingenti ſolennitate celebrabant, Voſſius, de idolol. lib. 5. cap. 39. Sane, ait, in ſacri- „ficio id pontificalibus libris non eſſe interdictum, teſtis etiam „Cato, cap. 134. *Exta Cereri & vinum dato.* Orci vero nuptiæ, „ut puto, celebratæ in memoriam raptæ ab Orco, ſivi Plutone, „Proſerpinæ Cereris filiæ. Ubi non conveniebat Bacchus lætitiæ „dator, cum Ceres tum filiam mœſta per orbem quæreret, & „raptam lugeret. Ideo & in Theſmophoriis, quæ eadem, ut „puto, ac Orci nuptiæ, abſtinebant coronis floreis, teſte Scho- „liaſte Sophoclis Oedipi Colonei. nam & hæ lætitiæ fuiſſent ar- „gumentum. Etiam Clemens Alexandr. auctor eſt in eodem fe- „ſto non comediſſe grana mali Punici. nempe quia hoc ſolum in „cauſa fuit, cur Proſerpina non poſſet redire ad ſuperos, quod „Aſcalapho indice cognitum fuit, eam tria, vel, ut alii malunt, „novem grana mali punici deguſtaſſe. At Jupiter promiſerat

„ reſtitutionem filiæ; ſed ea conditione, ſi nihil eorum deguſtaſ-
„ ſet, quæ apud inferos forent.

Aliter hæc conciliari poſſe Servius notavit: ut *miti Baccho* ſit dativi caſus, & ſic duo nomina intelligamus Liberi & Cereris; ut ſit ſenſus: *Cui Cereri, & miti Baccho favos lacte dilue*, id eſt. ſacrifica melle & vino permiſtis. quæ ratio a vero non adeo abludit, cum duo hæc Numina conjungantur, Ecl. 5.

Ut Baccho Cererique, tibi ſic vota quotannis Agricolæ facient.

Progreſſu enim temporis Cerealia Liberalibus juncta ſuntt. Ovid. 5. Faſt.

> *Luce ſua ludos uva commentor habebat:*
> *Quos cum tædifera nunc habet ille Dea,*

Hoc quoque dici poteſt: Alios etiam Deos una cum Cerere hoc ſacro eſſe honoratos, Janum, Jovem, Junonem, *Cato, de ruſt. cap.* 134. Nymphas adjungit Virgilius, Ecl. 5.

> *—— Et cum ſolennia vota*
> *Reddemus nymphis, & cum luſtrabimus agros.*

Jovem terreſtrem Heſiodus: ἐργ. v. 463, 464.

> Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ,
> Ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν.
> *Supplica vero Jovi terreſtri, Cererique caſtæ,*
> *Proventum ut impleant, Cereris ſacrum munus.*

Ut ergo maxime abſtemia eſſet Ceres, reliquis tamen licuit ſpumantes haurire pateras, & ſe invitare largius. Melle & Lacte in ſacris Magicis utebantur, adi Bourdelotium, *ad Heliod. Æthiop. pag.* 107.

Eadem Mercurio veteres libabant. Antipater Anthol. lib. 1. cap. 38. epigr. 3. εἰς θεούς.

> Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
> χαίρων, καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.
> *Paſtores, lac Mercurio & libamina mellis*
> *Cecropii facili munera ferte Deo.*

Quod ideo factum notat Bochartus, *Geogr. ſacr. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. quod Mercurius fuerit Chanaan, cui obtigit terra lacte & melle fluens.

Mira tandem de lente! Menander apud Clem. Alexandr.

Strom. lib. 7. περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ, Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ κρηνῶν τριῶν ὕδατι περιῤῥᾶναι, ἐμβαλῶ ἅλας, φακῆς. *Si te fœminæ luſtrent in orbem, fontibus lavent tribus, jungantque lentem pariter, & multum ſalem,*

Lactis uſus in luſtrationibus varius fuit. Plinius, præfat. hiſt. natur. *Verum & Diis lacte ruſtici, multaque gentes ſupplicant & mola tantum ſalſa litant, qui thura non habent.* Horat, lib. 2. epiſt. 1.

Sylvanum lacte piabant.

Tibull. lib. 1. el. 1. *Hic ego paſtoremque meum luſtrare quotannis,*
Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem.

Ovid. 4. Faſt. *Sylvicolam tepido lacte precare Palem.*

Palilibus, inter luſtrandum, Lac potabant. Ovid. ibid.

Dum licet appoſita, veluti cratere, camella,
Lac niveum potes, purpureamque ſapam.

Lacte, non vino ſupplicabatur Mercurio in vico ſobrio, qui hinc nomen habuit. *Feſtus.*

Diis quoque Semonibus Lacte fiebat. Nonius l. 2. §. 756. *Varro, Cato, vel de liberis educandis: Hiſce Manibus lacte fit, non vino: Cunine propter Rumam, id eſt, priſco vocabulo, mammam, a quo ſubrumi etiamnunc dicuntur agni.* Lectionem hanc vanitatis accuſat Lipſius, lect. antiq. lib. 2. cap. 18. Diis enim vino fiebat. Virgilius, 5. Æneid. ab Ænea facit Anchiſæ manes placari vino.

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho Fundit humi.

Feſtus: *Reſperſum vinum dixerunt, quia vino ſepulcrum ſpargebatur.* Præterea Cunina & Rumina non in Diis Manibus, ſed in ſuperis cenſebantur, ideoque ſcribendum judicat *His Semonibus,* vel *Diis Semonibus.* Nam Varro eo libro, quo educationem liberorum edocuit, inter cætera ſollicite præcepit quibus Divis pro pueris, & quomodo faciendum eſſet. Extat aliud fragmentum apud Nonium in Eduſa: *Cum primore cibo & potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab Edulibus Eduſæ, a potione Potinnæ nutrices.* Itaque & hoc loco monet Cuninæ & Ruminæ, utpote Diis Semonibus, lacte tantum non vino faciendum eſſe. Veteri quippe religione hi minores & quaſi Semipagani Dii non victimis aut vino, ſed lacte duntaxat, libo & frugibus in patella appoſitis placabantur, nec illis Jovem comitari licebat μετ' ἀρμύμονος Αἰθιοπῆας.

πῆας. Itaque perite ad hunc morem Virgilius:

Sinum lactis & hac te liba, Priape, quotannis
Expectare ſat eſt. Et Priapus apud Catullum caute fieri jubet, quod villicus illi interdum hirco aut capella faceret, ac hunc extraordinarium honorem alii Dii inviderent:

Sanguine hanc etiam mihi (ſed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus cornipeſque capella.

Atque adeo de hac ipſa Rumina in *Romulo*, & *quaſt. Rom.* 57. Plutarchus tradidit, Lacte ei fieri ſine vino.

Diis vero Manibus Lacte quoque, ſed & vino, imo & ſanguine fiebat. 3. Æneid. v. 66.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

5. Æneid. *Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho*
Fundit humi, duo lacte novo, duo ſanguine ſacro.

Iiſdem placandis comas ſibi reſecabant, & ſepulchro imponebant. Senec. Hippol. act. 5. ſc. 1.

Placemus umbras, capitis exuvias cape,
Laceraque frontis accipe abſciſſam comam.

Paulo clarius Scholiaſtes in Sophoclem: ἔθος ἦν τέμνειν τὰς κόμας, καὶ ἐπιτιθέναι τῷ τάφῳ, ἵνα, διὰ τούτου πένθους, ἵλεως αὐτοῖς ὁ νεκρὸς ᾖ. *Moris erat ſecare crines, & imponere ſepulchro, ut, per luctum illum, mortuum iis propitium redderent.*

Mel aquæ loco cum igne in luſtrationibus adhibitum ſupra, cap. 20. docui. Etiam in ſacris Hecates, Apollon. Argonaut. lib. 3.

Μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο,
Λείβων ἐκ δέπαος σιμβλήϊα ἔργα μελισσῶν.
Unigenitamque Hecatem Perſeiam placa
Libans ex patera alvearenſia opera apum.

Inter hominum excrementa SALIVÆ multas vires tribuerunt ſuperſtitioſi, ut videre eſt apud Plinium, *lib.* 28. *cap.* 4. Luſtralem autem vim habere credebatur ad avertendum faſcinum, quare Perſius, ſat. 2. *Luſtrales ſalivas* vocavit. Theocr. Idyll. 6.

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Lucian. Necyomant. Μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἄν μου πρὸς πρόσωπον

ἀποπτύσας. Tibull.

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus

Petron. ſatyr. *Mox turbatum ſputo pulverem medio ſuſtulit digito, frontemque repugnantis ſignivit. hoc peracto carmine, ter me juſſit expuere.* Juven. ſat. 7.

Conſpiturque ſinus. ubi interpres: *Propter faſcinum verborum ter ſibi in ſinum ſpuunt, & videntur faſcinum arcere.*

Præterea ad expiandas cædes: Sic Iaſon a cæde Abſyrti ſeſe expiavit. Apoll. 4 Argon.

> Ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος·
> Τρὶς δ' ἀπέλειξε φόνου, τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἔπτυσ' ὀδόντων.
> Ἣ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.
> *Tum Jaſon heros primitiis ea cadaveris obtruncatis*
> *Ter delingit ſanguinem occiſi, ter dentibus exſpuit febrna.*
> *Prout fas eſt percuſſori clandeſtinam expiare cædem.*

Ritum hunc fuſius paulo deſcripſit Scholiaſtes: τῶν ἀποθανόντων οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματα τινὰ ἐποίουν τοῦ ἀναιρουμένου. καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξήρτων τοῦ τραχήλου αὐτοῦ. τὸ δὲ καλούμενον ἀκρωτηριασμάτων ἄπειρον καὶ πολλὰ ἐξάργματα. ἔπειτα τοῦ αἵματος αὐτοῦ λαβόντες τρὶς εἰς τὸ στόμα ἔπτυον. τοῦτο δὲ ἐποίουν πρὸς τὸ ἐξιλάσασθαι τὴν δολοφονίαν.

Nec minus ad morbos abominandos: Plin. lib. 28. cap. 4. *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus.* Plaut. Cap. act. 3. ſc. 4. *Et illic iſti, qui ſputatur morbus, interdum venit.* Marcell. de medicam. *Varulis remedium tale facis: Annulos digitis eximes, & digitis tribus oculum circum tenebis & ter deſpues.* Idem: *Cum hæc dixeris, tribus digitus terram tanges, & deſpues, idque ter.* Theophr. Charact. Μαινόμενον δὲ ἰδὼν, ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. *Rabioſum vero videns aut caduco laborantem morbo, exhorrens in ſinum deſpuit.* Apul. Apolog. *Poſſunt dicere omnes quid in Thallo* (comitiali morbo laborante) *deſpuant.*

Tandem ad averſanda dira quæque & horribilia. Senec. conſol. ad Marc. cap. 9. *Quis non ſi admoneatur, ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum aut ipſius intempeſtive monitoris abire illa jubeat.*

Sacrum ſcilicet putabant caput hominis, adeoque, & inde promanantem ſalivam, inprimis jejuni. An vero in ipſa ſputi inquinatione

Digitized by Google

tione ac turpitudine ſuperſtitionis cauſa quærenda eſt? Certe Plutarchus, ſympoſ. 5. probl. 7. res turpes & inhoneſtas adverſus faſcinum adhiberi ait, ut earum intuitu malus oculus eludatur, διὸ καὶ τὸ τῶν προβασκανίων γένος οἴονται πρὸς τὸν φθόνον ὠφελεῖν, ἑλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως, ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσι. Varro lib. 6. de ling. Lat. *Poteſt vel ab eo quod puereis turpicula res in collo quædam ſuſpenditur, ne quid obſit bonæ ſcævæ cauſa.*

Huc facit illud Theocriti, Idyl. 6. quod paulo ante laudavimus;

> Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
>
> *Ne faſcino læderer, ipſe in gremium meum inſpui.*

An potius illudere mortalibus, & vera Chriſti Salutificatoris miracula eludere voluit Diabolus? narrat enim hiſtoria Euangelica ſputo quoſdam a Chriſto ſanatos. *Joh.* 9. *Marc.* 7. Apud Epiphanium τῶν σκαμψαίων inter inſtrumenta miraculorum eſt ὁ σίελος τῶν πλυσμάτων. narrat Suetonius, *Veſpaſ, cap.* 7. quendam luminibus orbatum, poſtquam inſpuiſſet Veſpaſianus Imperator, oculorum uſum recepiſſe. Is tamen neque unquam, neque poſtea tale aliquid feciſſe narratur, quaſi divino auxillio miracula illa fecerit, ſtatim cum divino impulſu Chriſtianum ſanguinem vindicaſſet. Nutrix apud Virgilium in Ciri:

> —— *ter in gremium mecum, inquit, deſpue Virgo,*
>
> *Deſpue ter Virgo.*

Theocr. Idyll. 7. —— γραία τε παρεὶν

> Ἅτις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.
>
> *Ad ſit anus, quæ deſpuens mala procul arceat.*

Vid Plaut. Aſin. act. 1. ſc. 2. 26. &c.

CAPUT. XXVI.

Luſtrationes Deorum: Junonis, Palladis, in apotheoſi. Statuarum Junonis, Cybeles, Virginis cœleſtis, Minervæ, Veneris, Muſarum, Virtutis, Draconum Bacchi. Fidejuſſores pro reditu Deorum. Geniorum luſtratio. Brachmanum.

AD res Luſtrationibus purgandas accedo propius. Ubi initio Deorum gentilium ingens apparet miſeria, cum nec hi luſtrationum ceremonias evitare potuerint; quod eis exprobrat Arnobius, lib. 7. adv. gentes. *Sordeſcunt enim Divi, & ad ſordes eluendas lavantibus aquis opus, & adjuncta antiqua cineris frictione.* & Tertull. de baptiſ. cap. 5. *Ipſos etiam Deos ſuos lavationibus efferunt.*

Dii ipſi apud Poetas ſe luſtrant, quaſi ex converſatione & contactu aliorum ſordium aliquid contraxiſſent. Ab inferis furiarumque conſpectu. 7. metam.

> *Læta redit Juno, quam cœlum intrare parantem*
> *Roratis luſtravit aquis Thaumantias Iris.*

Eadem in thalamum Jovis itura, Iliad. Ξ. v. 170.

> Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος
> λύματα πάντα κάθηρεν.
>
> *Ambroſia primum corpus, ſpecioſaque membra*
> *Tingit odorifera, mendas cutis abluit omnes.*

Imo Junoni, quotannis in fonte Canatho lotæ, virginitas redditur, quod ex Pauſania narrat Voſſius, de idol. lib. 2. cap. 25. addita interpretatione mythologica.

Pallas, Stat. lib. 8. Theb.

> *Non prius aſtra ſubit, quam myſtica lampas, & inſons*
> *Iliſſos, multa purgavit lumina lympha.*

Ipſa

Ipſa ἀποθέωσις luſtratione peragebatur. Numicus, 14. metam.

Quicquid in Ænea fuerat mortale repurgat:
Et reſperſit aquis: pars optima reſtitit illi:
Luſtratum genitrix divino corpus odore
Unxit, & ambroſia cum dulci nectare miſta
Contigit os, fecitque Deum. Glaucus, 13. metam.
Dii maris exceptum ſocio dignantur honore,
Utque mihi, quæcunque feram mortalia, demant
Oceanum, Tethynque rogant, Ego luſtror ab illis
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus jubeor ſupponere centum.
Nec mora: diverſis lapſi de partibus amnes
Totaque vertuntur ſupra caput æquora noſtrum.
Quæ poſtquam redeunt alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.

De Hercule, Statius, lib. 3. ſylv. 1.

—— Ceu tædis iterum luſtratus honeſti
Ignis, ab Oetæa conſcenderis æthera flamma.

Ovid. 9. metam. *Interea quodcunque fuit populabile flammis*
Mulciber abſtulerat: nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum
Matris habet, tantumque Jovis veſtigia ſervat.
Utque novus ſerpens poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet, ſquamaque nitere recenti:
Sic ubi mortales Tirinthius exuit artus
Parte ſui meliore viget, majorque videri
Cœpit, & auguſta fieri gravitate verendus.

Hoc modo Ceres Triptolemum tractavit. 4. Faſt.

Noctis erat medium, placidique ſilentia ſomni,
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo.
Terque manu permulſit eum: tria carmina dixit;
Carmina mortali non referenda ſono.
Inque foco corpus pueri vivente favilla
Obruit, humanum purget ut ignis onus.

De ſtatuis Deorum lotis luſtratis, exempla non ex Poetarum figmentis, ſed hiſtoriæ veritate obvia ſunt. De ſtatua Junonis, Tacit. annal.

annal. 15. cap. 44. *Propitiata Juno per matronas primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hauſta aqua templum & ſimulachrum Deæ proſperſum eſt*. Junonis ſtatua in Samo a Caribus rapta, & præ metu reſtituta, ab Admeta vinculis expedita & purificata & loco reſtituta eſt. Ἀδμήτην λύσασαν αὐτὸ, ἀγνίσαι καὶ στῆσαι πάλιν ἐπὶ τοῦ βάθρου. Athen. lib. 15. c. 4.

Iunonem Jupiter ſequatur: Phidiæ poſteris publice hoc negotii olim datum fuit, ut Jovis Olympii ſignum ab adventitiis purgatum & deterſum ſordibus præſtarent: Ex eo φαιδρυνταὶ dicti ſunt, quaſi purgatores, aut illuminatores. Pauſan. Eliac. prior.

Lavatio Cybeles Matris Deum ſolenniter celebrabatur VI. Kal. *April. in fluvio* Almone, qui non procul urbe Tiberi miſcetur. Vibius Sequeſter de nom. fluvior. *Almo Romæ, ubi mater Deum VI. Kal. April. lavatur*. Arnob. adv. gent. lib. 7. *Lavatio matris Deum eſt hodie*. Lucan. 1. *Et lotam parvo revocant Almone Cybellen*. Val. Flacc. 8. Argon.

Sic ubi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo,
Lætaque jam Cybele, feſtaque per oppida tædæ.

Mart. lib. 3. epig. 47. *Capena grandi porta qua pluit gutta*
Phrygiæque matris Almo qua lavit ferrum.

Prudentius, hymno in Romanum martyrem deſcribit plenius:

Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres togatos matris Idææ ſacris.
Lapis nigellus evehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet:
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis uſque pervenitis rivulum.

Kal. vetus, Menſe Martio, poſt Quinquatria; LAVATIO. Amm. Marcellin. lib. 23. *Ad diem VI. Kal. quo Romæ Matri Deorum pompæ celebrantur annales, & carpentum quo vehitur ſimulachrum Almonis undis ablui perhibetur*, Lipſius, *cent. miſſell. epiſt.* 75. feſti initium ad IX. Kal. Apriles refert, qui dies *ſanguinis* dicebantur: Is enim triſtis, & planctus tunc ſuos Galli ordiebantur, atque adeo corporum ſectiones. Trebell. Pollio in Claudio: *Cum eſſet nuntiatum IX. Kal. Apriles, ipſo in ſacrario Matris*, Sanguinis die,

Clau-

Claudium Imp. factum, neque cogi Senatus, ſacrorum cauſa, poſſet. Tertullianus in carmine ad Senatorem idem de Gallis affirmat:

Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem,
Quale ſacrum eſt, vero quod fertur nomine, SANGUIS.

Cauſſam etiam ibi nominis habes, quia tunc ſanguinem incipiunt fundere, ac perſeverant, uſque ad diem illum Ammiano notatum, VI. Kalendarum, quo lavatio inſtituitur, & luctus ſuos ponunt. Statius, 5. Sylv.

Eſt locus ante urbem, qua primum naſcitur ingens
Appia, quaque Italo GEMITUS Almone Cybelle
Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur amnes.

Itaque dies ille non funeſti ominis, ſed læti potius fuit, & vulgo HILARIA dicebatur, Leges in Lampridii Alexandro, *Hilaria matris Deum*. Hæc Lipſius, explicans Suetonium in Othone, *cap.* 8. qui expeditionem inchoavit, *die quo cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt*, quod mali ominis. Hunc diem dicit fuiſſe IX. Kal. Apriles: Lavationem autem inſtitutam VI. Kal. April. qui ſcilicet *Hilaria* diceretur. Ubi hoc tamen monendum exiſtimo, Macrobium, 1. *Saturn. c.* 21. notaſſe, celebratum fuiſſe lætitiæ exordium, ad Octavum Kal. April. atque eum diem *Hilaria* appellatum, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit.

Hujus ceremoniæ originem aliqui a Claudia Veſtali arceſſunt, quæ inceſtus accuſata, ut ſe miraculo purgaret, navem, qua mater Deum Peſſinunte advecta erat, vado hærentem, nullaque humana vi mobilem ſola traxit. Verum Ovidius, 4. *Faſt.* ait, Sacerdotem, Claudia hæc moliente, Matrem Deum, illo ipſo quo jam appulerat, loco, laviſſe:

Eſt locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos
Almonis Dominam ſacraque lavit aquis.

Apud Germanos, Terra mater, quam *Herthum* appellant, a Sacerdotibus ſecreto lacu abluebatur. Servi miniſtrantes eodem ſtatim lacu hauriebantur. *Tacit. de mor. Germ.*

Virgo Cœleſtis Deorum Matri jungitur ab Auguſtino. lib. 2.

Sſ de

Digitized by Google

de Civ. Dei, cap. 4. *Cœleſti Virgini*, inquit, *& Berecynthiæ matri Deorum omnium, ante ejus lecticam, die ſolenni lavationis ejus, talia per publicum cantitabantur a nequiſſimis ſcenicis* &c. Hæc ab Afris maxime culta, quænam fuerit incertum eſt. Pœnos *Uranam* coluiſſe ait Lactantius, *lib.* 1. *cap.* 15. Perſæ *Uraniæ* ſacrificarunt ab Aſſyriis Arabibuſque edocti. Hanc Aſſyrii Venerem Mylittam vocant, Arabes *Alittam*, Perſæ Metram. *Herod. lib* 1. Cœleſtis cognomine decoratur Diana. Inſcriptio, apud Ald. Manutium, *de rat. Orthogr. p* 124. quæ Tibure ad D. Mariæ.

DIANÆ. CAELESTI.
SACRUM.
Q. CORNELIUS.
TEOPHILUS.
CUM. QUINTIA. M.F.
LUPERCA.

Item Venus: Veneris Cœleſtis templum memoratur a Pauſania. *lib.* 1. & 6. & ſimulachrum, *lib.* 8. cui adjunctum fuit alterum *Veneris popularis*, & tertium quod ſine nomine proprie cultum fuit. Apul. metam. lib. 11. *Cœleſtis Venus, quæ primis rerum exordiis ſexuum diverſitatem generato amore ſociaſti*. Inſcriptio Sæpini, apud Manutium, lib. cit. p. 125.

VENERI. CÆLESTI.
AUGUSTÆ. SACR.
NUMMIA. C.F. DORCAS.
S P.F.C.
EADEM. QUE. DEDICAVIT.
L. D. D. D.

Vide & Sozomen. *hiſt. Eccleſ. l.* 2. *c.* 5. & Gisb. Cuperum, *obſerv. lib.* 2. *cap.* 1.

Regina cœli ab Idololatris culta, Jer. 7. 18. & 44. 17. quam aliqui Solem eſſe volunt, qui etiam fœminino genere ab Hebræis שמש dicitur. Alii Lunam, Vid. Voſſ. *de idol. lib.* 2. *cap.* 21. *&* 24. Coquæum, *ad Auguſt. de Civ. Dei.*, *lib* 2. *cap.* 4 *lit. x.* Scal. *ad vett. Græc. fragm. p.* 26. 27. Hæc *Alilat.* vide Bochart. geograph. ſacr. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. &, *part.* 2. *lib* 1. *cap.* 3. *&* 42. & *lib.* 2. *cap.* 16. Sed & COELESTEM Dæmonem maſculi-

ſculinum iidem Afri coluiſſe feruntur. de quo legendus Cl. Witſius, *miſcell. ſacr. lib.* 4. *cap.* 8. §. 2.

Minervæ lotionem Callimachus hymno celebravit, quem hoc inſignivit lemmate: εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος. *In lavacra Palladis.* Eum Latio donavit Angelus Politianus, *miſcell. cap.* 80. ad ejus initium notavit Scholiaſtes: ἐν τινι ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ ἔθος εἶχον αἱ Ἀργεῖαι γυναῖκες λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸ Διομήδους, καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἴναχον, κἀκεῖ ἀπολούειν. Imprimis autem legendus Illuſtr. Spanhemius, ad hujus hymni initium. Lotio hæc in alterius lotionis memoriam inſtituta videtur, quo pulverem prælio collectum abſterſit: quod innuit Callimachus his verſibus:

Οὐ ποκ' Ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις,
 Πρὶν κόνιν ἱππείαν ἐξελάσαι λαγόνων.
Οὐδ' ὄκα δὴ λύθρῳ πεπαγμένα πάντα φέρουσα
 Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων.
Ἀλλὰ πολὺ πρώτιστον ὑφ' ἅρματος αὐχένας ἵππων,
 Λυσαμένα παγαῖς ἔκλυσεν ὠκεανῶ.
Ἱδρῶ καὶ ῥαθάμιγγας ἐφοίβασεν ἢ πάγεντα
 Πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων.
Non prius ingentes lavit ſibi Diva lacertos,
 Ilia quam abſterſit pulvere cornipedum.
Nec tum quando armis multa jam cæde cruentis
 Venit ab injuſtis horrida terrigenis.
Tum quoque equum ſubducta jugis fumantia colla
 Perfudit largis fontibus Oceani.
Dum ſudor, guttæque putres, dumque omnis abiret
 Spuma oris, circum menſa lupata rigens.

Aut voluptatis forte cauſa, in Hippocrene, cum aliis nymphis ſe lavit: addente Callimacho:

Ἵππω ἐπὶ κρήνᾳ ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσαι
 Λῶτο· μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία.
Ἀμφότεραι λώοντο· μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι,
 Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.
Dum lavit in lymphis Heliconidis Hippocrenes,
 Utque die vacuus mons tacet in medio.
Dum lavat ergo utraque, & media ſunt tempora lucis,

Dumque eſt in toto plurima monte quies.

Hac occaſione nudam eam conſpexit Tireſias, cui propterea oculis capto, in ſolatium damni, vaticinandi facultas conceſſa eſt. Propert. lib. 4. eleg. 10.

Magnam Tireſias aſpexit Pallada Vates,
Fortia dum poſita Gorgone membra lavat.

Venus lavabatur ipſis Kal. April. quod mari emergens myrteto ſe occultaverit, Ovid. 4. Faſt. prout ex vetuſtis codd. legendum docuit Nic. Heinſius:

Rite Deam colitis Latiæ matreſque nuruſque,
Et vos quis vitta, longaque veſtis adeſt.
Aurea marmoreo redimicula demite collo,
Demite divitas, tota lavanda Dea eſt.
Aurea ſiccato redimicula reddite collo,
Nunc alii flores, nunc nova danda roſa eſt.

Deinde ratio redditur:

Littore ſiccabat ſudantes rore capillos,
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.
Senſit, & appoſita texit ſua tempora myrto,
Tuta fuit facto. voſque referre jubet.

Hanc Veneris ἀναδυομένης hiſtoriam elegantiſſime olim pinxerat Apelles, elegantiſſimo epigrammate illuſtravit Politianus, *lib. 5. epiſt.* 7. Muſæ lotæ:, Heſiod. Θεογ.

Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα περμησσοῖο
Ἠ ἱππυκρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.

Atque ablutæ tenero corpore in Permeſſo,
Aut Hippocrene, aut in Olmio ſacro.

Virtutis ſtatua cum in faciem procidiſſet, libris Sibyllinis inſpectis, eam populo ſuccenſere xv. viri pronuntiarunt: ſimulachrumque ejus ad mare deportandum, atque ibi luſtrandum eſſe. id cum fieret, Dea, cum longe adhuc a mari abeſſet, a terra in id progreſſa, ac aliquandiu ibi morata eſt, vix ſero tandem rediit. *Dio, lib.* 48.

De Baccho: Val. Flacc. 2. Argon. —*ſine fœdatum te funere pontus*
Expiet, & referam lotos in templa dracones.

Dracones, ſigna & vexilla in templo Bacchi interpretatus eſt Lud.

Carrio

Digitized by Google

Carrio, ſcholiis ad ult. Flacci librum, edit. Plant. 1565. in aliis editionibus non inveni. Super hoc loco a me conſultus vir Cl. Joh Georgius Grævius, literatorum noſtri ſeculi anteſignanus, pro ſolita humanitate, literis ad me Prid. Id. Maj. CIↃIↃCLXXIV. datis ita reſpondit: Ludovicus Carrio non intellexit locum Valerii „Flacci, non enim ſunt ſigna & vexilla in templo Bacchi, quod „ille vult, ſed ſunt illi ſerpentes, ſive dracones, qui ſacri Baccho „ſunt, de quibus Clemens Alex. in parænetico: σημεῖον ὀργίων βακ- „χικῶν ὄφις ἐςί τετελεσμένος. *Symbolum Bacchicorum Orgiorum eſt* „*ſerpens myſteriis initiatus.* Iis incingebantur Bacchæ, & euntes „cum myſteria celebrarent. Catull. Argon.

„*Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos,*
„*Pars e divulſo jactabant membra juvenco,*
„*Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant.*

„Arnob. lib. 5. *Bacchanalia etiam prætermittamus immania, qui-* „*bus nomen omophagiis Græcum eſt: in quibus furore mentito, & ſeque-* „*ſtrata pectoris ſanitate, circumplicatis vos anguibus.* vide & Euri- „pidem in Bacchis, v. 694. In eadem fabula docet, Parcas, Bac- „cho in cunis jacenti, impoſuiſſe coronam anguineam, indeque „id mænades quoque facere. Præterea in ciſtis illis myſticis, quæ „in Orgiis circumferebantur ſerpens erat incluſus. Clem. Alex. „in Paræn. οἷαι ἢ καὶ κίςαι αἱ μυςικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐ- „τῶν, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν. οὐ σησαμαῖ ταῦτα, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, „καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροιτε ἁλῶν, καὶ δράκων ὄργιον Διονύσου Βασ- „σάρου. Hæ ſunt illæ ciſtæ tacita formidine plenæ, de quibus i- „dem Valerius, eodem loco, paucis verſibus ante egit:

„*Serta patri, juveniſque comam, veſteſque Lyæi*
„*Induit, & medium curru locat, æraque circum*
„*Tympanaque & plenas tacita formidine ciſtas.*

„Hoc itaque dicit Poeta, Bacchi officium eſſe, ut ſe cum ſuis „ſerpentibus, & omni apparatu luſtret & expiet. Hactenus Grævius. In Alexandri M. numiſmate (apud Patinum; *in numiſm. Imp. Rom. pag.* 13.) anguis e ciſta caput exſerens myſteria Bacchi arguit, quibus ita dedidit ſe Olympias, ut circuratos angues thyrſis intortos geſtare ſolita ſit. hac ſuperſtitione ſic tentavit animum Philippi, ut eam tanquam ἔνθεον, & Deo plenam, nun-

Digitized by Google

quam, niſi timens & raro ſit aggreſſus. Ipſa confeſſa viro, ſe, dum cum magno angue volutatur, Alexandrum concepiſſe. hunc poſtmodum non ut Regem, ſed ut Deum militibus in expeditionem Aſiaticam proficiſcentibus commendavit.

Hoc vero ingentis ſcilicet gentilium prudentiæ fuit, quod Deos ad lavacrum aut Luſtrationem deducentes fidejuſſores pro reditu exigerent, teſte Plutarcho, *quæſt. Rom.* 61. Reditum a Pallade petit Callimachus, hymno ante laudato:

Χαῖρε, ϗ ἐξελάοισα, ϗ ἐς πάλιν αὖτις ἐλάσαις
Ἵππως, ϗ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.
Salve hinc abſcedens, iterumque huc flecte jugales,
Ac rebus Danaum ſis, precor, auxilio.

Verebantur forte miſelli, ne Diis accideret, quod ſtatuæ Dianæ Tauricæ, apud Euripidem, *Iphig. in Tauris.* hanc, utpote manibus Oreſtæ matricidæ contrectatam, adeoque pollutam, purificandam eſſe dicebat Iphihenia:

Ἀγνιστέον μοι ϗ τό τῆς θεᾶς βρέτας.
Purificanda mihi eſt & Dea ſtatua.

Cauſam ſubjicit Thoas, conſilii illius conſcius:

Εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.
Siquidem macula matricidæ polluit eam.

Verum illi correptam ſtatuam, in Græciam fugientes abſtulerunt.

Sic Junonis ſtatua in Samo, a Tyrrhenis piratis rapta, deinde in littore deſtituta, ab Admeta Sacerdote purificata ac lota templo reſtituta eſt. *Athen. dipnoſ. lib.* 15. *cap.* 5.

Genios etiam peccatorum pœnas luere ait Empedocles apud Plutarch. de Iſid. & Oſir.

Αἰθέρεον μὲν γάρ σφι μένος πόντον δὲ διώκει.
Πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπλυσε γαῖα δ' ἐσαῦθις
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, συγέουσι δὲ πάντες.
In mare namque illos adigit vis ætheris urgens,
Exſpuit in terra pontus ſola: terraque in almi
Lampada propellit Solis: Sol ætheris illos
Verticibus celer immittit, ſic ordine longo
Unus poſt alium exoſos ſcelerum excipit ultor.

Addit.

Addit: Ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. *Donec ſuppliciis expiati ac luſtrati, priſtinæ naturæ, locoque ſuo reſtituantur.* Atque hinc abſque dubio Origenis miſericordia, qui & ipſum diabolum atque angelos ejus, poſt graviora pro meritis, & diuturniora ſupplicia, ex illis cruciatibus eruendos, atque ſociandos ſanctis angelis credidit. *Auguſt. de Civ. Dei, lib* 21. *cap.* 17.

Brachmanes & ſeipſos & Deos ſuos aqua, quam *Tiertum* vocant, luſtrant. *Carolin. gentiliſ. hodierni part.* 1. *cap.* 14. Idem Calecutani circa idolum ſuum *Deumo* appellatum agitant. *id. ibid. cap.* 7.

CAPUT. XXVII.

Luſtrationes infantum, Dies luſtrici, Nominalia, ἀμφιδρόμια, ὑστερόποτμοι. *Luſtrationes mulierum. Luſtrabantur caput, manus, Sacerdotes, Cadavera.* Μυστήρια μικρά.

EX cœlo in terras, a Diis ad homines tranſimus; circa quos his ceremoniis ſuperſtitioſi occupati fuerunt, dum in cunis vagiunt infantes. Hiſce enim natis amicæ ad puerperam gratulatum venientes, per hebdomadam Junoni ſacra faciebant, ut eſt apud Tertullianum, *de anima, cap.* 39. Ultima die qui octavus, luſtrabantur infantes, eiſque nomina imponebantur. Dies ille *Luſtricus* appellabatur, eratque apud Latinos puellis quidem octavus, pueris vero nonus: unde & *Nundina* Romanorum Dea, a nona naſcentium die nuncupata. *Macrob. Satur. lib.* 1. *cap.* 16. Feſtus in *Luſtrici dies.* Sueton. Neron. cap. 6. *Die Luſtrico Neroni nomen Claudii impoſitum eſt, quod infelicitatis præſagium fuit.* Falſum itaque quod ait Probus Grammaticus, prænomina non eſſe ſolita imponi pueris, antequam togam ſumerent virilem, puellis antequam nuberent. Ridi-

Digitized by Google

Ridiculum enim fuerit ſex liberorum patrem unum appellare, omnes reſpondere: hoc enim faciant niſi nomine diſtinguantur. Hæredes eſſe non poſſint quos ille non poſſit nominare, ut recte colligit I. C Scaliger, *lib.* 4. *cap.* 92. *de cauſis Ling. Lat.*

Quæ autem cauſa, cur citius fœmellæ quam maſculi luſtrarentur? An quod fœmina citius augeatur, ad vigorem perveniat atque abſolvatur quam mas? Quare autem dies poſt ſeptimam ſumitur? An quia ſeptima infantibus periculoſa eſt, cum alias, tum quod ea die umbilicus decidit, quod antequam fit, plantæ, quam animali ſimilior eſt infans? *Plutarch. quæſt. Rom.* 102.

Apud Græcos vero quinto die fiebat. Plaut. Trucul. act. 2. ſc. 4.

Diis ſacrificare hodie pro puero volo,
Quinto die quod fieri oportet.

Septimo die nomina pueris imponi ſolita teſtatur Ariſtoteles *lib.* 7. *hiſt. animal. cap.* 12. Intra triceſimum diem fieri voluit M. Antoninus Imp. *Capit. in ejus vita.* Hunc *Luſtratus ſolennitatem* vocavit Symmachus: *Nominalia* Tertullianus, *de idol. cap.* 16. ὀνομαστήρια Gr. Nazianzenus. Ἀμφιδρόμια quoque dicebantur, quia natum puerum circum focum ferebant, propinquique, & amici dona dabant. *vide Stuck. antiq. conviv. lib.* 1. *cap.* 16. Ἀμφιδρόμια ἡμέρα τις ἤγετο, ἐν νεογνοῖς παιδίοις, ait Harpocration, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες κύκλῳ· καὶ ἐπετίθεσαν αὐτῷ ὄνομα. ὅταν ὑπὸ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων δῶρα ἐπέμπετο. Suidas Amphidromia a Nominalibus diſtinguit, & illa die quinto, hæc autem decimo celebrata eſſe dicit: Ἀμφιδρόμια, ἣν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν. ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως, τὸ βρέφος περιφέρουσι τὴν ἑστίαν τρέχοντες. τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθενται.

Elegans dici luſtrici hypotypoſis eſt apud Perſium, ſat. 2.

Ecce avia, aut metuens divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.
Tunc manibus quatit & ſpem macram ſupplice voto
Nunc Licini in campos, nunc Craſſi mittit in ædes;
Nunc optent generum Rex & Regina; puella

Hunc

Hunc rapiant; quicquid calcaverit hic roſa fiat.

Prima ſcilicet cura erat amoliendi faſcini, qua de cauſa, puero cunis exemto, ſuperſtitioſa mulier frontem & labia ſaliva expiat, idque infami digito, Plin. lib. 29. cap. 4. *Extranei interventu, aut ſi dormiens ſpectetur infans, a nutrice terna aſpui.* Præterea vota ab amicis concipiebantur, ut infanti omnia proſpera evenirent, quod Tertulliano, *de anima*, *cap.* 39. eſt fata *ſcribunda*, vel ut alii malunt, *ſcribundo* advocare. Sic Virg. Ecl. 4.

Talia ſecla ſuis dixerunt, currite, fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Euripides, Oreſt. ubi Electra de Atreo:

Ὧ'ι ςέμματα ξηνάσ' ἐπέκλωσεν θεὰ
Ἔριν (ſic eſt in Aldino exemplari) θυέςῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ θέσϑ.

Cui ſceptra texens fatale fecit Dea
Litem Thyeſtæ bellum fratri inferre.

Tibullus, lib. 4. eleg. ad Cherintum:

Te naſcente novum Parcæ cecinere puellis
Servitium, & dederunt regna ſuperba tibi.

Hinc Alcinous de Ulyſſe, Ὀδυσ. Η. v. 197. 198,

Πείσεται ἅσσά οἱ αἶσα καλακλῶθές τε βαρεῖαι
Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Patiatur quæcunque ei fatum, Parcæque graves
Naſcenti nerunt filo, quando ipſum peperit mater.

Hecuba de Hectore: Iliad. Ω. τῷ δ' ὥς πόθι μοῖρα κραταιὴ
Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή.

Huic autem ſic olim Parca potens
Naſcenti nevit in lino, quando eum peperi ipſa.

Ovid. 8. metam. Ubi de Meleagro:

Stipes erat quem cum partus enixa jaceret
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores,
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes,
Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nate, damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere Deæ; flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum, ſparſitque liquentibus undis, &c,

Tt Anus

Anus Sabella Horatio puero fatum ſcilicet cecinerat, lib. 1. ſat. 9.

Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando conſumet cunque: Loquaceis
Si ſapiat, vitet, ſimul ac adoleverit ætas.

In ciri, quæ ſub Virgilii nomine legitur, in Niſi capite

—— Roſeus medio fulgebat vertice crinis,
Cujus, quam ſervata diu natura fuiſſet,
Tam patriam incolumem Niſi, regnumque futurum
Concordes ſtabili firmarunt numine Parcæ.

Romæ, in domo Cæſia, apud Aldum Manutium, *rat. Orthogr. pag.* 483.

Sic etenim duxere olim primordia Parcæ,
Et nevere ſuper vobis vitalia fila,
Cum primum Lucina daret lucemque animamque;
Ut vitæ diverſa dies foret, unaque leti.
Nobis porro alia eſt, trino de nomine Fati,
Dicta dies Leti, quam propagare ſuopte
Viſum ollis tacito arbitrio, cum lege perenni,
Siſti quæ cunctos jubet ad vadimonia Mortis.

Vide etiam Catullum in nuptiis Pelei & Thetidis.

Infantibus accenſemus ὑστεροπότμους, de quorum morte ac ſepultura fama vulgo, ſed falſo, credita fuerat; hi reduces, inſtar infantum recens natorum, expiati. De his agit Plutarchus, *quæſt. Rom.* 5. Romani eos per oſtium in domum non admittebant. Varro hanc reddit rationem: Cum bello apud Siciliam magnum navale prælium commiſſum fuiſſet, multoſque fama periiſſe mentiretur, ſuperſtites domum reverſi, intra breve tempus, mortem obierunt. Unus ex illis, cum forte fortuna domus ſuæ oſtium occluſum inveniſſet, neque aperire potuiſſet, ante fores obdormivit, per quietem a ſpectro monitus, ut ſe de tecto in domum demitteret, ei conſilio paruit, longamque vitam feliciter exegit. Plutarchus fabulam eſſe credit: hanc autem veram cauſam: Nefas eſſe exiſtimarunt, eos, quos ſemel ſepultos eſſe creditum ſit, per oſtium ingredi, per quod ſacrificatum itur, & a ſacro reditur.

tur. Voluerunt itaque eum deorſum ex aëre in atrium ſub dio poſitum demitti, quod omnes fere exiationes ſub dio peragi ſoleant. Græci autem eos, quibus ut defunctis funus ac ſepulchrum factum fuerat, profanos habebant, neque iis ſe permiſcebant, nec ad ſacrificia eos admittebant. Ariſtinus quidam hac religione obſtrictus, Delphos miſit, qui pro ſe deprecarentur, ut ſe aliqua, his difficultatibus, quibus legum auctoritate implicitus erat, extricaret: cui a Pythia reſponſum:

> Ὅσσα περ ἐν λεχέεσσι γυνὴ τίκτουσα τελεῖται,
> Ταῦτα πάλιν τελέσαντα θύειν μακάρεσσι θεοῖσι.
> *Ordine perfectis quacunque puerpera fervat*
> *Coelicolum ſacras animalibus imbuat aras.*

Ariſtinus igitur oraculo probe intellecto, quaſi renatus, mulieribus ſe lavandum, vinciendum, lactandum præbuit. Hoc reliqui, quos idem caſus exceperat, imitati. ſcilicet per ſinum laxæ ſtolæ mulier eos demittebat, tanquam denuo renaſci viderentur. Morem tamen hunc multi Ariſtino antiquiorem crediderunt.

Ad quem morem alluſit Apulejus, lib. XI. metam: *Confeſtim, inquit, denique familiares & vernulæ, quique mihi proximo nexu ſanguinis cohærebant; luctu depoſito, quem de meæ mortis falſo nuncio ſuſceperant, repentino lætari gaudio, varie quiſque munerabundi, ad meum feſtinant illico diutinum, reducemque ab Inferis conſpectum.* Scilicet quos mortuos putaverant, aut quos nunquam redituros ſperabant, ex orco eos rediiſſe dicebant. Artemidorus: τὸ παρὰ προσδοκίαν σωθέντα φαμὲν ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι.

Perſæ eos qui ex morbo convaluerant abominabantur, neque conſuetis vitæ muneribus frui ſinebant, antequam a Magis eſſent purgati, teſte Agathia, lib. 2. cap. 12.

Mulieribus quædam luſtrationes peculiares fuerunt. Ipſis Kal. Aprilis lavabantur apud templum Fortunæ virilis, in ripa Tiberina. 4. Faſt.

> *Vos quoque ſub viridi myrto jubet ipſa lavari.*

Refert & Plutarchus in Numa. Cauſam reddit Poëta, quod Venus ἀναδυομένη myrteto tecta ſit: addit & alteram, quod Fortuna virilis caveat, ne illa quæ pulcritudinem violare poſſent, appareant.

 Diſcite

Digitized by Google

Diſcite nunc quare Fortuna thura virili
Detis, eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.
Ut tegat hoc, celetque viros Fortuna virilis
Præſtat, & hoc parvo thure rogata facit.

Nec ſemper neceſſe fuit totum luſtrari corpus, illas modo partes quas quotidie non velatas geſtamus, luſtrari ſatis judicarunt: caput ſcilicet & manus. De capite, Perſ. ſat. 2.

Hac ſancte ut poſcas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

Juven. ſat. 6. *Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis*
Verticibus timidum caput abluet.

Apul. lib. 11. *Confeſtimque diſcuſſa pigra quiete alacer exſurgo, meque protinus purificandi ſtudio marino lavacro trado, ſeptieſque ſubmerſo fluctibus capite*, &c. De manibus. 4. Faſt.

Vivo perlue rore manus.

Apud Phariſæos erat πυγμῇ νίπτεσθαι, Marc. 7. 3. quomodo autem hoc factum ſit, utrum pollice & digitorum extremitatibus junctis, an vero ad cubitum uſque, conſulendi ejus loci interpretes. Circe Iaſonem & Medeam porco expians manus abluit. Apollon. Argon. lib. 4. v. 704. ——

Πρῶτα μὲν ἀτρέπτοιο λυτήριον ἧγε φόνοιο
Τειναμένη καθύπερθε, συὸς τέκος, ἧς ἔτι μαζοὶ
Πλήμμυρον λοχίης ἐκ νηδύος, αἵματι χεῖρας
Τέγγεν, ἐπιτμήγουσα δέρην· αὖτις ἢ καὶ ἄλλοις
Μείλισσεν χύτλοισι καθάρσιον ἀγκαλέουσα
Ζῆνα παλαμναίων τιμήορον ἱκεσιάων.
Καὶ τὰ μὲν ἀθρόα πάντα δόμων ἐκ λύματ' ἔνεικαν
Νηιάδες πρόπολοι, ταί οἱ πόρσυνον ἕκαστα.
Ἡ δ' εἴσω πελάνους μειλικτρά τε νηφαλίῃσι
Δαῖεν ἐπ' εὐχωλῇσι παρέστως, ὄφρα χόλοιο
Σμερδαλέας παύσῃσιν ἐριννύας, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Εὐμειδής τε πέλοιτο, καὶ ἤπιος ἀμφοτέροισιν
Εἴτ' οὖν ὀθνείῳ μεμιασμένοι αἵματι χεῖρας,
Εἴτε καὶ ἐμφυλίῳ προσκηδέες ἀντιόωσιν.

Ad

Digitized by Google

Ac primo quidem iſta conſulta luſtramentum cædis
Super extendit, catulum ejus ſuis, cui rumæ adhuc
Scatebant effœto ab utero: tum ſanguine manus
Imbuit, cervice inciſa, tum aliis etiam
Pacificat libamentis piaminis, præſtitem invocans
Jovem, parricidalium vindicem ſuppliciorum.
Ac omnia quidem illa purgamina domibus depromſerunt
Najades famulæ, quæ ei minſtrabant ſingula.
Hæc vero intus liba & placamina ſobriis
Precibus combuſſit ante focum, ut ab ira
Horrendas compeſceret erinnyas, & ipſe adeo
Placabilis ambobus mitiſque redderetur.
Sive alieno temeratis ſanguine manibus,
Sive conſanguineo ſolliciti ſupplicaverint.

Ad primi verſus vocem λυμέλιον notat Scholiaſtes: τὸ καθάρσιον λέγει. ὅ ἐςι χοιρίδιον μικρὸν, ὅπερ οἱ ἀγνίζοντες θύσαντες, τὰς χεῖρας τοῦ ἀγνιζομένου τῷ αἵματι αὐτοῦ βρέχουσι. *Porci catulus, quo mactato expiantes luſtrandi manus ejus ſanguine imbuunt.*

Inprimis autem ſacris addicti luſtrabantur: Herodotus in Euterpe: *Ægyptii Sacerdotes: qui Iſidi maxime conſecrati erant, quotidie interdiu ter, noctu bis lavabantur.* De luſtratione Pontificis M. apud Romanos, cap. 23. dixi.

Ipſa quoque cadavera igne luſtrari ac purificari credebant. Euripides in Oreſte, Clytemneſtræ corpus igne poſt mortem depuratum eſſe dixit: πυρὶ καθήγνισαι δέμας.

Apud Athenienſes μικρὰ μυςήρια in honorem Proſerpinæ inſtituta, luſtrationes erant & initiationes, quibus ad μεγάλα, Cereri ſacra, præparabantur. Ariſtoph. Pluto: Μῶν οὖν οὐ ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐλῷ τὰ μεγάλα. Ubi Scholiaſtes, *pag.* 42. Ἐςὶ τὰ μικρὰ (μυςήρια) ὥσπερ προκάθαρσις, καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. Qui ad parva recepti Μύςαι, qui ad magna Ἐπόπται dicebantur. *vid. Ouzeel. ad Min. Fel. pag.* 91 —— 94.

CAPUT. XXVIII.

Luſtratio ſacrificiorum per aquam, molam ſalſam, ignem. Ἀπαρχή. templorum recenter ædificatorum, & refectorum. templa liberare, ſiſtere, terminare. luſtrabantur, aræ, foci, cultri, pocula, tubæ, luci, arbores, theatra.

A Perſonis ad res ſacras progredior, ubi primum locum tuentur ſacrificia, quorum luſtratio Aqua, mola ſalſa, igne peragebatur.

De aqua: Pyladen & Oreſtem mactandos (3. de pont. eleg. 2.)

Spargit aqua captos luſtrali Graja Sacerdos,
Ambiat ut fulvas infula longa comas.

Idem conſilium Iphigenia Oreſti ſuggerit apud Euripidem, Iphig. in Tauris:

ὡς οὐ θέμις, λέξομεν, θύειν θεᾷ.
Quod non fas ſit, dicemus, ſacrificare Deæ.

Deinde rationem ab impuritate ſubjicit: οὐ καθαρὸν ὄντα. τὸν δ᾽ ὅσιον δώσω φόνῳ. *Dicam te eſſe pollutum, purificatum vero interficiendum.* Poſtea Thoanti inquit, ſe Pyladen & Oreſtem loturam:

Ἁγνοῖς καθαρμοῖς πρῶτα νιν νίψαι θέλω.
Puris purificationibus prius eos lavare volo.

In deſcriptione ſacrificii apud Dionyſium Halicarn. *lib. 7. cap. 71.* Conſules ſacrificantes & ipſi manus lavant, & pura aqua victimam luſtrant, ac Cereris fructibus illarum capita ſpargunt. Sic Iphigenia apud Euripidem in Aulide mactanda:

Κανᾶ δ᾽ ἐναρχέσθω τις, αἰθέσθω δὲ πῦρ	*Aliquis ſumat flores ex calatho, & accendatur ignis*
Προχύταις καθαρσίοισι, καὶ πατὴρ ἐμὸς	*Placentis luſtricis, & pater meus*
Ἐνδεξιούσθω βωμὸν, ὡς σωτηρίαν	*Teneat aram, quia ſalutarem*

Ἕλλησι

Ἕλλησι δώσουσ' εὔχομαι νικηφόρον.	*Græcis victoriam datura venio.*
Ἄγετέ με τὰν Ἰλίου	*Ducite me Ilii*
Καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν.	*Et Phrygum expugnatricem.*
Στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρετε,	*Date coronas contextas, afferte,*
πλόκαμος ὅδε καταστέφειν.	*ut coronetur mea coma.*
Χερνίβων τε παγαῖσιν	*Et fontanis lavacris*
Ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν,	*Vocate ad iemplum*
Ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν,	*Ad aram Dianam,*
Τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,	*Dianam reginam,*
Τὰν μάκαιραν.	*Divam,*
Ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεὼν,	*Quia meo, ſi opus erit,*
Αἵμασι, θύμασί τε	*Sanguine, & mactatione*
Θέσφατ' ἐξαλείψω.	*Delebo oracula.*

Paulo poſt chorus accinit:

Ἰὼ, ἰὼ. ἴδεσθε τὰν Ἰλίου	*Io, Io, videte Ilii*
Καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν	*Et Phrygum expugnatricem*
Στείχουσαν, ἐπὶ κάρᾳ στέφη	*Euntem, coronam ſupra caput*
Βαλλομέναν, χερνίβων τε παγαῖς	*Ponentem, cum aqua lavacrorum*
Βωμόν γε δαίμονος θεᾶς,	*Ad aram Deæ*
Ῥανίσιν αἱματορρύτοις	*Guttis ſtillantibus ſanguine*
Θανοῦσαν, εὐφυῆ τε σώματος	*Morituram, & generoſam corporis*
Δέρην σφαγεῖσαν, ἔνδροσοι πηγαὶ	*Cervicem interficiendam: conſperſiones roſcida*
Πατρῷαι μένουσί σε, χέρνιβές τε.	*Patris, & lavacra expectant te.*

In hanc rem etiam mola adhibita ſalſa: Sinon de ſe mactando, 2. Æneid

—— Mihi ſacra parari
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

De libis ſacris: Varro de vita pop. R. apud Nonium, cap. 2. §. 355. *In eorum etiam ſacris liba cum ſint facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere ſe ea februare, id eſt, pura facere.* Neſtore Minervæ ſacra facturo. Odyſſ. γ.

Βοῦν δ' ἀγέτην κεράων Στρατίος καὶ δῖος ἐχέφρων,
Χέρνιβα δέ σφ' Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι
Ἤλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων· ἑτέρῃ δ' ἔχεν οὐλὰς

Ἐν κανέῳ. Poſtca: *γέρων δ᾽ ἱππηλάτα Νέστωρ*
Χέρνιβά τ᾽ οὐλοχύτας τε κατήρχετο, πολλὰ δ᾽ Ἀθήνῃ
Εὔχετ᾽ ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.
Bovem duxerunt cornibus Stratius, & divus Echephron,
Aquam vero ad lavandas manus ipſis Aretus in florido lebete
Venit ex thalamo ferens: altera vero manu geſtabat molas
In caniſtro. Poſtea: *ſenex vero eques Neſtor*
Aquamque molaſque ſpargere primus cœpit; multis autem Minerva
Supplicavit, primus primitias offerens: ex capite pilos in ignem jaciens.

Quamvis autem tota victima igne non luſtraretur, Ἀπαρχαὶ tamen, ſive primitiæ in eum conjectæ totam victimam purificatam eſſe ſignificabant. Scilicet Εἰ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, juxta Paulum, Rom. 11. 16.

Sed et ἀπαρχὴ dicitur quicquid profanis uſibus exemptum Deo conſecratur, ut תרומה decimas, aliaſque oblationes, præter ignitas ſignificat. Chryſoſt. homil. 12. in epiſt. ad Hebr. et homil. 35. in Geneſin, quas Abrahamus Melchiſedeco ſolvit decimas, ἀπαρχὰς vocat. vid. Iren. adv. hæreſes, lib. 4. cap. 27. et 34. Callimachus hymno in Delum decimas Apollini mitti ſolitas ἀπαρχὰς δεκατηφόρους vocat. Calanus Gymnoſophiſta mori certus τριχῶν ἀπήρξατο, capillos pyræ impoſuit, apud Plutarchum in Alexandro. Oreſtes noctu ad Agamemnonis patris ſepulchrum κόμης ἀπήρξατο, comam præſectam libavit. *Eurip. Electr.* Heſych. ἀπαρχὴ, προσφορὰ, ἀφαίρεμα. Oecumen in 1. cap. ad Coloſſenſes. ἀπαρχὴ νοεῖται τὸ ἐξαίρετον, καὶ θεῷ εἰς θυσίαν προσαγόμενον.

Propter hanc autem purificationem & culter reſecans ἁγνίζειν, & ignis pilos reſectos comburens ἁγνὸς dicitur. De cultro, Eurip. Alceſt.

Στείχω δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
Ὅτου τόδ᾽ ἔγχος κρατὸς ἁγνίζει τρίχα,
Accedo ad eam ut gladio primitias reſecem,
Iſte ſit ſacer Diis inferis,
Cujus hic culter conſecrat capillum capitis.

Mori-

Morientes enim tanquam Orci victimæ quædam ſunt. *Macrob. l. 5. c.* 19. De igne, idem Electr. ἐκ κανοῦ δ' ἑλὼν

Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα
Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ

quæ ſic vertit Xylander: *Ex caniſtro*

Sumto deinde acuto cultro Ægiſthus, vitulinos pilos
Exſcindens, luſtrali eos igni imponit dextera.

Ignes ſacros appellavit Maro. 6. Æneid.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus impoſuit ſacris, libamina prima.

Hoſtiæ mactandæ igne explorabantur, num eſſent mundæ, adeoque Diis, quibus deſtinabantur, dignæ. Heliod. lib. 10. Æthiop. Καθαρὰν εἶναι τὴν προσκομιζομένην τῇ θεᾷ (σεληναίᾳ) καθάπερ οὖν καὶ τῷ Ἡλίῳ τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐπὶ δὲ τῶν Διονύσου θυσίας ἀδιαφοροῦντος. *Cum lex mundam eſſe eam, quæ offertur Deæ (Lunæ) ſicuti & Soli jubeat, de Bacchi vero ſacrificiis ſit indifferens.* Paulo poſt ipſa per ignem exploratio ſubjicitur: παιδάρια τοίνυν ἄνηβα συλλαβόντες ἐκ τοῦ πλήθους οἱ ὑπηρέται (μόνοις γὰρ τοῖς τοιούτοις ἀβλαβῶς θιγγάνειν ἔνεστιν) ἐκκόμιζόν τε ἐκ τοῦ νεὼ, καὶ εἰς μέσους προυτίθεσαν, ἐπιβαίνειν ἕκαστον τῶν αἰχμαλώτων κελεύοντες, τῶν δὲ ὅστις ἐπιβαίη, παραυτίκα τὰς βάσεις ἐφλέγετο, οὐδὲ τὴν πρώτην, καὶ πρὸς ὀλίγον ψαῦσιν ἐνίων ὑποστάντων, χρυσοῖς μὲν ὀβελίσκοις τῆς ἐσχάρας διαπεπλεγμένης, πρὸς τοῦτο δὲ ἐνεργείας τετελεσμένης, ὥστε πάντα τὸν μὴ καθαρὸν, καὶ ἄλλως ἐπιορκοῦντα, καταίθειν. τῶν δὲ ἀπεναντίων ἀλύπως προσίεσθαι τὴν βάσιν. *Collectis igitur pueris impuberibus, miniſtri (ſolis enim ejuſmodi ſine detrimento attingere licet) efferebant e templo & in medio collocarunt, conſcendere quemlibet captivum jubentes. Ac ex his quicunque conſcenderat, ſtatim in planta adurebantur, cum ne primum quidem, & ad exiguum tempus, contactum quidam ſuſtinuiſſent; aureis quidem verubus foco intertexto: porro ad eam efficaciam elaborato, ut quemlibet immundum, & alioqui eum, qui pejeraſſet, adureret: ut e contra eorum, qui ſecus ætatem egiſſent, ſine ullo detrimento greſſum admitteret.*

Poſt ſacrificia ſequantur templa quæ tum recenter ædificata, tum poſt clades reſtituta ceremoniis quibuſdam ſolenniter inaugurabantur, luſtrabantur, dedicabantur. Gente Valeria fruſtra invidente a M. Horatio Pulvillo dedicatum eſt Jovis Capitolini

 tem-

templum, qui inter ceremonias nuntiata filii morte a ſolennitatibus ſe abſterreri paſſus non eſt. *Liv. lib.* 2. *cap.* 8. Templorum neglectum magnis cladibus Dii vindicarunt. Horat. lib. 3. od. 6.

Delicta majorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Ædeſque labentes Deorum, &
Fœda nigro ſimulachra fumo.

Ideoque de iis reſtituendis & expiandis magna cura. Cum Romæ ingens eſſet peſtilentia, ex libris Sibyllinis reſponſum eſt, eam eſſe ejus cauſam. quod plurimae ædes ſacras privati tenerent, quæ ad ſedandam luem tum diligenter repetitæ fuerunt, ac reparatæ. *Auguſt. de Civ. Dei, lib.* 3. *cap.* 17.

Ejectis ex urbe Gallis S Ctum factum eſt, ut fana omnia, quod ea hoſtes poſſediſſent, terminarentur, expiarenturque: expiatio eorum in libris per duum viros quæreretur. *Liv, lib.* 5. *cap.* 50

Inſignis eſt reſtutitio templi Jovis Capitolini ſub Veſpaſiano facta, apud Tacitum, lib. 4. hiſt. c. 53. *Curam reſtituendi Capitolii in L. Veſtinum confert, equeſtris ordinis virum, ſed autoritate famaque inter proceres. ab eo contracti haruſpices monuere, ut reliquiæ prioris delubri in paludes aveherentur, templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur. nolle Deos mutari veterem formam. Undecimo Kalendas Julias, ſerena luce, ſpatium omne quod templo dicabatur, evinctum vittis coroniſque. Ingreſſi milites quibus fauſta nomina, felicibus ramis. Dein Virgines Veſtales, cum pueris puelliſque patrimis, matrimiſque, aqua rivis & fontibus, amnibuſque hauſta perluere. Tum Helvidius Priſcus prætor, præeunte Plauto Eliano Pontifice, luſtrata bove tauriſque area, & ſuper ceſpitem redditis extis, Jovem, Junonem, Minervam, Præſideſque imperii Deos precatus, uti cœpta proſperarent, ſedeſque ſuas, pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent. Vittas, quibus ligatus lapis, innexique funes erant, contigit. Simul cæteri magiſtratus & Sacerdotes, & Senatus, & Eques, & magna pars populi, ſtudio lætitiaque connixi ſaxum ingens traxere: paſſimque injectæ fundamentis auri argentique ſtipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus victa, ſed ut gignuntur. Prædixere haruſpices, ne temeraretur opus ſaxo auro ve in alind deſtinato. Altitudo ædibus adjecta. id ſolum religio*

religio annuere, & prioris templi magnificentiæ defuiſſe creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat.

Tria hic acta ſunt: liberatio, luſtratio ſive Conſecratio. Quæ omnia uno *enarrandi* verbo complexus videtur Tertullianus de pallio, cap. 1. *Solenia Sentius Saturnius enarravit.*

Liberatio eſt loci purgatio, qua reliquiæ prioris delubri ejectæ, ut locus non amplius ſacer, ſed religione liberatus videri poſſet. *Defanare* vocat Arnobius, lib. 4. circ. fiin. *ſpatiola defanata.* Cicero, *orat. de reſp. haruſp.* contendit domum ſuam, judicio Pontificum religione liberatam. ideo ſacra inde evocabantur. Camillus, apud Livium, lib. 5. cap. 54. populo ſuadens ne Roma Vejos migret: *Hic*, inquit, *cum augurato liberaretur Capitolium, Juventas, Terminuſque maximo gaudio patrum, moveri ſe non paſſi.* Ulpianus, ff. lib. 1. tit. 8. *Sacrarium etiam in ædificio privato eſſe poteſt, & ſolent. qui liberare eum locum religione volunt. ſacra inde evocare.* Inde locus purus in quo nec ſacrum nec ſepulchrum, quod illato cadavere ſacrum fiebat. Ex inſcriptione Neapolitana, apud Manutium, de rat. Orthogr. pag. 57. 58.

Locumque. purum. pro. eo. opere. reddito. eidem. ſacella. aras. ſignaque. in. campo. ſunt. quæ. demonſtrata. erunt. ea. omnia tollito. deferto. componito. ſtatuitoque. ubei. locus. demonſtratus. erit. &c.

In alia inſcriptione Neapol. apud eundem Manutium. p. 204, 205, 206.

In. his. ædificiis. &. locis. puris. adjacentibus. &c. ibid. *Ædificia. ſolo. puro. poſita. deprehenderim. neque. ullo. ſepulchro. ſuperpoſita. vel. conjuncta.* in. ead. inſcript: *Locum purum. in. quo. nulla. ſepul. jacta. ſuper. neque conjuncta. apparent.*

Terminatio eſt ſpatii templo dedicati deſignatio. hoc Tacito eſt *ſiſtere templum*. Schedæ Feſti ex Bibliotheca Farneſiana: *Siſtere fana cum in urbe condenda dicitur, ſignificat loca in oppido futurorum fanorum conſtituere.* hoc liberationi junxit Cicero, 2. de legg. *Urbemque, & agros, & templo liberata & effata habento.* Liv. lib. 10. *Fanum tantum, id eſt, locus templo effatus, jam conſecratus erat.* Terminare; in inſcript. apud Manut. p. 138.

L. CALPURNIUS. PISO.

M. SALVIUS.

PR. ÆR.
AREAM. EX. S. C. A. PRIVATIS.
PUBLICA. PECUNIA.
REDEMPTAM. TERMINAVER.

Aliæ. inſcriptiones Romanæ, apud eundem Manutium. de rat. Orth, pag. 611.

TI CLAUDIUS.
DRUSI. F. CAISAR.
AUG. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.
AUCTIS. POPULI. ROMANI.
FINIBUS. POMERIUM.
AMPLIAFIT. TERMINAFITQ.

Et 2.

C. MARCIUS. L. F. L. N.
CENSORINUS. ET. C. ASI
NIUS. C. F. GALLUS. COS.
EX. S. C.
FIN. POMER. TERMIN.

Sic Pomeria terminata, nec diſſimiliter circa loca ſacra & templa ſactitatum credibile eſt.

Tandem luſtratio, ſive ipſa conſecratio ac dedicatio. *Fanare* dixit Varro, lib. 5. de ling. Lat. *quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, ut fani lege ſit, id dicitur.* Ritus a Tacito deſcribuntur. *vid. Plin. epiſt.* 49. *lib.* 10.

Etiam aliis inſtitutis ſuppliciis, templorum quoque luſtrationes factæ. Tacit. annal. 15. cap. 44. *Templum Junonis, aqua ex mari hauſta, ad Deam propitiandam, proſperſum eſt.* Poſt pugnam qua in veſtibulo templi P. Valerius Cos. interfectus eſt, Capitolium luſtratum. *Liv. lib.* 3. *cap.* 18. vid. Alex. ab. Alex. *lib.* 6. *cap.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 8. C. Caligula habitu triumphali templum Auguſti dedicavit, nobiliſſimis pueris patrimis, cum talibus etiam

am virginibus hymnum canentibus, epulumque Senatoribus ac eorum uxoribus, & populo datum, variaque ſpectacula edita. *Dio. lib.* 59.

Inſtrumenta quoque ſacrorum luſtrabantur: Aræ, ligna, foci, cultri, Tubæ, Luci, aliaque.

Aræ Taurobolio Criobolioque dedicatæ. Ex Inſcriptione Romana apud Manut. *de rat. Orthogr. p.* 300. 301. hæc ad probandum ſufficiunt:

—— DEI. SOLIS. INVICTI. MITHRÆ. HIEROFANTA. HECATÆ. DEI. LIBERI. ARCHIBUCOLUS. TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IN. ÆTERNUM. RENATUS. ARAM. SACRAVIT. *DD. NN.* VALENTE. V. ET. VALENTINIANO. IUN. AVGG.

CONSS. IDIB. AUGUSTIS.

Elegantiſſima eſt perantiqua Aræ dedicatio, quam ex ruinis Solonæ, urbis Dalmatiæ eruit, & ad ſtudioſæ poſteritatis ſolatium, luculenter inſtauravit *Joh. Baptiſta Rhamnuſius*, Venetus, quam deſcripſit Aldus Manutius, *de rat. Orthogr. p.* 444. 445. eam hic exhibere operæ pretium eſſe putavimus: exhibet etiam Scardeonius, *antiquit. Patav. pag.* 85.

L. ÆLIO. CÆSARE. IMP. P. COELIO. P. F. BALBINO. VIBULLIO.

PIO. COSS. VII. IDUS. OCTOBRES.

CN. DOMITIUS. VALENS. II. VIR. I. D. PRÆUNTE. C. IULIO. SEVERO. PONTIFIC. LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QUÆ.

INFRA. SCRIPTA. SUNT.

IUPPITER. OPTIME. MAXIME. QUANDOQUE. TIBI. HODIE. ARAM. DABO. DEDICABOQUE. OLLIS. LEGIB. OLLISQUE. REGIONIBUS. DABO. DEDICABOQUE. QUAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. UT. INFIMUM. SOLUM. HUJUS. ARÆ. EST. SI. QUIS. HIC. HOSTIA. SACRUM. FAXIT. QUOD. MAGMENTUM. NEC. PROTOLLAT. ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTUM. ESTO. CE... RA. LEGES. HUIC. ARÆ. EÆDEM. SUNTO. QUÆ. ARÆ. DIANÆ. SUNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTÆ. HISCE. LEGIB. HISCE. REGIONIB. SICUTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. IUPPITER. OPT. MAX. DICO. DEDICOQUE. UTI. SIS. VOLENS. PROPITIUS. MIHI. COLLEGISQ. MEIS. DECURIONIB. COLONIS. INCOLIS. COLONIÆ. MARTIÆ. IULIÆ. SALONÆ. CONIUGIBUS. LIBERISQUE. NOSTRIS.

Alias præterea ex Occone ararum dedicatarum inſcriptiones habet Roſinus, *Antiq. Rom.* 2. *cap.* 2.

De lignis, Voſſius, *de idolol. lib.* 3. *cap.* 13. ex Plutarcho docet: ligna, quibus nubes arcu inſignis impluiſſet, hac ratione, quaſi luſtrata, magis idonea, ut honori crementur divino, habita fuiſſe.

De focis, & cultris: Servius, ad 2. Æneid. *Mola ſalſa & frons victimæ & foci adſpergebantur, & cultri.* Senec. Thyeſt. act. 1. v. 686. *Tangenſque ſalſa victimam culter mola.*

De Tubis, argumento eſt feſtum Tubiluſtria, menſe Aprili, ultimo Quinquatriorum die celebratum: quo non ipſa urbs tubis luſtrabatur, ut aliqui colligunt ex verſibus Ovidii. 3. *Faſtor.* ſic male lectis:

Summa dies de quinque tuba luſtrare canora
Admonet, & forti ſacrificare Deæ.

Urbe enim Feralibus circa finem Februarii luſtrata, vero ſimile non eſt, tales ceremonias Aprili menſe repetitas eſſe. Verum ipſæ Tubæ ſacrorum in atrio ſutorio luſtrabantur. *Varro lib.* 5. *de ling. Lat.* Ex Feſti ruderibus colligitur, luſtrationem hanc agna factam eſſe: *Tubiluſtria, quibus diebus adſcribi tum in factis eſt, cum in atrio ſutorio tubæ agna luſtrantur, ab his tubas appellant, quod genus luſtrationis ex Arcadia Pallanteo tranſlatum eſſe dicunt.* Qui luſtrationes peragebant *Tubicines* dicebantur. Feſtus iterum: *Tubicices etiam ii appellantur, qui Sacerdotes, viri ſpecioſi, publice ſacra faciunt tubarum luſtrandarum gratia.*

Vulcanalibus idem fiebat, qui dies x. Kal. Junias, 3. Faſt.

Proxima Vulcani lux eſt, Tubiluſtria dicunt,
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Verſum ergo, ex Ovidio paulo ante citatum, rectius ſic legeris:

Summa dies de quinque tubas luſtrare canoras Admonet.

Quæ religio injecta videtur, quod in funeribus efferendis etiam tubæ uſus fuerit. Qui enim majoris ætatis erant ad tubas: minoris vero ad tibias offerebant. *Serv. ad.* 4. *Æneid. v.* 138.

De lucis & Arboribus: Lucanus, *lib.* 3. de exciſo circa Maſſiliam luco,

Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.

Jul.

Digitized by Google

Jul. Firmic. de err. profan. relig: *Arborem ſuam diabolus conſecrans, intempeſta nocte, arietem in cæſæ arboris facit radicibus immolari.* De origine idololatriæ circa lucos, & arbores legatur ſpecimen antiquitatum e ſacris profanarum amici noſtri Clariſſ. & Doct. Theodori ab Almeloveen: pag. 11. —— 23.

Nec Veteres ullis ad cibum potumve capiendum vaſis utebantur, niſi ante ex iis libatione Diis facta luſtrata eſſent, quod proprie eſt imbuere. *vid. Grevium ad Heſiod. v.* 748. Exemplum eſt Iliad. π. v. 225. & ſeqq.

Ἔνθα δὲ οἱ δέπας ἔσκε τετυγμένον, οὐδέ τις ἄλλος
Οὔτ᾽ ἀνδρῶν πίνεσκεν ἀπ᾽ αὐτοῦ αἴθοπα οἶνον
Οὔτε τέῳ σπένδεσκε θεῶν, ὅτε μὴ Διὶ πατρί.
Τό ῥα τότ᾽ ἐκ χηλοῖο λαβὼν, ἐκάθηρε θεείῳ.
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ᾽ ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι.
Νίψατο δ᾽ αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ᾽ αἴθοπα οἶνον
Hæc inter ſcyphus illi inerat gravis ære micanti
Arte laboratus mira, quem nemo ſolebat
Poturus captare manu, niſi ſolus Achilles:
Quo nulli (niſi vina Jovi) libare Deorum
Idem erat aſſuetus. prolatum hunc ergo recluſo
Scriniolo, purgatque recentique abluit unda.
Tum lotis manibus Lenæi muneris implet Nectare.

Tandem theatra & conciones luſtrabantur. Pollux, lib. 8. cap. 9. ſect. 24. ἐκάθαιρον χοιρειδίοις (lege χοιριδίοις) ἤτοι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ θέατρον: Καθάρσιον δὲ τοῦτο, καὶ χοιρείδιον (l. rurſus χοιρίδιον) ἐκαλεῖτο. *Expiabant* hi Heſtiarchæ *parvis porculis concionem & theatrum. Victima autem luſtratoria porculus ille dicebatur.* Suidas in Καθάρσιον. ἔθος ἦν Ἀθήνησι καθαίρειν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ θέατρα, μικροῖς πάνυ χοιριδίοις, ἅπερ ὠνόμαζον καθάρσια. *Mos erat Athenis luſtrare concionem & theatra parvis admodum porcellis, quæ vocabant. καθάρσια piacula.* Plutarchus in præceptis Politicis de Athenienſibus tradit, τὸν δὲ ἐν Ἄργει πυθόμενοι σκυταλισμὸν, ἐν πεντακοσίους καὶ χιλίους ἀνῄρηκησαν ἐξ αὐτῶν οἱ Ἀργεῖοι περιενεγκεῖν καθάρσιον περὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐκέλευσαν. *De Scytaliſmo Argis exorto, in quo Argivi e ſuis mille quingentos interfecerant, certiores facti piaculum circum eccleſiam ferre juſſerunt.* Ariſtoph. Acharn. act. 1. ſc. 2. ubi præco: πάρελθ᾽ εἰς

τὸ-

τὸ πρόσθεν πάρελθ' ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος. h. e. interprete Friſchlino: *Procedite ulterius, procedite, ut intra luſtratum ſitis locum.* Mox: τίς ἀγορεύειν βούλεται. Scholiaſt. pag. 263. Εἰώθασιν οἱ Ἀθηναῖοι σφάζειν δέλφακα, καὶ ῥαίνειν τὰς καθέδρας τῷ αἵματι αὐτοῦ, εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος, ἐπειδὴ τοὺς καρποὺς αὐτῆς βλάπτει. Ἄλλως· ὅτι καθαίρονται οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, σφαζομένου, Καὶ ὁ ῥήτωρ φησὶν, ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ, καὶ ὁ κήρυξ τὰς πατρίους εὔξηται, τότε δὴ κελεύει δημηγορεῖν. τὸ δὲ θυόμενον χοιρίδιον ἐπὶ καθάρσει τῶν τόπων, κάθαρμα ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ περικαθαίρων καθαρτής. Αἰσχίνης δὲ ἐν τῷ κατὰ τιμάρχου, καθάρσιον καλεῖ. Ex ipſius Æſchinis verbis hæc clare pateſcunt, qui oratione in Timarchum, de Solone ejuſque legibus, ſic loquitur: Καὶ πῶς δὲ κελεύει τοὺς προέδρους χρηματίζειν, Ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ. καὶ ὁ κήρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται. προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων, καὶ κηρύκων, καὶ πρέσβεων καὶ ὁσίων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κήρυξ· τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. Hoc eſt: *Et quo pacto jubet Præſides de publicis negotiis agere? Ubi luſtralia circumgeſtata fuerint, & præco patria vota peregerit, inprimis decernere jubet Præſides de patriis ſacris, & caduceatoribus, & legatis, & publicis negotiis. Deinde rogat præco, quis eorum, qui annum ætatis quinquageſimum exceſſerint, verba facere velit?*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CA-

Digitized by Google

ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPUT. XXIX.

Luſtrationes ovium, canum, agrorum. Ambarvalia privata, publica. Cur porca Cereri factum? Porca præcidanea. Porca contracta. Religio ſepulturæ. Animæ non ſepultorum in campos Elyſios non admiſſæ. Animas eorum qui mari ſuffocantur, interire. luſtratio pagorum. Fluminum item apud Moſcovitas.

HOc capite de luſtrationibus ruſticis agam, quibus oves, agri, pagi expiabantur. Oves luſtrabantur Palilibus. Vetus Kalendarium ruſticum: *Menſe Aprili*, OVES LUSTRANTUR. 4. Faſt.

Paſtor oves ſaturas ſub prima crepuſcula luſtret,
Unda prius ſpargat virgaque verrat humum.
Frondibus, & fixis decorentur ovilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cærulei fiant puro de ſulphure fumi,
Tactaque fumanti ſulphure balet ovis.

Venatores etiam canes luſtrabant. Arrianus in cyneget: cap. 33. χρὴ τῇ Θεῷ γε ἀποκαθαίρειν τὰς κύνας, καὶ τοὺς κυνηγέτας κατὰ τὰ πάτρια, ὡς νόμος. *Oportet tum canes, tum venatores ipſos Deo huic luſtrare, juxta ritum patrium, ut lex eſt.*

Agri Ambarvalibus luſtrabantur: ſic dictis quod victima ambiat arva, quod notat Servius, ad Ecl. 3. *Cum faciam vitula pro frugibus.* Macrobius, lib. 3. cap. 5. ex Feſto ait: *Ambarvalis hoſtia, quæ rei divinæ cauſa, circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt.* dicitque hujus ſacrificii mentionem fieri in Bucolicis, ubi de apotheoſi Daphnidis:

Hæc tibi ſemper erunt, & cum ſolennia vota
Reddemus nymphis, & cum luſtrabimus agros.

Am-

Ambarvalia vel privata erant, vel publica. Privata a Patreſfamilias peragebantur. De his Tibullus, lib. 2. eleg. 1.

Quiſquis adeſt, faveat: fruges luſtramus & agros,
Ritus ut a priſco traditus extat avo.


Poſtca: *Dii patrii, purgamus agros, purgamus agreſtes,*
Vos mala de noſtris pellite limitibus.

Cato, de re ruſt. cap. 141. *Agrum luſtrare ſic oportet: Impera ſuovetaurilia circumagi cum divis volentibus, quodque bene eveniat mando tibi Mani, uti illace ſuovetaurilia agrum, fundum, terramque meam, quota ex parte ſive circumagi, ſive circumferenda cenſeas, uti cures luſtrare. Janum Jovemque vino præfamino, ſic dicito: Mars pater, te precor, quæſoque uti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque noſtræ, cujus rei ergo, agrum, terram, fundumque meum ſuovetaurilia circumagi juſſi, uti tu morbos viſos inviſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis, defendas, averrunceſque. utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque evenire ſinas, paſtores pecuaque ſalva ſervaſſis, duiſque bonam ſalutem valetudinemque mihi domo familiæque noſtræ. Harunce rerum ergo fundi, terræ, agrique mei luſtrandi, luſtrique faciendi ergo, ſicuti dixi, macte hiſce ſuovetaurilibus lactentibus eſto. Item cultro facito ſtruem, & fertum uti adſiet. Inde obmoveto. Ubi porcum immolabis, agnum vitulumque, ſic oportet. Ejuſque rei ergo macte hiſce ſuovetaurilibus immolandis eſto. nominare vetat Martem, neque agnum vitulumque. Si minus in omnes litabit, ſic verba concipito: ſi quid tibi in illiſce Suovetaurilibus lactentibus neque ſatisfactum eſt, te hiſce Suovetaurilibus piaculo. Si uno, duobuſve dubitaverit, ſic verba concipito: Mars pater, quod tibi illuc porco neque ſatisfactum eſt, te hoc porco piaculo.* In his ruſticorum precationibus Martem non alium eſſe quam Sylvanum, notavit Scaliger in Feſtum. *pag.* 88.

Publica Ambarvalia Cereri a fratribus Arvalibus porca fiebant, menſe Majo. Vetus Kalendarium ruſticum: *Menſe Majo:* SEGETES LUSTRANTUR. Feſtus: *Ambarvalis hoſtia appellabatur, quæ pro arvis, a duobus fratribus ſacrificabantur*, ubi pro *duobus* legendum eſſe *duodecim* judicant eruditi: tot enim membrorum erat Collegium Arvalium, qui de agrorum terminis cogno-

gno-

346



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

gnoſcebant. Sic luſtra miſſa ſuovetaurilibus a Fratribus Arvalibus, inſcriptione legitur. fol. 121. 112. Legitima precationis verba, his an privatis luſtrationibus uſitata, legas apud Feſtum in Peſeſtas. *Avertas morbum, mortem, impetiginem*, cui *Peſeſtatem*, hoc eſt, peſtilentiam adjungebant. Totam pompam deſcribit Virgilius, 1. Georg.

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho,
Terque novas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocii comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta, necante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri, torta redimitus tempora quercu,
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Hoſtiam hanc ſæpe porcam foecundam & gravidam fuiſſe Servius ad hunc locum docet. Cur autem Cereri Porca fiat duplex omnino ratio reddi poteſt. Prior eſt utilitas, quam ex hoc animali in humanum genus redundare videmus. Primum enim arandi artem hominibus oſtendiſſe videtur, quare porca Ægytiis ſacra, *Plutarch. 4. ſympoſ. quæſt. 5.* imo hominem quotidie meliora ſperare docet, nunquam enim retrogreditur, ut cancer; ſed paſcens progreditur. Eleganter hoc Alciatus expreſſit:

Roſtra novo mihi ſetigeri ſuis obtulit anno,
Hacque cliens, ventri xenia, dixit, habe.
Progreditur ſemper, nec retro reſpicit unquam,
Gramina cum pando proruit ore vorax.
Cura viris eadem eſt, ne ſpes ſublapſa retrorſum
Cedat, & ut melius ſit quod & ulterius.

Altera ratio eſt, quod pauperiem fecerit, damnumque ſegetibus intulerit. 1. Faſt.

Prima Ceres avidæ gaviſa eſt ſanguine porcæ,
Ulta ſuas merita cæde nocentis opes.
Nam ſata, vere novo, teneris lactentia ſuccis,
Eruta ſetigeræ comperit ore ſuis.

Item. 15. metam —— *& prima putatur*
Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia ſemina pando

Eruerit roſtro, ſpemque interceperit anni.

Æſchylus apud Athen. lib. 9. cap. 4.

Θύσας δὲ χοῖρον τόνδε τῆς αὐτῆς ὑὸς
Ἡ πολλά γ' ἐν δόμοισιν εἴργασαι κακὰ,
Δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἀνωκάτω.
Porcum ſacrifica, cum ipſa ſue,
Multis ædes affecit illa damnis,
Quatiens & evertens ſurſum deorſum omnia turbavit.

Item quare hoc animal ſacrum cretenſibus id ibid. *Callimachus hymno in Dianam: v* 156. σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται. *Sues opera agricultura, ſues plantas vaſtant.* Porca hæc, *pracidanea* dicebatur, quia eam antequam novam frugem præciderent, immolabant, ut Feſtus, & Agellius, *lib.* 4. *cap* 6. cenſent. vel a præcedendo, ut feriæ præcidaneæ, ut ibidem ex Attejo Capitone Agellius. de ejus mactatione Cato, de re ruſt. cap. 134. *Prinſquam meſſim facies, porcam pracidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca pracidanea, porco fœmina, prinſquam haſce fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, ſemen rapicium, thure, vino, Jano, Jovi, Junoni prefato. Prinſquam porcum fœminam inmolabis Jano ſtruem commoveto ſic. Jane pater, te hac ſtrue comovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſque meis domo, familiaque mea. Ferctum Jovi moveto & mactato ſic: Jupiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſque meis, domo, familiaque mea mactus hoc fercto. Poſtea Jane pater, uti te ſtrue commovenda bonas preces bene precatus ſum, ejuſdem rei ergo macte vino inferio eſto. Poſtea Iovi ſic: Iupiter macte fercto eſto, macte vini inferio eſto. Poſtea porcam precidaneam immolato. Ubi exta proſecta erunt, Iano ſtruem commoveto, mactatoque item uti uti prius feceras, Iovi ferctum obmoveto, mactatoque item uti prius feceras. Item Jano vinum dato, & Jovi vinum dato, ita uti prius datum ob ſtruem obmovendam, & ferctum libandam, Poſtea Cereri exta, & vinum dato.*

Sed quid hæ ceremoniæ ad luſtrationes? Docet Agellius, loco ſupra laudato. *Porca pracidanea*, inquit, *appellata, quam piaculi gratia, ante novas fruges ſeri captas, immolari Cereri mos fuit, ſi qui familiam funeſtam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam*

opor-

oportuerat, procuraverant. Feſtus: *Præcidanea porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo juſta non feciſſet, id eſt, glebam non objeciſſet, quod mos erat eis facere, prinſquam novas fruges guſtarent.* Marius item Victorinus citatus M. Martinio in Etymologico, voce *Præcidaneus*, & Turnebo, advers. lib. 17. c. 20. *Qui juſta defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccaverunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat, antequam novam quaſi dapem mereant de ſegete capere. præcidaria dicta, quod ante caditur, quam frugem capiant. Præcidariam* vocat quam alii *præcidaneam*. & *præſentaneam* quæ præſente defuncto immolatur. Sed in *præcidaria* mendum eſſe ſuſpicatur Turnebus, qui & huc refert locum Ciceronis, 2. de ll. *Quæque in porca contracta jura ſunt.* ubi vocem *contracta* (pro qua olim *confracta* lectum) non cum *jura*, ſed *porca* jungit. Eſtque porca contracta, cum quis anniverſarium hoc piaculare ſacrum peccato contraxit, ut ipſi quotannis hoc ſolvere ſit neceſſe, pontificio Romanorum ritu.

Maximam enim religionem in ſepulturæ ceremoniis gentiles ponebant, adeo ut eam negligere ſummum eſſet piaculum. Cic. Philipp. 9. *Majores quidem noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulchra paucis. ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neque deleri poteſt: atque ut cætera extinguuntur, ſic ſepulchra ſanctiora fiunt vetuſtate.* Iſocrates in Panathen. legem de ſepulturis vocat παλαιὸν ἔθος, καὶ πάτριον νόμον ᾧ πάντες ἄνθρωποι χρώμενοι διατελοῦσι, οὐχ ὡς ὑπ' ἀνθρωπίνης κειμένῳ φύσεως, ἀλλ' ὡς ὑπὸ δαιμονίας προστεταγμένῳ δυνάμεως, Qui etiam de pietatis generibus ſcripſerunt, primum locum in ſepultura eſſe voluerunt. Unde cum Pontificibus nefas eſſet cadaver videre, tamen magis nefas fuerat, ſi viſum inſepultum relinquerent: ut ſcribit Servius, ad 6. Æneid. v. 176. Scholiaſtes Sophoclis: οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἀναμησάμενοι κόνιν ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. *qui enim mortuum cernunt inſepultum, neque pulverem adſpergunt, exſecrabiles habentur.* Hæc Athenienſibus lex quoque ſcripta fuit, teſte Æliano, lib. 5. var. hiſt. cap. 14. ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντα. *Si quis in inſepultum cadaver hominis incidat, ſaltem ei terram injiciat, & ita ſepeliat, ut ad*

 ecca-

occaſum ſpectet. Quintilian. declam. 5. *Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus, nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, ut non quantulocumque veneretur aggeſtu.* & declam. 6. *Nobis vero adverſus exanimes genuit non ſolum miſerationem, quæ cogitationi noſtræ ſubit, ſed etiam religionem. Inde ignotis quoque corporibus tranſeuntium viatorum collatitia ſepultura, inde injecta ab alienis humus.* Hoc officium ab Ænea petebat Palinurus, 6. Ænead. v. 365. *Aut tu mihi terram Injice.*

Archytas Tarentinus, apud Horatium, lib. 1. od. 28.

> *Quanquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit*
> *Injecto ter pulvere curras.*

Phocyl: v. 96. Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.

> *Terram impartire inſepultis mortuis.*

Credebant enim, priuſquam ſepeliatur corpus, animæ quietem non contingere. 6. Æneid.

> *Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta*
> *Tranſportare prius quam ſedibus oſſa quierunt.*

Theagenes, apud Heliodorum, *lib.* 2. *Æthiop.* duabus de cauſis Charicleam, quam interfectam eſſe falſo putabat, ſupra terram adhuc ferri ait: Primo quòd a tali corpore, & ex quo per vim expulſa, ſine moleſtia diſcedere non poſſet; Deinde, quod inſepulta ab umbris infernalibus arceretur.

Si quis fulmine ictus eſſet, quid de eo faciendum legibus Numæ Pompilii cautum erat, quas habet Feſtus in *Occiſum:* Si hominem fulminibus occiſit, ne ſupra janua tollito. Homo ſi fulmine occiſus eſt, ei juſta nulla fieri oportet. Quæ ſic legit Scaliger: „ SEI. HOMINEM. FULMIN. JOBIS. OCCISIT. „ EM SUPRA. GENUA. TOLLITO. HOMO. SEI. FUL- „ MINE. OCCISUS. ESIT. EI. IUSTA. NULLA. FIERI. „ OPORTETO. *Et addit:* ubicunque fulmen hominem oc- „ ciderat, ibi ſepeliebatur. *Artemidorus:* ἐν γὰρ οἱ κεραυνωθέντες, „ μετατίθενται, ἀλλ᾽ ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπ- „ τονται. Plinius in catholicis fulgurum: *Hominem ita exanima-* „ *tum cremari fas non eſt, condi terra religio tradit.* Sepeliebantur „ autem ab Aruſpicibus. Senec. de clem. lib. 1. *Ecquis Regum*

„ *erit*

„ *erit tutus, cujus non membra Aruſpices colligant. Quod ſi Dii pla-*
„ *cabiles & æqui delicta potentium non ſtatim fulminibus perſequun-*
„ *tur* &c. Hactenus Scaliger. Lucas Fruterius, epiſtola ad Muretum, quæ inter hujus epiſtolas, lib. 1, legitur, de hac Numæ lege, ſic ſcribit: Videtur mos fuiſſe olim, qui & nunc Galliæ quibuſdam in partibus eſt, ut reſtibus quibuſdam, vel lineis mantilibus pheretro circumvolutis, earumque extremitatibus manui obvolutis, funus ultra genu ſuſtollerent, ſic in locum communem Mettia porta transferrent. In prima lege illud, *Super Genua Tollere*, Gutherius, *lib.* 1. *de jure manium*, *cap.* 3. interpretatur loco movere, quo ei proximiores officia ultima præſtarent, ungerent, lavarent. Ex ritu enim priſco funeris, ſoror vel mater mortui, quæ Funera dicebatur, corpus genibus ſublevabat. quia forte iis ineſt vitalitas. *Plin. lib.* 11. *cap.* 45. vel quod illa miſericordiæ ſint conſecrata. *Serv. Ecl.* 6. Sicque corpus illud ſinu fovebat, & complectebatur. Pædo Albinovanus de morte Druſi:

At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit,
Frigida nec movit membra tremente ſinu.

Quod Pedo ſinum, Virgilius complexum dixit, Ecl. 5.

Cum complexa ſui corpus miſerabile nati
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Gremium Arnobius vocat, lib. 5. *Ac ne medio gremio diffluerent, ſic ſoli, priuſquam veſte velaret ac tegeret, lavit utique balſamis, & unxit.*

De altera Numæ lege idem Gutherius: *Ne juſta ei fiant qui fulmine occiſus* eſt, ἔθιμα, Chariſ. lib. 1. conſueta vel ex conſuetudine ſolennia. Nec enim icti fulmine, qui ἱεροὶ νεκροὶ, lavabantur, ungebantur, producebantur, urebantur, nec iis inferiæ ſolvebantur, ſed ibi humo tradendi, ubi occidiſſent. Rationem legis eam adfert Artemidorus: *lib.* 2. *c.* 8. quod nullus fulmine ictus infamis, aut ignominioſus exiſtat, qui etiam velut Deus colebatur. οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν. ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. Diis enim nec juſta fiebant, nec illi lugebantur. Sic M. Aurelio mortuo, tantus illius amor, die regii funeris, claruit, ut nemo illum lugendum cenſuerit, certis omnibus, quod a Diis commodatus ad Deos.

Deos rediiſſet. *Capitolin.* Altera ratio probabilior eſt, juſta fulmine ictis non fieri, quod inter prodigia illi haberentur. Liv. lib. 20. *Annus prodigiis ſolicitus, in exercitu Appii Claudii nuntiatum eſt pleroſque fulminibus ictos.* Ut in Catilinariis prodigiis numeratur M. Herennius, *Plin. lib* 2. *cap.* 51 qui ſereno die fulmine ictus eſt. Et poſt Agrippinæ parricidium prodigia crebra, *Tacit.* 14. *Annal.* inter quæ mulier in concubitu mariti exanimata. Quæ quidem prodigia cum certo ſacrificii genere procuranda expiandave eſſent, vel ex libris Sibyllinis, vel ex Aruſpicum Pontificumve reſponſo: nullo alio ritu ſolvi juſta potuerunt, ſed prodigii ſolum procuratio danda piaculari ſacro: quare fulguritos condi terra religio vetuit, *Senec.* 1. *de clem. cap* 7. membraque vel oſſa ab Aruſpicibus colligi ut ex Varrone colligitur, in libro περὶ ἀρετῆς, καὶ φύσεως. *Illud vero,* inquit, *quondam egi, ut ego non metuam fulmen, non Aruſpicem triſtem.* quem *Fulguratorem* vocat Cato de moribus Neronis, apud Nonium. Hos quidem fulguris ictus non ad honorem retulerunt, ſed ad pœnam vitæ impurioris, quæ divinis honoribus poſt fata coli non debuit, ut Artemidorus Ὀνειροκρίτης ſomniavit. Leges Numæ tandem, a potentioribus, temporis lapſu violatæ aut immutatæ. Nam Strabo M. Pompeji pater, occiſus fulmine, indictivo funere elatus eſt. *Plut. in Pomp.* & fulmine icti corpus univerſum concremandum in eo loco, ubi occidiſſet, antiqui Rhetores loquuntur. *Quintil. declam.* 274. vid. Kirchm. de funer. Rom. *lib.* 1. *cap.* 3.

Illos qui violento exitu diſcedunt, chaldaïcum oraculum pronunciavit purgatiſſimos: Βίῃ σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρώταται. *Vi corpus relinquentium animæ ſunt puriſſimæ.* Rationem reddit Pſellus, quod anima, quæ corpus cum dolore deſerit, vitam hanc abominetur, & converſationem cum corpore odio habeat, ideoque cum gaudio ad ſuperiora evolet. At vero animæ, quæ corpus morbis diſſolutum relinquunt, nutum & propenſionem ſuam erga corpus non admodum ægre ferunt. quod quidem de Chriſtianis martyrio coronatis, quorum animæ ſanguine Chriſti luſtratæ ſunt, verum eſſe recte Pſellus monet: Alias autem gentiles τοὺς βιοθανάτους, corporea contagione reliquis impuriores judicabant: Eorumque animas *ajunt immatura morte præventas, eouſque vagari donec*

nec

nec reliquatio compleatur ætatis, qua cum pervixiſſent, ſi non intempeſtive obiiſſent. Infernalibus etiam pœnis affici cenſebant cos

— qui ſibi letum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Projecere animas.

Hoc autem alio Chaldæorum oraculo innui idem Pſellus judicavit: Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι. *Ne exigas* animam, *ne in exeundo habens aliquid* periclitetur. quod de ἀνοχετεία ſimpliciter interpretatur, qua anima è corpore ejicitur, antequam perfecte purgata ſit. Non itaque hæc ſtatio deſerenda, antequam Deus animam è cuſtodia evocet. Apud Romanos in Pontificalibus libris cautum erat, ut inſepulti abjicerentur, qui deſperatione in afflictis rebus mortem ſibi conſciverant: & ne juſta illis fierent, ſed ſuſpenſis oſcillis, velut per imitationem mortis, parentaretur. *Serv. ad* 12. *Æneid. v.* 603.

Qui de infelici arbore ſuſpenſi erant, eorum corpora relinquebantur, ut *paſcerent in cruce corvos*, ut ait Horatius, lib. 1. epiſt. 16. aut *nuda præberent urſis pectora*, quemadmodum apud Martialem, lib. ſpect. epigr. 7. *non falſa pendens in cruce Laureolus:* aut *de Solis unguine & Jovis lavacro*, uti Tertullianus loqui amat, *lib. de anima*, *cap.* 46. membra in cruce tabeſcerent, quod Polycrati crucifixo accidiſſe teſtis eſt Val. Maximus, *lib.* 6. *cap.* 9. unde etiam cuſtodia cruci affixis appoſita, ne quis reorum corpora detraheret, & ſupulturæ mandaret, quod de Cleomene factum Plutarchus in ejus vita tradidit, & in lepida illa matronæ Epheſinæ hiſtoria Petronius in ſatyrico. Bomilcar de ſumma cruce, veluti de tribunali concionatur. *Juſtin. lib.* 22. *cap.* 7. Lyſimacho Regi crucem minitanti Theodorus Cyrenæus ait: *Terribilis hæc purpuratis ſit tuis: mea quidem nihil intereſt, humine an ſublime putreſcam.* Cic. quæſt. Tuſcul. lib. 1. V. Max. lib. 6. cap. 2. Quin etiam apud Ægyptios idem fuit obſervatum, uti Joſephus prædixit piſtorum præfecto, *Gen.* 40. fore, ut carnem in cruce ſuſpenſi volucres dilacerarent. Imo vero, quod miretur aliquis, apud Hebræos etiam lex iſta de ſepultura ſuſpenſorum, quæ legitur, *Deut.* 21. 23. non ſemper fuit obſervata, nam de ſeptem filiis Saul, Domino in Gibea crucifixis, teſtatur Scriptu-

Digitized by Google

ra, quod aliquot dies inſepulti manſerint. 2. *Sam.* 21. 10. Verum hi ritu non Iſraëlitico, ſed Gabaonitico ſuſpenſi fuerunt: forte & ipſo Davide inſcio, qui in manum Gabaonitarum miſeros illos tradiderat. vide *Clote. de dolor. an. Chr. conſid.* 20. §. 3.

Inſepulti abjiciebantur Sacrilegi, proditores, &c. Themiſtoclis oſſa clam in Attica ab amicis ſepulta eſſe, ait Corn. Nepos, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus; cum alias apud Athenienſes lege cautum eſſet: ſi quis in inſepultum cadaver hominis incidiſſet, terram ei injiceret, & ita ſepeliret, ut ad occaſum ſpectaret. *Ælian. var. lib.* 5 *cap.* 14. Phocenſes, bello ſacro, ut ſacrilegi dimerſi. *Diod. Sic. lib.* 16. *cap.* 35.

Apud Lacedæmonios, qui ad ſupplicium dati erant ad καιάδας ſepeliebantur. quod factum Pauſaniæ. Scholiaſt. ad Thucyd. lib. 1. τόπος ὁ καιάδας ὁ ὠρυγμένος ἐν λακωνικῇ, ὅπου τοὺς κακούργους εἰώθασι ῥίπτειν. Tales apud Romanos ſcalæ Gemoniæ, *vid. Guther. de jur. man. lib.* 1. *cap.* 11.

De illis qui in mari moriuntur dubitari poſſet. A pleriſque anima voragine demerſa penitus interire, nec ad campos Elyſios unquam pervadere credebatur, ut Syneſius, *in epiſt.* 4. de ſociis Alexandriam navigantibus tradit, qui, tempeſtate oborta, ſicas manibus exſeruerunt, ut animæ, alioqui moriturae, gladio viam aperirent in aëre. idque ex Homero probat, qui verbo ἐξαπόλωλεν, animam demerſi hominis interiiſſe ſignificat:

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Ajax interiit poſtquam ſalſam bibit undam.

Nullum enim alium ait ἐξαπολωλέναι. ſed, Odyſſ. γ. v, 21, 24.

ἕκαστος ἀποθνήσκων ἄϊδός τε βέβηκει.

Unuſquiſque obiens deſcendit ad orcum.

Proinde in duabus mortuorum recenſionibus Ajax nuſquam introductus eſt: quaſi ejus animus in orco non eſſet. Et Achilles vir generoſiſſimus, & periculorum amantiſſimus, mortem in aqua reformidat, quam quidem etiam θάνατον λευγαλέον *mortem tetram* vocat. Palinurus, 6. *Æneid.* ſepulturam ab Ænea petit, quod non in mari merſus perierit, ſed a Velienſibus interemtus ſit. Ovidius imminens naufragium metuens, 1. Triſt. eleg. 2. *Opprimet hanc animam fluctus.* Et poſt. Non



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Non lethum timeo, genus eſt miſerabile lethi,
Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Hippomedon apud Statium, 9. Theb:

Exclamat: Fluvione (pudet!) Mars inclyte, merges
Hanc animam! ſegneſque lacus, & ſtagna ſubibo
Ceu pecoris cuſtos, ſubiti torrentis iniquis
Intercaptus aquis! adeone occumbere ferro
Non merui? Callimach: epigr. 19.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην.

Hoc eſt, Bonaventura Vulcanio interprete:

Naxius in terra haud periit Lycus, at mari in alto
Abſorptam ſenſit navim animamque ſimul.

Servus Vedii Pollionis, ob fractum cryſtallinum murænis in piſcina objiciendus, ad Auguſti pedes confugit, non deprecaturus mortem, ſed petiturus ut aliter periret. *Senec. de ira lib.* 3. *cap.* 40. ne ſcil: anima voragine demerſa penitus interiret.

Hæc cauſa Ariſtippo, in marina tempeſtate, tantum metum incuſſiſſe videtur, ut ſociis cum reprehendentibus reſponderit, ſe periclitari περὶ τῆς εὐδαιμονίας. *Ælian var. hiſt. lib.* 9. *cap.* 20. qua ſcil: intereunte anima fruſtrandus eſſet. Hinc Æneæ querela, 1. *Æneid*, cum graviſſima tempeſtas oborta præſentem ipſi ſociiſque mortem intentaret: *O terque quaterque beati*

Queis ante ora patrum, Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere —— vid. Serv. ad 1. *Æneid. v.* 97.

Heſiod. ἔργ. v. 685. Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν. *Miſerum vero eſt mori in fluctibus.* Eumolpus in Petronii ſatyrico *turpem exitum* vocat. *Fœde* tales *interiiſſe* dicit Livius, *lib* 28. *cap.* 36. Hinc miſeri juvenis ad patrem preces, apud Quintilianum, declam. 5. *Has tantum reliquias commendate piratis, ne merſus profundo, & projectus in fluctus exitum faciam hominis, ad quem non venerit pater.*

Horum tamen ſepulturam curarunt. Orelius, Romani exercitus Dux, apud Athen *lib.* 5. *cap.* 14. cum Athenienſes, ducibus Athenione ac Appelliconte rebellantes, domuiſſet, tropæum circa Delum erexit, cum hac inſcriptione.

Τοὺς δὲ θανόντας ἔχει ξείνους τάφος, οἱ περὶ Δῆλον.

Μαρνάμενοι, ψυχὰς ὤλεσαν ἐν πελάγει.
Defunctos hoc ſepulchrum peregrinos habet, circa Delum,
Qui pugnantes in mari vitam amiſere.

Eraſinides aliique Athenienſum Duces, rei facti, quod navali prælio ad Arginuſas commiſſo, illos, qui perierant, e fluctibus ſepeliendos non ſuſtuliſſent. *Athen. lib. 5. cap.* 18. Romanarum religionum Antiſtites hunc caſum porca expiandum decreverunt. Cicero. 2. de legg. *Itaque in eo qui in mari necatus, deinde in mare projectus eſſet, decrevit P. Mucius familiam puram, quod os ſupra terram non extaret, porcam heredi eſſe. Contra cenſet habendas triduum ferias, & porca fœmina piaculum pati, ſi in mari mortuus eſſet, eadem præter piaculum & ferias.*

Quid ſi quis partim in aëre, partim in aquis periiſſet? contigit hoc puero ſuper Hebri glacie ludenti, de quo epigramma extat, quod alii C. Julio Cæſari alii Germanico, adſcribunt, Ang. autem Politianus, qui & Græce vertit, Auguſto tribuit, *lib. 5. epiſt.* 7. Eſt autem tale:

Thrax puer aſtricto glacie dum ludit in Hebro,
Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit miſerum lubrica teſta caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urnâ,
Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

Simile propemodum fuit fatum illius hermaphroditi, de quo eſt vetuſtum poëtæ Pulicis carmen, quod alii Antonio Panormitano adjûdicant, apud Politianum l. cit.

Cum mea me genitrix gravida geſtaret in alvo,
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phoebus ait: Mars, foemina: Iunoque, neutrum:
Cumque forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum, Juno ſic ait, occidet armis:
Mars cruce, Phoebus aquis, ſors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, adſcendo, decidit enſis
Quem tuleram caſu, labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis, caput incidit amne, tulique

Foe-

Digitized by Google

Foemina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Si autem ob incurſum fluminis vel metum, corpus jam perpetuæ ſepulturæ traditum eſſet, ſolennibus redditis ſacrificiis, per noctem in alium locum transferri poterat. *Jul. Paul. ſentent. lib.* 1. *tit.* 21. *vid. Guther. de jure manium. lib.* 1. *cap.* 9.

Atque de Agris hactenus: De Pagorum luſtratione Varro, lib. 5. de L. L. *Paganicæ agriculturæ cauſa ſuſceptæ, ut haberet in agris omnis pagus.* Ovid. 1. Faſtor.

> *Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni,*
> *Et date paganis annua liba focis.*
> *Placentur frugum matres, Telluſque Cereſque,*
> *Farre ſuo, gravida viſceribuſque ſuis.*

Siculus Flaccus de conditionibus agrorum, ſub finem: *Sed & pagi ſæpe ſignificanter finiuntur, de quibus non puto quæſtionem futuram, quorum territoriorum ipſi pagi ſint, ſed quatenus territoria. Quod tamen intelligi poteſt ex hoc, magiſtri pagorum, quod* (quo) *pagos luſtrare ſoliti ſint, uti trahamus, quatenus luſtrarent.* Cujus loci hic ſenſus eſt: Territoria pagorum, ſi de horum finibus quæratur, inde præſumi, æſtimari, atque eatenus, ſeu couſque regi ducique oportere, quouſque magiſtri pagorum pagos luſtrare ambarvali ſacro, ſeu luſtro facto ſolent. *Jacob Gothofr. ad Conſtit. Conſtant. M. leg.* 5. *Cod. Theodoſ. de Epiſcopis, Eccleſ. & Clericis.*

Flumina luſtrantur a Moſcovitis, quamvis Chriſtianis, narrante „ P. Iovio in Moſcovia: Alia quoque, *inquit*, ſacra, certo anni „ tempore apud flumina gelu concreta celebrantur. In ripa tabernaculum conſtituunt, et advocata nobilitate, hymnos numeroſo „ concentu pronuntiant, ſacræque lymphœ multa aſpergine profluentem purificant. & ſolenni ceremonia ſtratum & conſecratum circumciſa & revulſa glacie protinus aperiunt. Iis rebus rite „ confectis, ſi qui adſunt languentes vel morboſi, in flumen deſiliunt, & ſacris aquis abluuntur, quum ob id elui morborum „ ſordes perſuaſum habeant. Quaſi ſcilicet Angelus ut olim in Betheſda, *Joh.* 5. coelitus deſcendens aquam moviſſet.

CAPUT. XXX.

Amburbialia. Luſtratio Athenarum menſe Th*argelione.* A*lia in honorem* Th*eſei.* Ὀσχοφόρια. *Expiatio Corinthi, Deli. Romæ luſtrum conditum. Compitalia. Paganalia.* Fontina*lia.* Sept*imontium. Luſtratio Vicorum, Curiarum.* For*dicidia. Stultorum feriæ. Sacra privata:* F*amiliarum, ſive Gentilitia. Senes coemtionales differunt ab illis, qui ad coëmtiones faciendas. Ad ſacra privata admittebantur uxor, liberi naturales, & adoptivi: Abſolvebantur emancipati. Sacra ſingulorum, natales: Vitæ, Imperii, Chriſtianorum. Nominalia.* F*ulgurum ſuſceptiones. Togæ puræ ſolennitas. Nuptialia, parentatio, Denecales. Extra ordinem urbes, domuſque luſtrabantur ſæpiſſime.*

RUre nos in urbes conferimus: quarum Luſtrationes *Amburbialia* dicebantur, quæ itidem hoſtiarum quaquaverſum, ante mactationem, circumductione, fiebant. Jul. Obſeq. de prod. cap. 43. *Urbs luſtrata, capra cornibus ardentibus per urbem ducta.* Apul. 3. metam. *Tandem pererratis plateis omnibus, in modum eorum, qui luſtralibus piamentis minas portentorum hoſtiis circumforaneis* (*circumferràneis* legendum judicat Gutherius, *de jur. man. lib.* 2. *cap.* 7.) *expiant angulatim.* Mantinæi poſt diſceſſum Cynætenſium, ſceleratiſſimorum hominum, *καθαρμὸν τῆς πόλεως ἐποιήσαντο, σφάγια περιαγαγόντες κύκλῳ τῆς χώρας ἁπάσης.* i. e. civitatem expiarunt, victimas circa ejus ſitum, quacunque ambitus patebat, circumducentes, *Athen. lib.* 14. *cap.* 5. *Polyb. lib.* 4.

Ur-

Urbium luſtrationes, vel ſtatæ erant & ordinariæ; vel extra ordinem certis quibuſdam occaſionibus inſtitutæ.

Stata & Anniverſaria erat Athenarum luſtratio ſexta di,e menſis θαργηλιῶνος. Euſeb. Olymp. 46. Ἐπιμενίδης Ἀθήνας καθαίρει. ubi Scaliger. *Epimenides Athenas luſtrat. Puto* ἑκτῇ θαργηλιῶνος, *Nam ab eo tempore* καθαρμὸς τῆς πόλεως *eo die quotannis fiebat.* Laert. in vita Socratis: θαργηλιῶνος ἑκτῇ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι. Hic dies ob proſperiorum quarundam rerum eventum non Athenienſibus tantum, ſed aliis etiam auſpicatiſſimus fuit, ut ſcribit C. Rhodig. *lect. antiq. lib.* 17. *cap.* 30. Illud vero primum felicitatis argumentum, quod eo in lucem prodiiſſe narratur Socrates hominum ſapientiſſimus. Inde Perſarum afflicta potentia, quo nomine Athenienſibus receptum τῇ ἀγροτέρᾳ capras trecentas immolare, Miltiade voti damnato. Rurſum apud Plateas prælio nobili ſuperata gens eadem hoc ipſo die. cujus item donum apud Mycalen comparatum decus. Quin & Perſis eſſe fatalis quadammodo dies hæc viſa, quando ea quoque ab Alexandro traduntur conciſæ opes. Sed & Alexandrum eadem editum ferunt, & ex humanis item conceſſiſſe. *Ælian. var. lib.* 2. *cap.* 25.

Duos autem viros tum temporis immolabant Athenienſes, unum pro viris, alterum pro fœminis. Harpocration in φαρμακός. Δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως, ἐν τοῖς θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. Hi non tantum φαρμακοὶ & καθάρματα, ſed & σύμβακχοι dicebantur. Helladius Chreſtomath. lib. 3. apud Photium in Bibliotheca: ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις φαρμακοὺς ἄγειν δύο, τὸν μὲν ὑπὲρ ἀνδρῶν, τὸν δὲ ὑπὲρ γυναικῶν, πρὸς τὸν καθαρμόν. καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν μελαίνας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε, λευκὰς δ' ἅτερος. Σύμβακχοι δὲ, φησὶν, ὠνομάζοντο. Alii virum & fœminam immolatos tradunt, ſingulos ſcilicet, pro ſuo ſexu. Heſychius: Φαρμακοὶ, καθαρτήριοι, περικαθαίροντες τὰς πόλεις, ἀνὴρ καὶ γυνή. Quid φαρμακοὶ ſupra *cap.* 22. diximus. Etymologicum magnum de his obſcurius: φαρμακὸς, ὄνομα κύριον. ὅτι δὲ ὄνομα κύριόν ἐστι Λυσίας φησὶν ὁ φαρμακὸς ἱερὰς φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας, ἁλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος. Hoc vult; Pharmacum fuiſſe nomen proprium ſacrilegi cujuſdam, quo capto. & propter ſacrilegium male mul-

ctato

ſtato, deinceps in ejus memoriam, menſe Thargelione, Athenis hæc ſacra peracta fuerint. Eadem fere habet Harpocration.

Fuit & alia Athenarum luſtratio, quæ quotannis circa Delia celebrabatur. ut colligere eſt ex Xenophonte, *lib. 4. de dictis & factis Socratis.* Horum tempus incertum eſſe judicat Hoſpinianus: Si autem ea quæ de Pyanepſiis, & Oſchophoriis ſcribuntur conferas, ad menſem πυανεψιῶνα non inepte referas. Hujus celebritatis longe alia eſt origo. Fiebat enim in honorem Theſei, qui, occiſo Minotauro, gravi incommodo urbem liberaverat. ideoque quotannis navis in Delum inſulam mittebatur, urbs luſtrabatur, & ante ejus navis reditum de damnatis ſupplicium ſumi legibus erat prohibitum. *Suidas in* θεωρίς. *Ælian. var. hiſt. lib. 1 cap. 16.* Plato in Phædone eadem ſic narrat: Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων, καὶ ἔσωσέ τε, καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν Ἀπόλλωνι εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον, ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ᾽ ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. Ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς, ἐν τῷ χρόνῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. Hæc ergo navis cum rediiſſet, Socrates cicutam bibit. Hujus autem Theſei beneficii tam grata Athenienſibus recordatio fuit, ut præter hujus feſti celebrationem, ipſum etiam Theſei navigium, ad Demetrii uſque Phalerræi ætatem conſervaverint, veteri materiæ aliam integram ſufficientes, itaque coagmentantes, ut diſputandi materia fuerit Philoſophis, aliis eandem, aliis diverſam navem eſſe contendentibus. *Plutarch, in Theſeo.* quæ etiam quæſtio inter Hermolaum Barbarum, & Alexandrum ab Alexandro ſuper cœnam agitata fuit. vide hujus dies genial. *lib. 3. cap. 1.* Grotium, *de jur. Belli & Pacis, lib. 2. c. p. 9. §. 3. in notis.* Hinc & feſtum ὀσχοφορίων a Theſeo inſtitutum. vide Hoſpinian. *de feſtis.*

Menſe Mæmacterione victimæ pelle luſtrabantur Athenæ. Eam pellem Δῖον vocabant. Euſtathius: φασὶν, ὅτι Δῖον ἐκάλουν κώδιον ἱερείου τυθέντος Διὶ Μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτι ἦγοντο τὰ πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐτίθεντο.

Corinthii liberis Medeæ, non a matre (quod in Poetarum fabulis eſt) ſed ab ipſis Corinthiis interfectis ἐναγίζουσι *expiatoria ſacrificia*

criſicia offerunt, ea quaſi tributum referentes. *Ælian. var. hiſt lib. 5. cap. 21.*

. Roma quotannis Lupercalibus ac Feralibus menſe Februario, luſtrabatur.

Fuerunt & Statæ luſtrationes poſt aliquot annorum periodum celebratæ, inprimis poſt quinquennium.

Inſulæ Deli luſtratio primo quidem fuit anniverſaria, a Theſeo, teſte Plutarcho, inſtituta. Hic enim, e Creta in Delum ſolvens, chorum inſtituit, quem Delii deinceps obſervarunt, circuitus, atque exitus labyrinthi imitantem, & numeris quibuſdam alternis orbibus orbes impedientem, quem γέρανον nuncuparunt. Celebratus eſt circa aram ceratonem ex ſiniſtris caprearum cornibus concinne ſtructam. de qua vide Politian. *miſell. cap. 52.* Hæc antiquitus quidem apud Delum agitata eſſe ex Homero probat Thucydides, *lib. 3. bell. Peloponn.* ſed cum ſenſim exoleſcerent, Athenienſes belli Peloponneſiaci anno ſexto, luſtrata penitus & expiata Delo, quinquennalia feſta Delia vel inſtituerunt, vel inſtaurarunt. Verba Thucydidis: Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Δῆλον ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι, κατὰ χρησμὸν δή τινα. ἐκάθηρε μὲν γὰρ καὶ Πεισίστρατος ὁ τύραννος πρότερον αὐτὴν, οὐχ ἅπασαν, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφεωρᾶτο τῆς νήσου. τότε δὲ πᾶσα ἐκαθάρθη τοιῷδε τρόπῳ. θῆκαι ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων, πάσας ἀνεῖλον. καὶ τὸ λοιπὸν προεῖπον, μήτε ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ, μήτε ἐντίκτειν. ἀλλ' εἰς τὴν ῥήνειαν διακομίζεσθαι. ἀπέχει δὲ ἡ ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγως, ὥστε πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶν τε ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν ῥήνειαν ἑλὼν, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἀλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον, καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ Δήλια. *Eadem hyeme Delum expiavere Athenienſes ex oraculo quodam. Nam & Piſiſtratus Tyrannus eam prius expiaverat, ſed non omnem, verum quatenus a templo deſpectus patebat. Tunc autem omnis expiata eſt, idque ad hunc modum: quacunque in Delo extitere defunctorum monumenta omnia ſuſtulerunt, & in poſterum edixerunt*, ne quis in inſula aut moreretur, aut naſceretur, *ſed in Rheniam tranſportarentur inſulam, tam parum a Delo diſtantem, ut Polycrates Samiorum Tyrannus, cum aliquando & claſſe polleret, & aliis inſulis imperitaret, captam Rheniam catena annecteret Delo, Delioque Apollini conſecraret. Tunc quoque primum*

poſt luſtrationem Athenienſes feſtum quinquennale Delia fecerunt.

Roma ſingulis quiquenniis a Cenſoribus luſtrabatur. Hoc primo factum a Servio Tullio Rege, qui, cenſu perfecto, edixit, ut omnes cives Romani, equites pediteſque, in ſuis quiſque centuriis in campo Martio, prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem Suovetaurilibus luſtravit, idque luſtrum conditum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſſet. *Liv. lib.* 1. *cap.* 44. Idem refert Dionyſius Halicarn. *lib.* 4. Nempe Regem Servium, cenſu peracto, civibuſque in Ordinem digeſtis, taurum arietem, & hircum, ter circum exercitum juſſiſſe circumagi; deinde Marti campi præſidi immolaſſe, atque ita populum expiaſſe. Hinc ſubjicit: τοῦτον τὸν καθαρμὸν ἕως τῶν κατ' ἐμὲ χρόνων Ῥωμαῖοι καθαίρονται, μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων, ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱεροτάτην ἀρχὴν λοῦστρον ὀνομάζοντες. *Romani autem ad meam uſque ætatem, hac luſtratione peracto cenſu, luſtrantur a ſacratiſſimo magiſtratu, eamque* lûſtrum *appellant.* vide Varronem, *lib.* 5. *de ling. Lat.* §. 9. Hinc Romanæ Indictiones deinceps ortæ videntur.

Erant & Municipiorum ſacra. Feſtus: *Municipalia ſacra vocabantur, quæ ab initio habuerunt, ante civitatem Romanam acceptam, quæ obſervare eos voluerunt Pontifices, & ex eo more facere quod adſuiſſent .... antiquitus.*

Aliquando partes tantum urbium expiatæ. ut: compita, pagi, montes, fontes, vici, curiæ.

Compitalia antiquitus magna frugalitate celebrata. Propert. lib. 4. el. 1.

Parva ſaginati luſtrabant compita porci.

a Servio Tullio ad Deam Maniam Larium matrem, Lareſque placandos inſtituta: cum enim, ex præcepto Apollinis, capitibus pro capitibus ſupplicandum eſſet, Brutus Cos. Regibus pulſis, capitibus allii & papaveris ſupplicari juſſit, ut ſcelere remoto, de nomine capitum Apollini ſatiſfieret. *Macrob. lib.* 1. *cap.* 7. Feſtus: *Pilæ, effigies viriles & muliebres ex lana Compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod hunc diem feſtum eſſe Deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent, quibus tot pila, quot capita ſervorum, tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & eſſent his pilis & ſimulachris contenti.* quo reſpexit Plautus prol. capt.

Dii

Dii nos quaſi pilas homines habent. vide & lege Hoſpinianum, de feſtis, *fol.* 50.

Paganalia a Paganicis diſtinguenda. Hæc enim in agris, quod ex Varrone diſcimus: illa in urbe fiebant a *paganis*, id eſt, qui ſunt ejuſdem *pagi*, qui ad eandem παγὰν aquatum ibant. ſicut, ἀπὸ τῦ φρέατος *a puteo*, phratriæ dictæ. Junguntur Montanis, qui Romæ in iiſdem montibus habitabant, a Varrone, *lib.* 5. *de ling. Lat.* Cicero, orat. pro domo: *Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli* pagani, *aut* montani, *qui de mea dignitate non decernant.* Horum feriæ etiam *Septimontium*, propter ſeptimum montem urbi additum.* *Varr. ibid Sueton Domit. cap.* 4. *Feſt. in Septimontium. Tertullian. de idolol. cap.* 10. *Hoſpin. de feſt.*

Fontinalia. dicta a fonte, *Varro lib.* 5. *de ling. Lat.* quod is dies feriæ ejus; ab eo autem tum & in fontes coronas jaciebant, & puteos coronabant. Scaliger in conjectaneis addit: *Ejus ſcil. fontis, cujus delubrum fuit juxta portam Capenam; unde & ipſa Fontinalis dicta eſt*, Feſtus: *Fontinalia, fontium ſacra; unde & Roma Fontinalis porta.* Kalend. Rom. III. EID. Octob. FONT. NP. hoc eſt: *Fontinalia, Nefaſtus primo.*

Vicorum luſtratio Athenienſibus oraculo mandata. Demoſth. Orat. adv. Midiam: χορὺς ἱςᾶναι κατὰ τὰ πάτρια, κνισᾶν ἀγυιάς. *choros ritu patrio inſtituere, vicos luſtrare.* Ulpianus explicat, θύειν τοῖς ἑρμαῖς. Ἀγυιὰς γὰρ τὺς ἕρμας ἐκάλυν κατὰ ςέρησιν, διὰ τὸ μὴ χεῖρας ἔχειν, μηδὲ πόδας. γυῖα δὲ τὰ μέλη. *Sacrificare ad ſtatuas Mercuriales.* Ἀγυιὰς *enim vocabant Mercurios, per privationem, eo quod neque manus neque pedes haberent.* γυῖα *enim membra ſunt.* idem paulo poſt. (κνισσᾶν ἀγυιάς) κνίσσης, καὶ θυμάτων πληρῦν τὰς ὁδύς. *Nidore & victimis complendos vicos.*

Athenienſium populus univerſus tributim diſtinctus diviſuſque ad publicas ſolennitates conveniebat, ubi, non niſi mactata hoſtia, actionis fiebat initium. unde inter tribus de victimarum præſtantia æmulatio atque contentio: cujus exemplum eſt apud Theocritum, idyllio 4.

> Λεπτὸς μὰν χ' ὠ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος. εἴθε λάχοιεν
> Τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται, ὄκκα θύωντι.
> Τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε. κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

Madi-

Macilentus quidem & iſte rufus taurus eſt, utinam ſortiantur
Lampriadæ tribules quando ſacrificant
Junoni, talem: improbus enim eſt populus.

Ad hæc tribulium ſacrificia alluſiſſe videtur Ariſtoteles initio elenchorum, τὴν ἕξιν, ait, οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ. οἱ δὲ φαίνονται, φυλετικῶς φυσήσαντες ἑαυτοὺς. *Habitum corporis alii bonum habent: alii videntur, cum ſeipſos more tribuum ſufflarint.* Quid eſt more tribuum φυσᾶν ἑαυτοὺς? Audiamus Caſaubonum ad Athenæum, *lib. 5. cap. 1.* Olim Athenis quando ad celebrandam publicam aliquam ſolennitatem conveniebant, magna inter tribus de victimarum præſtantia, & choragii totius magnificentia æmulatio fuit. Itaque naturali victimarum altilium habitudine non contenti, artem adhibebant, quo pinguiores & opimiores viderentur. Inciſa bobus cute, ſpiritum arundine in viſcera immittebant, pingueſcere eos hac ratione autumantes, ut narrat Philoſophus, hiſtor. lib. 8. cap. 7. & ex eo Plinius, lib. 8. cap. 45. hæc vero adulterina erat non genuina εὐεξία, ideo Philoſophus eos qui bonam valetudinem non habent, ſed arte ſimulant, atque ementiuntur, elegantiſſime ait φυλετικῶς φυσᾶν ἑαυτοὺς, quod, ut diximus victimis tribuum proprie convenit, Hæc Caſaubonus.

Ad Romanorum Curias accedo, non illas ubi Senatus curat res civiles, ſed ubi Sacerdotes divinas. Tales *Curiæ Veteres*, ubi cura ſacrorum publica. *Varro. lib. 4. & 5. de ling. Lat.* Feſtus: *Novæ Curiæ proxime compitum Fabricium ædificatæ ſunt, quod parum ampla erant. Veteres a Romulo facta, ubi is populum & ſacra in partes triginta diſtribuerat, ut in iis ea ſacra curarent, quæ cum ex veteribus in novas evocarentur, ſeptem curiarum per religiones evocari non potuerunt. Itaque Forienſis, Rapta, Vallenſis, Veliliæ res divina fiunt in veteribus curiis.* Iterum Paulus ex Feſto: *Curia locus eſt ubi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur, ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur, quales ſunt eæ, in quas Romulus populum diſtribuit numero triginta (quibus poſtea additæ ſunt quinque) ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret, feriaſque obſervaret. hiſque curiis ſingulis nomina Curiarum Virginum impoſita eſſe dicuntur, quas Virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.* Hinc *Curiales Flamines*, Curiarum Sacerdotes, Curiones Varroni: *Curiales menſæ*, in quibus

immolatur Junoni, quæ Curis eſt apellata. *Curionia ſacra*, quæ in Curiis fiebant. *Curionium æs*, quod dabatur Curioni ob ſacerdotium Curionatus.

Curiæ Fordicidiis expiabantur, quæ, juxta Varronem, *lib.* 5. *de ling. Lat.* a fordis bubus ferendis dicta ſunt. *Bos forda, quæ fert in ventre, quod ea die immolantur publice boves prægnantes in curiis complures.* Eædem & *horda* vocabantur. Varro. lib. 2. de ruſt. cap. 5. *Vacca prægnans horda appellatur Ab ea in faſtis dies hordicalia nominantur, quod tunc horda boves immolabantur.* Feſtus: *Horda prægnans, unde dies, quo gravidæ hoſtiæ immolabantur, Hordicidia.* A Numa tempore ſterilitatis inſtituta. 4. Faſt.

Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo,
Hinc etiam foetus nomen habere putant.
Nunc gravidum pecus eſt, gravidæ quoque ſemine terra,
Telluri plenæ victima plena datur.
Pars cadit arce Jovis: ter denas curia vaccas
Accipit, & largo ſparſa cruore madet.
Aſt ubi viſceribus vitulos rapuere miniſtri,
Sectaque fumoſis exta dedere focis.
Igne cremat vitulos, quæ natu maxima virgo eſt,
Luce Palis populos purget ut ille cinis.

Deinceps. *Rege Numa, fructu non reſpondente labori,*
Irrita decepti vota colentis erant.

Faunus conſultus his ambagibus Fordicidia poſtulavit:
Morte boum tibi, Rex, Tellus placanda duarum,
Detque ſacris animas una juvenca duas.
Exta bovis gravidæ dantur, fœcundior annus
Provenit, & fructum terra pecuſque ferunt.

Qui vero ſolenni hoc die rem divinam neglexerant Quirinalibus ſacrificabant, quæ ideo *ſtultorum feriæ* dicebantur. Plut. quæſt. Rom. 89. & Feſtus. Ovid. 2. Faſt.

Lux quoque cur eadem ſtultorum feſta vocetur,
Accipe, parva quidem cauſa, ſed apta, ſubeſt.

Poſtea: *Curio legitimis tunc Fornacalia verbis*
Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.
Inque foro multa circum pendente tabella,

 Signa-

Digitized by Google

Signatur certa curia quaque nota.
Stultaque pars populi quæ ſit ſua curia neſcit,
Sed facit extrema ſacra relicta die.

Sequuntur *Sacra Privata*, eaque duplicia: Sunt enim ea vel Gentis ac familiæ, vel Perſonarum propria.

Gentilitia ac Familiaria eadem eſſe puto, quamvis enim Gentem ac familiam aliqui diſtinguant accuratius; non deſunt tamen ſcriptores probati, qui familiam pro tota gente poſuerunt. *vid. Ez. Spanh. de uſu numiſm. p.* 498. 499.

Horum meminit Cicero, *Orat. de reſp. Aruſp.* Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 16. *Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, vel Æmyliæ, ſeu Juliæ, ſive Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſervat.* Cic. pro domo ſua; *Sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te eſt?* Feſtus: *Propudianus porcus dictus eſt, ut ait Capito Attejus, qui in ſacrificio gentis Claudiæ, velut piamentum & exſolutio omnis contractæ religionis eſt.* Tale fuit *Statum Fabiæ gentis ſacrificium*, apud Valerium M. lib. 1. cap. 1. Camillus apud Livium, lib. 5. cap. 52. *Feſtus, inter Gallica tela, digreſſus ex arce, ſolenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit. An gentilitia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? Et Pontifices, Flamineſque negligentiores publicarum religionum eſſe, quam privatus in ſolenni gentis fuerit?* Aurelia familia a Solis ſacrificio nomen adepta. Feſtus: *Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publice a populo Rom. datus ſit locus, ubi ſacra facerent Soli, qui ex hoc Auſelii dicebantur.*

Cæſarum familia Apollinis ſacra retinebat, quia qui primus de eorum familia fuit, exſecto matris ventre natus eſt, unde etiam Cæſar dictus eſt. Omnes autem qui ſecto matris ventre procreantur, ideo Apollini conſecrati ſunt, quia Deus medicinæ eſt, per quam lucem ſortiuntur. Serv. ad Virg. Æneid. 10. v. 316.

Magna fuit gentilibus circa horum ſacrorum inſtitutionem & conſervationem ſuperſtitio & diligentia.

Inſtituebantur non niſi publica auctoritate. Solebant enim Romani, teſte Arnobio, *lib.* 3. *adv. gentes*, religiones urbium ſuperatarum partim privatim per familias ſpargere, partim publice conſe-

conſecrare. Adeoque nulli privato licebat ſibi novos Deos fingere: ſic enim habent leges XII. tabb. *Separatim nemo habeſſit Deos, neve novos, ſive advenas, niſi publice aſcitos, privatim colunto.* Feſtus in Sacer Mons: *Quod privati, ſuæ religionis cauſa, aliquid earum rerum dedicent, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum, at ſi qua ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſunt, ea ſacra appellari tanquam ſacrificium.*

Nec ipſi Imperatori ſine Senatus auctoritate, quenquam conſecrare licebat, cui & alii & Tiberius circa cultum Servatoris noſtri ceſſerunt. Tertull. apolog. cap. 5. *Vetus erat decretum, ne qui Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi a Senatu probatus ut M. Æmylius de Deo ſuo Alburno. Facit & hoc ad cauſam noſtram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas penſitatur. Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit: homo jam Deo propitius eſſe debebit. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introivit, annuntiatum ſibi ex Syria Palæſtina, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum, cum prærogativa ſuffragii ſui. Senatus, quia non in ſe probaverat, reſpuit, Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.* Qualia etiam leguntur in Euſebio, *hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 2. Nec mirandum eſt, Senatum Romanum hunc Deum reſpuiſſe, cum ſolus coli velit, nec ferat rivalem, ideoque hoc recepto reliqui facile conciderent. *vid. Auguſt. de conſ. Evang. lib.* 1. *cap.* 18.

Circa Conſervationem Legibus XII. tabb. de his ſacris ſic cautum erat: *Sacra privata perpetua manento.* quo pertinent illa Ciceronis, 2. de legg. *Hæc jura Pontificum auctoritatem conſecuta ſunt, ut ne morte Patris familias ſacrorum memoria occideret, & iis eſſet ea adjuncta, ad quos ejuſdem morte pecunia venerit.* Hinc multæ natæ ſunt quæſtiunculæ, de quibus ex jure Pontificio & civili à Cicerone, eo loco, plenius diſputatur

Ad hæredes ergo hæc ſacra tranſibant, quibus ea conſervandi cura incumbebat. Apud Valerium M. *lib.* 2. *cap.* 6. mulier Cæa, præſente S. Pompejo, venenum publice ſervatum hauriens, ſacra domeſtica majori filiæ tradidit. *Plin. panegyr. Non paſſuri erant homines abradi aliquid bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique*

Digitized by Google

nique ſocietate meruiſſent. Quod autem hæc ſine ſumtu adminiſtrari non poſſent, hinc Plauto, Captiv. act. 4. ſc. 1. *Sine ſacris hæreditas* dicitur, explicante Feſto, *quæ eſt ſine ulla incommoda appendice.* Cicero, *Orat. pro Murena*, Ictos exagitat, quod horum ſacrorum interimendorum cauſa, hanc artem excogitarint: ſc. ſenes ad coëmtiones faciendas, qui a ſenibus coëmtionalibus multum diverſi. Hi enim, apud Plautum, *Bacchid. act.* 4. *ſc.*9. & Ciceronem, *lib.* 7. *famil. ep.* ſunt mancipia veterana & attrita, quæ per ſe emtorem non inveniunt, nec niſi adjiciantur, aliis mancipiis ac rebus vendibilibus: quæ mancipia reſve vendibiles non addicantur ſine tali acceſſione. Senes autem ad coëmtiones faciendas erant ſenes orbi, qui per coëmtionem matrimonium contrahebant, qua ratione accidebat, ut eorum uxores, ſacrorum ſociæ, ſuæ illis hæredes eſſent: mortuis ſenibus uxores alteri nubentes, in aliena ſacra hæreditatem deferebant. ut eo modo ſacra prioris mariti interimerentur, ac onera ſacrorum levarentur. Lege Gronovium, *de pec. vet. lib.* 4. *cap.* 8. & notas variorum, ad. ll. 12. tabb. *in calce corporis J. civ. edit. Elzevir.* 1663. *in fol.*

Ad ſacra hæc privata uxores admittebantur & liberi.

De Uxoribus: Plutarch. præcept. conj. cap 10. *Eoſdemque quos maritus noſſe Deos, & colere ſolos uxor debet, ſupervacaneis autem religionibus, & alienis ſuperſtitionibus fores occludere. nulli enim Deum grata ſunt ſacra, quæ mulier clanculum & furtim facit.* Sic leg. 4. Cod. de crimine expil. hæred. *Uxor ſocia rei humanæ & divinæ domus ſuſcipitur.* Item l, 1. ff. de vit. nupt. *Nuptiæ divini & humani juris communicatio.* Hinc illa Patrum querela apud Livium *l* 4. *c.* 2. Cum C. Canulejus, Trib. Pleb, rogationem de connubio Patrum & plebis promulgaſſet, unde oriturum & hoc augurabantur incommodum, illum, qui ex tali connubio natus eſſet, non tantum cujus ſanguinis, ſed etiam quorum ſacrorum eſſet, ignoraturum. Certamen, inter utriuſque ordinis matronas narrat idem, *lib.* 10 *cap.* 23. Virginiam Auli filiam, patriciam plebejo nuptam, L. Volumnio cos. matronæ, quod e patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarſit. Cum ſe Virginia & patriciam & pudicam, in Patriciæ Pudititiæ templum ingreſſam, & uni nuptam

nuptam, ad quem virgo deducta eſſet: nec ſe viri honorumve ejus, ac rerum geſtarum pœnitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit: in vico longo, ubi habitabat, ex parte ædium, quod ſatis eſſet loci modico ſacello excluſit, aramque ibi poſuit, & convocatis plebejis matronis conqueſta injuriam patriciarum, *Hanc ego aram*, inquit, *Pudicitiæ Plebejæ dedico: voſque hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc Pudicitiæ inter matronas ſit: detiſque operam, ut hæc ara, quem illa, ſi quid poteſt, ſanctius, & a caſtioribus coli dicatur.* Eodem ferme ritu & hæc ara, quo illa antiquior, culta eſt, ut nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta fuiſſet, jus ſacrificandi haberet. Vulgata dein religio a pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis fœminis, in oblivionem venit.

Liberi admittebantur tum naturales, tum adoptivi.

De Naturalibus, qui in patria poteſtate ſunt, eos eſſe in ſacris paternis docetur. *lib. 2. cod. de bonis quæ lib.* Item, *l. 10. §. 1. cod. de adoptionibus.*

Adoptivi in adoptantis familiam ac ſacra tranſibant. In formula adoptionis ſive arrogationis, apud Fl. Vopiſcum in Aureliano, ſic legitur: *Sitque Aurelianus heres ſacrorum, nominis & bonorum, totiusque juris.* M. Annejus in Suſenatis familiam ac ſacra tranſiit. *Val. Max. lib. 7. cap. 7.* Sic, teſte Cicerone, *orat. pro domo ſua*, a Pontificum collegio quæri ſolebat, non tantum quæ cuique adoptioni cauſa ſit, quæ ratio generum ac dignitatis, ſed etiam *ſacrorum.* Cn. Aufidius, & M. Puppius, ſumma ſenectute, alter Oreſtem, alter Piſonem adoptavit, quas adoptiones, ſicut alias innumerabiles, hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum, ſecutæ ſunt. tum ſic Clodium alloquitur: *Tu, neque Fontejus es, qui eſſe debebas, neque patris heres, neque amiſſis ſacris paternis in hæc adoptiva veniſti. Ita* perturbatis ſacris, *contaminatis gentibus, & quam deſeruiſti, & quam polluiſti, jure Quiritum legitimo tutelarum & hereditatum relicto, factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem, pater eſſe potuiſti.* Ideoque negat Cicero adoptionem Clodii jure Pontificio eſſe factam; hoc enim exigit, ut ne quid aut de dignitate

generum, aut de ſacrorum religione minuatur, quæ Clodius neglexit.

Abſolvebantur, & e ſacris paternis dimittebantur filii emancipati. *leg.* 13. §. 1. *cod. de legit. hæred.* Item, leg. 31. cod. de fideicomm. *Quidam filium ſuum e ſacris paternis remiſit.*

Qui ex illegitimo concubitu nati erant, lege Moſaica, in re ſacrorum a cæteris ſegreges eſſe jubentur. *Deut.* 23: 2. Apud Athenienſes in Cynoſarges coibant, atque ibi ſacra faciebant. Plutarch. in Themiſt. τῶν νόθων εἰς κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δ' ἐστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν) ἔπειθέ τινας &c. *Cum nothi in Cynoſarges coirent (gymnaſium id Herculis eſt extra mœnia: quod nec ille juſtus Deus, ſed nothus ex genitrice eſſet mortali) induxit nonnullos*, &c. meminit & in ἐρωτικῷ. Item Demoſth. contra Ariſtocratem. Hic erant παράσιτοι, Viri Epulones, quotannis in eum ordinem e ſpuriis, aut ſpuriorum liberis cooptati: ſi quis jure vocatus non optemperaret, de eo ad concilium judicum referebat ſacerdos, ut colligere eſt ex Athenæo, *lib.* 6. *cap.* 6. Extat etiam apud Iſæum lex, qua arcentur nothi ab omnibus ſacris gentilitiis, ea ſic habet: Μηδὲ νόθῳ, μηδὲ νόθῃ ἀγχιστείαν εἶναι μήθ' ἱερῶν, μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος. Lege Solonis etiam a paterna hæreditate excludebantur, ea eſt apud Ariſtophanem in Avibus: Ἐρῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον, Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων. Ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων. *Dico jam & Solonis tibi legem; Spurio autem non eſſe affinitatem, filiis exiſtentibus legitimis; ſi autem filii non ſunt legitimi, his proximo genere participationem eſſe rerum.*

Hactenus ſacra gentilitia. ſequuntur Sacra privata Perſonarum, ſive Singulorum; quæ varia. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 16. *Sunt feriæ propriæ ſingulorum, ut natalium, fulgurumque ſuſceptiones: Item funerum atque expiationum.* Feſtus: *Privatæ feriæ vocantur ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales.* Tertullianus, de idol. cap. 16. addit ſolennitates *togæ puræ, ſponſalium, nuptialium, nominalium.*

Horum ſacrorum quædam ſemel tantum, quædam ſæpius, celebrabantur.

Digitized by Google

Semel celebrata ſunt in cujuſque infantia Nominalia, de quibus ſupra initio capitis 27. egimus, quæ hic repetere non eſt neceſſe: In adoleſcentia autem, circa annum ætatis 17. togæ puræ ſive virilis ſolennitas ceremoniis quibuſdam celebrata eſt. Dies tyrocinii Neronis Druſi congiario plebi dato (*Sueton. Tiber. cap. 54.*) Caligulæ vero ſine ullo honore (*idem. Calig. cap. 10.*) ut & Claudii, (*cap. 2.*) celebrati. Senec. epiſt. 4. *Tenes utique memoria, quantum ſenſeris gaudium, cum prætexta poſita ſumſiſti virilem togam, & in forum deductus es.* Fiebat hoc Liberalibus Baccho ſacris, cauſas recitat Ovidius. 3. Faſt.

Reſtat, ut inveniam quare toga libera detur
Luciferis pueris, candide Bacche, tuis.
Sive quod ipſe puer ſemper, juveniſque videris,
Et media eſt ætas inter utramque tibi:
Seu quia tu pater es, patres ſua pignora natos
Commendant curæ, numinibuſque tuis:
Sive quod es Liber, veſtis quoque libera per te
Sumitur, & vita liberioris iter.
Aut, quia cum colerent priſci ſtudioſius agros,
Et faceret patrio rure Senator opus:
Et caperet faſces a curvo Conſul aratro,
Nec crimen duras eſſet habere manus.
Ruſticus ad ludos populus veniebat in urbem,
Sed Diis, non ſtudiis ille dabatur honos.
Luce ſua ludos uvæ commentor habebat,
Quos cum tædifera nunc habet ille Dea.
Ergo ut Tyronum celebrare frequentia poſſet,
Viſa dies dandæ non aliena togæ.

Quæ ſæpius celebrata ſunt, erant vel ſtata & anniverſaria; vel indefinita: & oblata occaſione ſuſcepta.

Anniverſaria erant Natalitia, quæ quiſque vel ſibi celebrabat, vel aliis.

Proprios natales nulli non celebrarunt. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

Dicamus bona verba: venit natalis ad aras,
Quiſquis ades, lingua vir mulierque fave.
Urantur pia thura focis, urantur odores,

 Quos

Quos tener e terra divite mittit Arabs.
Ipſe ſuos adſit Genius viſurus honores ,
Cui decorant ſanctas florea ſerta comas.
Illius puro deſtillent tempora nardo ,
Atque ſatur libo ſit , madeatque mero.

Ovidius 4. Triſt. Eleg. 10. de ſeipſo & fratre ſuo:

Lucifer amborum natalibus adfuit idem ,
Una celebrata eſt per duo liba dies.

3. Triſt. eleg. 13. *Scilicet exſpectas ſolitum tibi moris honorem?*
Pendeat ex humeris veſtis ut alba meis?
Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaque ſolenni thuris in igne ſonet?
Libaque dem pro te genitale notantia tempus?
Concipiamque bonas ore favente preces?

De Perſis Herodotus , lib. 1. Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι , τῇ ἕκαστος ἐγένετο. Ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιοῦσι προτίθεσθαι. Ἐν τῇ οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν , βοῦν , καὶ ἵππον , καὶ κάμηλον , καὶ ὄνον προτιθέντες ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι. Οἱ δὲ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων προτίθενται. *Ex omnibus diebus præcipue colendum cenſent ſuum quiſque natalem , die quo plus aliis æquum cenſent ciborum apponere. Ditiores integros boves , equos , camelos , aſinos , eoſque in fornace toſtos apponunt. Pauperes autem natalem minoribus pecoribus honorant.* Ipſe Epicurus , qui animæ immortalitatem negabat , quaſi tamen poſt mortem aliquid ſentiret , teſtamento cavit , ut Amynomachus & Timocrates hæredes ejus , de Hermaci ſententia darent , quod ſatis eſſet ad diem agendum natalem ſuum , quotannis menſe Gamelione. *Cic. 2. de fin.* Sic. Virg. Ecl. 3.

Phyllida mitte mihi , meus eſt natalis , Jola.

Huc facit quod Marcianus notat ad l. 23. ꝑ. de ann. leg. *Cum quidam decurionibus diviſiones dari voluiſſet die natalis ſui , Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt , non eſſe vero ſimile teſtatorem de uno anno ſenſiſſe , ſed de perpetuo legato.* Diviſiones vocat viſcerationem , cruſtula & mulſum , quæ viritim convivis dividebantur , ut ex inſcriptione apparet , quæ Spoleti eſt:

TRIB. MILIT. LEG. XV. APOLLINARIS. ET. LEG. V. MA-

Digitized by Google

V. MACED. HIC. LEGAVIT. TESTAMENTO. MUNICIPIBUS. HS. LXVI. G. MONET. UT. EX. REDITU. EIUS. SUMMÆ. QUOT. ANNIS. VII. IDUS. NOVEMB. NATALE. SUO. MUNICIPIB. EPULUM. ET. CRUST. ET. MULSUM. DARETUR.

Aliorum natales vel ex amore celebrabantur, vel ex veneratione.

Amori conjugis hoc tribuit amoris magiſter, 5. Triſt. eleg. 6.

Annuus aſſuetum dominæ natalis honorem
Exigit; ite manus ad mea ſacra meæ.
Sic quondam feſtum Laertius egerat heros,
Forſan in extremo conjugis orbe diem.
Lingua favens adſit noſtrorum oblita malorum,
Quæ puto dedidicit jam bona verba loqui.
Quæque ſemel toto veſtis mihi ſumitur anno,
Sumatur fatis diſcolor alba meis.
Araque gramineo viridis de ceſpite fiat,
Et velet tepidos nexa corona focos.
Da mihi thura, puer, pingues facientia flammas;
Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum.

Hoc præceptum lena dabet meretrici apud Ovid. 1. amor. eleg. 8.

Cum tibi deficient poſcendi munera cauſæ,
Natalem libo teſtificare tuum.

Venerationis fuit, quod Silius Italicus Virgilii Poetarum Regis natalem religioſius quam ſuum celebravit, ut ait Plinius, *lib.* 3. *epiſt.* 6. Huc faciunt ſolennitates Natalitiæ Regum & Imperatorum tum vitæ, tum Imperii.

De Natalibus vitæ: Equites Rom. ſponte atque conſenſu Auguſti natalem biduo ſemper celebrarunt. *Suet. Aug. cap.* 57. Sperabat Auguſtus Cajum nepotem ſuum celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem ſuum. *Agell. lib.* 15. *cap.* 7. Quid his Imperatorum Natalibus actum ſit, docet Tertullianus, *apolog. cap.* 35. Focos & thoros in publicum educebant, vicatim epulabantur, civitatem tabernæ habitu aboleſaciebant, vino lutum cogebant, catervatim curſitabant ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras, acclamabant: *De*

Digitized by Google

De noſtris annis tibi Jupiter augeat annos.

Qualis & προσφώνησις ſummo Judæorum Sacerdoti a populo fiebat, ſcil: אנו כפרתך *Nos tibi piamento*, id eſt: Utinam omne malum quod tibi incumbit in nos derivari, & nos tibi ſuccidaneos eſſe daretur. *Cocc. Sanhedr. cap.* 2. §. 1. Partem ſcilicet vitæ ſibi adimere, iiſque quibus bene volebant addere ſe poſſe putabant. Cornelia apud Propertium, lib. 4. eleg. ult.

Quod mihi detractum eſt veſtros accedat ad annos.

Vide Lipſium, *ad Senec. de brevit. vit. cap.* 8. Maximus Taurin. Epiſc. ſerm. in vigil. nat. Dni. *Lætitia quanta ſit, quantusque concurſus, cum Imperatoris mundi iſtius natalis celebrandus ſit, bene noſtis. Quemadmodum Duces, ac Principes ejus omnes, etiam militantes, accurati ſericis veſtibus, operoſis cingulis accincti, auro fulgente precioſis, ambiant ſolito nitidius in conſpectu Regis incedere.* Hoc etiam a ſervis exigebant Domini: Sic Geta ſervus munere feriendus dicitur, ubi puero herili natalis dies eſſet. *Terent. Phorm. act.* 1. *ſc.* 1.

Natalis Imperii is erat, quo quiſque eam dignitatem erat adeptus, *Dies Regis*, יום המלך dicitur Hoſ. 7. 5. Helleniſtis: ἡμέρα βασιλέως. Sic Raſchi, Abenezra, Kimchi: יוֹם שהיו מולכים מלך שהיו קוראים היום יום מלכנו. *Die quo creabant Regem, quem & diem Regis noſtri dicebant.* Ab hoc natali annos ſupputabant, ut tot annos nati dicerentur, quot regnaſſent. Sic, 1. *Sam.* 13: 1. Saul υἱὸς ἐνιαυτοῦ, בן שנה במלכו *filius anni*, cum annum, nec amplius regnaſſet. Tunc primum natus videbatur, cum in Regem unctus, & in alium virum mutatus eſſet. 1. *Sam.* 10: Sic aliqui capiunt Natalem Herodis, *Matt.* 14. quo ipſe clauſula legis & prophetarum, nec Prophetes, ſed Angelus dictus, contumelioſa cæde truncatur, in puellæ ſalticæ lucar, ut ait Tertullianus *ſcorp. adv. gnoſt. cap.* 8. & locum Pſ. 2: 6, 7. ſic Theologi quidam explicant: *Unxi te in Regem ſuper Zion montem ſanctitatis meæ, hic eſt dies natalis, id eſt, unctionis tuæ. Pete a me, & dabo gentes in poſſeſſionem tuam, & fines terræ jus poſſeſſionis tuæ.* De die ſolennis manifeſtationis interpretatur Juſtinus Martyr. colloq. cum Tryphone Judæo: *Vox de cœlis venit, quæ & per Davidem ex perſona Patris enunciata fuerat:* Filius meus

es

es tu; ego hodie genui te: *tunc natum dicens hominibus, quando cœpit eis innoteſcere.*

De Perſicorum Regum feſtivitate Natalitia Herodotus, lib. 9. Τοῦτο δὲ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο ὁ βασιλεὺς, ὄνομα δὲ τῷ δείπνῳ περσιστὶ μὲν Τυκτὰ: κατὰ δὲ τὴν ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. Τότε δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μόνον βασιλεὺς, καὶ πέρσας δωρέεται. *Hæc cœna quotannis ſemel, quod die Rex creatus eſt, inſtruitur. Cœnæ autem nomen Perſice eſt Tycta: Græce*, τέλειον, *id eſt, Perfecta. In qua Rex ſolus caput ornatur, Perſiſque ſtrenas donat.* Quod feſtum occaſionem præbuit infandæ crudelitati Ameſtris Reginæ, quam Herodotus ibidem enarrat.

Apud Romanos dies ἀναῤῥήσεως *Electionis* Imperatorum Natalis dicebatur. Balſam. ad Photii Nomocan: Νατάλια δὲ εἰσὶ τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια, καὶ ἡ τούτων ἀναῤῥήσεις. Adrianus Imp. III. Id. Auguſti, natalem imperii conſtituit celebrandum. *Spartian.* Conſtantinum Naiſſi Daciæ natum, Britannias, *illic oriendo*, id eſt, Conſtantino Chloro Patri ſuccedendo, nobiles feciſſe Panegyriſtes notavit. Sic Sacerdotii ſui natalem dixit Ambroſius, ad Lucam, lib. 8. cap. 76. *quotannis enim quaſi de integro videtur incipere ſacerdotium, quando temporum renovatur ætate.* Confer quæ notat Lindenbrog. *ad. Cenſor. de die natali, cap.* 2. & Suicer. *Theſaur. Eccleſ. in* γενέθλια *num.* 2.

Veteres Chriſtiani diem mortis ſanctorum pulchre vocarunt Natales. Petrus Chryſol. ſerm. 129. *Natalem ſanctorum cum auditis, chariſſimi, nolite putare illum dici, quo naſcuntur in terram de carne, ſed quo de terra in cœlum, de labore in requiem, de cruciatibus ad delicias.* Prudent. paſſ. Hippol.

Jam cum ſe renovat decurſis menſibus annus,
Natalemque diem paſſio feſta refert.

Chriſtianorum enim ut vita nobilior, ita quoque non ſimplex natalis eſt. Naſcuntur ut omnes filii Adami: Renaſcuntur ex aqua & ſpiritu, ut filii Dei: Corpus mortale exuunt in morte, glorioſam vitam inchoantes, donec in παλιγγενεσίᾳ reſurrectionis fiant perfecti filii Dei, quia ſunt filii reſurrectionis, *Matt.* 19:28. *Luc.* 20:36. Quadruplicem hunc Chriſtianorum natalem Rev. parens meus, hoc, quod inter ſchedas ejus reperi, carmine:

carmine, celebravit; quod ejus manibus, filius poſtumus ego parentaturus, cum lectoris venia adjiciam, gaviſurus ſi ex hac digreſſiuncula aliquam quis aut utilitatem, aut delectationem capiet. Eſt autem tale:

E tenebris infans materna prodit ab alvo,
Et venit in lucem, Lucide Phœbe, tuam.
E tenebris mentis, depulſo errore, revixit,
Donatuſque Dei cognitione fuit.
Quicunque in Domino vivit; neſcivit uterque
Se naſci, vitam novit uterque ſuam.
Anguſtis venit ille locis eductus; & iſte
Anguſta mentis cognitione venit.
Ille ex anguſtis anguſta palatia mundi;
Hic anguſta Dei fœdera natus init.
Ille venit plorans; lachrymis ſe proluit iſte:
Debilis ille venit; debilis iſte venit.
Is quoque qui Domino moritur (quæ tertia vita eſt)
Naſcitur, & cœli natus in aſtra venit.
Et venit e noſtri denſa caligine mundi,
Inque polos vera luce beandus abit.
Tunc ſummo cœli ſpectans e vertice Lunam,
Et Solis tenebras dixerit eſſe viam.
Naſcitur & neſcit, ſummoque infertur Olympo
Inſcius, illatum ſentit, & aſtra videt.
Aſtra videt ſpatioque infra ſe currere tanto,
Quanto ſe ſupra viderat ante ſtupet.
Sic ex anguſtis anguſta palatia cœli
(Quid poſſit terris arctius eſſe?) ſubit.
Et quo nobilior vita eſt, lachrymoſior ortus,
Et cum triſtitia, morte, dolore, venit.
Quartum cum toto tandem ſimul orbe renaſcar,
Et vita totus non pereunte fruar.
Qui me olim puerum produxti matris ab alvo,
Et verbi gignis cognitione tui:
Qui ſine me facis hæc, ſine me mihi gaudia confer,
Cœlica, redde animæ mortua membra meæ.

Quæ

Quæ autem ſacra a ſingulis perſonis oblata occaſione ſuſcepta ſunt, varia fuerunt, ut expiationes & operationes, ubi ſe iis indigere pro ſua ſuperſtitione judicabant. De fulminibus, eorumque ſuſceptionibus ante egimus, *cap.* 10. Superſunt ea quæ circa matrimonium, & circa funera exercebantur.

Circa matrimonium erant Sponſalia & Nuptialia.

Sponſalia Nuptiis prævia auſpicato fiebant, videatur Roſinus *antiq. Rom. lib.* 5. *cap.* 37. & ibi Dempſterus, quos deſcribere non lubet: inibi etiam de nuptiis earumque ritibus agitur. Ubi inprimis luſtratio aqua & igni fiebat, ut & ſupra, *cap.* 20. diximus. Et additum ſacrificium: Polyænus lib. 4. Ταύτην Νικαίαν Ἀντίγονος τῷ υἱῷ Δημητρίῳ μνηστεύεται, ἡ δ᾽ ἀσμένη μειρακίῳ βασιλεῖ, καὶ πρὸς γάμον αὑτὴν ἐπέδωκεν, ἦν θυσία μεγαλοπρεπὴς, καὶ πανήγυρις ἑλληνική. *Hanc Nicaam Antigonus filio Demetrio in uxorem poſtulat, quæ ſe libenter adoleſcenti Regi in matrimonium tradidit. Sacrificium erat magnificum, & panegyris Græcorum.* Achilles, apud Euripidem, *Iphig. in Aulide*, Agamemnonis & Calchantis fraudes circa nuptias deteſtans, ait:

> Πικρὰς δὲ προχύτας τ᾽ ἀναξέται.
> Κάλχας ὁ μάντις.
> *Noxias placentas & aquam qua manus abluuntur auferet*
> *Calchas vates.*

Agamemnon autem Iphigeniæ nuptias cum Achille ſimulans, ibidem:

> Ἔκπεμπε παῖδα δομάτων πατρὸς μέτα,
> Ὡς χέρνιβες πάρησιν ἠυπρεπισμέναι,
> Προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρειον ἐκ χερῶν
> Μάχοι τε πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν
> Ἀρτέμιδι, μέλανος αἵματος φυσήματα.
> *Mitte filiam cum Patre ex ædibus,*
> *Quia ſacra aqua adeſt parato,*
> *Et placentæ ut conjiciantur in ignem luſtralem,*
> *Et juvencæ quas ante nuptias oportet mactari Deæ*
> *Dianæ, halitus nigri ſanguinis.*

Varro, de re ruſt. lib. 2. cap. 4. *Nuptiarum initio antiqui Reges ac ſublimes viri in Etruria, in conjunctione nuptiali, nova nu-*

Digitized by Google

pta & novus maritus primum porcum immolant. Priſci quoque Latini, & etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Nam & noſtræ mulieres maxime nutrices, naturam, qua fœminæ ſunt, in virginibus, appellant porcum, Græce χοῖρον, *ſignificantes eſſe dignum inſigni nuptiarum.* In his ſacris bilem victimæ juxta aram defodiebant, iram a nuptiis abeſſe oportere ſignificantes. *Plut. præcept. connub. Euſeb. lib.* 3. *præpar. Euang.*

Sacra privata ex occaſione funerum vel Semel tantum, vel Sæpius fiebant.

Semel tantum fiebant *Parentalia*, quæ quod domus, unde mortuus erat elatus, certo ſcoparum genere ab Everriatore purgaretur, Exverræ, & a dierum numero Novendialia dicebantur. *Feſtus in* exverriator. *Serv. ad* 5. *Æneid.* 64. Quo tempore parentatio ſive funeris ſolennia concludebantur. Hæc autem privatim fiebant. Feſtus in ſchedis Pomponii Læti: pag. 6. *Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent, quia legibus earum omnium ſacratæ quoque menſæ ſunt: ut velut in ararum vel pulvinaris loco ſint. Privati quoque in primis (*privis*) ipſis locis habere ſolent, ubi ſacras* (ſacra) *habituri ſunt, cujuſmodi eſt parentatio, non ſacrificium.*

Sæpius ſacra privata hæc fiebant vel dictim, vel annuatim.

Dictim fiebat Laribus, quod narrat Lar familiaris apud Plautum, Aulularia:

Huic filia una eſt: ea mihi quotidie
Aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat:
Dat mihi coronam.

Quod dicit *aliqui*, eo reſpicit, quod ſupplicantes pauxillum cibi de menſa in focum deferebant, præſertim ex inanimatis, quia Genii ſive Lares vitæ, non mortis auctores, *vid. ſupr. cap.* 23. Tibullus ſic Lares compellat. *lib.* 1. eleg. 1.

Adſitis divi, nec vos e paupere menſa
Dona, nec e puris ſpernite fictilibus.

Perſ. ſat. 3. —— *Cultrixque foci ſecura patella.*

Ubi vetus Interpres: *cultrix foci, quia delibanda dapes in ea poſita ad focum feruntur.* Nempe ut ibi adoleantur. Nam homini eas guſtare nefas, igni abſumebantur. *Plutarch. de fort. Rom.*

De

Digitized by Google

De corona autem Laribus dicata; *vid. Cat. de re ruſt. cap.* 143. *Plin. lib.* 21. *cap.* 3. *Dempſt. ad Roſin. lib.* 4. *cap.* 9.

Annuatim celebrabantur feriæ Denecales. De his Cicero, 2. de legg. *Nec vero tam Denicales, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui, quam cæterorum cœleſtium quieti dies, feriæ nominarentur, niſi majores eos, qui ex hac vita migraſſent, in Deorum numero eſſe voluiſſent. Eas in eos dies conferre jus, quibus nec ipſius, nec publicæ feriæ ſint.* Videmus hic rationem nominis, a denecando ſcilicet, vel a Gr. νεκὺς, quod mortuum notat, ut ait Feſtus in *Denecales.* Deinde in quorum gratiam celebratæ fuerint, mortuorum ſcilicet, quod majores in Deorum numero eſſe voluiſſent. Item eos ſedendo & quieſcendo coli. De hujus loci lectione critici laborant. Salmaſius ſic legendum judicat, *quia reſidentur mortuis.* Reſidere enim ferias dicebant pro feriari, quia reſides manebant per feriarum tempus, nec quicquam operis faciebant. Hoc modo idem Salmaſius legit in Plauti Epidico, act. 3. ſc. 4. *Tuas reſidebit faxo mulier ferias.* id eſt, tua erit, & ſacra tua domeſtica celebrabit. Quomodo *Venter gutturque*, dicuntur *reſidere ferias eſuriales*, apud Plaut. in Capt. act. 3. ſc. 1. id eſt, agitare ferias eſuritioni dicatas, ceſſare ab edendo, & bibendo. Tandem ex ſupra poſito Ciceronis loco liquet ſacrum hoc quotannis factum eſſe: cui qui obſtringeretur haut quemlibet ei diem poterat præſtituere; ſed neceſſe erat aliquem eligere, quo nullæ eſſent ejus familiæ feriæ aliæ ac multo minus publicæ. Lege porro Gutherium, *de jure man. lib.* 1. *cap.* 16.

Extra ordinem non tantum homines polluti, ſed maxime etiam urbes domuſque luſtratæ ſunt, ſi quid accidiſſet, quod ea cura ac religione dignum videri poſſet. Si prodigia eſſent nuntiata, quod in Livio occurrit paſſim. Sic Aruns vates, apud Lucanum, lib. 1.

Mox jubet & totam pavidis a civibus urbem
Luſtrari, & feſto purgantes mœnia luſtro
Longa per extremos pomœria cingere fines. &c.

Poſt exactos Reges, Brutus & Collatinus primi coſſ. urbem luſtrarunt, cæſisque victimis, primi ipſi ſuper extis ſtantes, jurarunt

Digitized by Google

rarunt &c. *Dion. Halic. lib. 5. cap.* 1. Deletis etiam conjuratis, qui Tarquinios reducere tentarunt, ex SCto, tota civitas luſtrata eſt, quod neceſſitate coacta eſſet civilis cædis auctor fieri, neque ante Senatus ad ſacra Euchariſtica, ludoſque acceſſit, quam facinus expiatum, lueſque ſolitis luſtrationibus ac ceremoniis abolita eſſet, *ibid. cap.* 58. Ejectis Roma Gallis Camillus ſacris operatus urbem luſtravit præeuntibus Pontificibus. *Plut. in Camillo.* Sic poſtquam Annibal urbem reliquiſſet, apud Silium Ital. lib. 12.

> *Corpora nunc viva ſparguntur gurgitis unda,*
> *Nunc Anienicolis ſtatuunt altaria nymphis,*
> *Tum feſtam repetunt luſtratis mœnibus urbem.*

Inſigne eſt, quod narrat Philoſtratus, *de vit. Apollonii, lib.* 4. Apollonius Tyanæus Epheſiis promiſerat, ſe peſtem, qua laborabant, depulſurum, populumque ad theatrum duxit, ubi Herculis ἀποτροπαίου ſtatua erecta erat. Hic ſenem quendam mendicanti ſimilem invenere, qui arte quadam oculis connivebat, peramque paniceis fruſtis refertam geſtabat, lacera veſte amictus, totoque corpore ſordidus. Hunc, ut Deorum inimicum lapidibus obruere juſſit Apollonius, Epheſiis mirantibus, & hominem peregrinum miſere viventem interficere crudele cenſentibus, humillime etiam pro ſalute deprecantem, inſtabat Apollonius ne illum diutius vivere permitterent. Cumque jam aliqui lapides in illum jacerent, igne plenos oculos illum habere monſtravit Apollonius, quo viſo Epheſii Dæmonem eſſe agnoverunt: brevique temporis ſpatio ingentem lapidum cumulum ſuper ipſum coacervarunt. Paulo poſt Apollonius lapides auferri juſſit, quo facto mendicus quidem evanuerat; canis autem, tanquam Moloſſus, conſpiciebatur tanta magnitudine, quanta Leonum maximi eſſe ſolent, ſpumam inſtar canis rabidi ore emittens. Epheſii expiati & morbo liberati, eo loco, ubi hoc φάσμα lapidibus obrutum fuerat, ſtatuam Herculi ἀποτροπαίῳ erexerunt. Hoc magiæ exemplum ab Hierocle aliiſque gentilibus, veris Jeſu Chriſti miraculis oppoſitum fuit, ut hujus gloriam obſcurarent. Fruſtra; cum vera lux divina fallaciſſimas has tenebras facile vicerit, ut eventus docuit. *vid. Euſeb. in Hierocl. lib.* 4.

Domus.

Domus luſtratæ: Demoſth. in Euergum: Domi ejus, qui Euergum falſi teſtimonii accuſat, nutrice liberta interfecta, Juris-conſulti & hoc ſuadent, ὑπὲρ σεαυτοῦ καὶ τῆς οἰκίας ἀφοσιωσάμενος, ὡς ῥᾷστα φέρειν, *ut facta pro te & familia expiatione, quam æquiſſimo animo calamitatem feras.* Sequitur: ἃ μὲν ὑπὲρ τῆς οἰκίας προσῆκέ μοι πρᾶξαι —— ἐποίησα. *Ea quæ ad expiationem adium pertinerent, feci.* Apud Maronem. 6. Æneid. *Luſtravitqueviros*: Donatus legit: *Luſtravitque domos*: Et aquæ purificationem hominum & domorum fuiſſe dicit: de hominibus ante *Idem ter ſocios, &c.* ſcripſerat. Tertull. de baptiſ. cap. 5. *Caterum villas, domos, templa, totaſque urbes aſpergine circumlata aqua expiant paſſim.* Poſt procos Penelopes interfectos Ulyſſes domum ſuam luſtravit, apud Homerum. Odyſſ. X. Propter ſervum homicidam: Plato, de legibus, lib. 11. de redhibitione mancipiorum agens, ἐὰν δὲ ἀνδροφόνον ἀποδῶταί τις τινι, εἰδότι μὲν εἰδώς, μὴ τυγχανέτω ἀναγωγῆς ὁ τοιοῦτος τῆς πράσεως. Μὴ εἰδότι δὲ ὁ μὲν ἀναγωγὴν εἶναι τότε, ὅταν τις αἴσθηται τῶν πριαμένων. Ἐν πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς νεωτάτοις εἶναι τὴν κρίσιν. Εἰδὼς δὲ ἂν κριθῇ, τάς τε οἰκίας τοῦ πριαμένου καθηράτω κατὰ τὸν τῶν ἐξηγητῶν νόμον. Τῆς τιμῆς τε ἀποδότω τῷ πριαμένῳ τὸ τριπλάσιον. *Si quis autem ſervum, qui cædem commiſit, cui vendiderit ſciens ſcienti, redhibendi jus non habeat, neſcienti vero redhibere liceat; ſimul atque id emtor ſenſerit. Id autem juniores de legum cuſtodibus quinque cognoſcant. Ac ſi ſciviſſe comperietur, domos emtoris expiato ex lege interpretum ſacrorum, deinde pretii triplum emtori reddito.* Sic ob hominem impurum. Lucian. Pſeudol. αὐτίκα ἐξελάσαι τῆς οἰκίας, καὶ καθάρσιόν γε, ὥς φασι, περιενεγκὼν ἐπὶ τῇ σῇ ἐξόδῳ. *Statim cum te ædibus ejecit, eas expiamentis quibusdam luſtravit poſt exitum tuum.* Cynthia apud Propertium. lib. 4. eleg. 9.

Dein quemcunque locum externæ tetigere puellæ
Suffiit, & pura limina tergit aqua.

Narrat Busbequius, *Epiſt. Turc.* 1. Aſiaticum quendam hominem in cujus domo Suleimannus Imp. pernoctaverat, ubi Princeps migraſſet, luſtralibus aquis, multoque ſuffitu, & certo ceremoniarum ritu, domum ſuam, ut contagione talis hoſpitis pollutam, expiaſſe. Quod ubi Suleimanno innotuit, hominem interfici, domumque ſolo æquari juſſit. C. A-

Digitized by Google

CAPUT. XXXI.

Luſtrationes exercituum: Judæ Maccabæi, Xerxis, Lacedæmoniorum, Cretenſium, Macedonum, Græcorum, Romanorum, ante & poſt pugnam. Armiluſtrium. Decurſio. Sacrificium. Luſtratio claſſium.

A Toga & umbra tum urbana tum domeſtica, ad ſagum & pulverem bellicum progredimur: ubi in militia & terreſtri & navali luſtrationes luſtrabimus. Apud Hebræos lex divinitus lata fuit cæſis Midianitis, ut & homines, & veſtimenta, & reliqua inſtrumenta, aut igne, aut aqua luſtrarentur, *Num.* 31: 19-24. De Juda Maccabæo narrat ſcriptor apocryphus, 2. *Maccab, cap.* 12. Jamnia oppidum eſt Palæſtinorum idolis deditum: Judæi milites hoc direpturi, quædam idolis conſecrata ex ſpoliis ſibi vindicarant contra Dei edictum, qui *Deut.* 7. anathemata ſibi devota & execrabilia eſſe voluerat.

Cum autem hi milites in prælio occubuiſſent, hæc anathemata ſub eorum veſtibus inventa ſunt. Hinc cladis cauſam Judas agnovit, quare ad preces converſus, viritim etiam 2000. ut aliis placet, 12000. drachmarum collegit, & Hieroſolymam miſit, non pro peccatis mortuorum, ut in vulgata verſione legitur., ſed ut in Græco eſt περὶ ἁμαρτίας, ſacrificium pro peccato, vivorum ſcilicet: ut caſtra hoc ſacrilegio polluta luſtrarentur, ne illis accideret quod Joſuæ & populo Dei, *Joſ.* 7 propter ſacrilegium Achanis.

De Gentilibus generatim obſervat Scholiaſtes Euripidis in Oreſt. Ἐιώθασιν οἱ βασιλεῖς, εἰς πόλεμον μέλλοντες ἐξιέναι, θύειν τοῖς θεοῖς. *Reges ad bellum ituri Diis ſacrificare ſolent.* Xerxes exercitum in Græciam ducturus humano ſanguine, crudeliſſime necato Pythii hoſpitis filio, illum luſtravit. *Senec. lib.* 2. *de ira, cap.* 17. *Herod. lib.* 7.

Græci,

Digitized by Google

Græci, poſt Cyri Minoris interitum, in patriam redeuntes, tum Xenophontis hortatu, tum ex haruſpicum reſponſis, exercitum luſtrarunt. *Xenoph. lib. 5. ἀναϐα. 6.* Lacedæmonii ante inſtructas acies *Amori* rem divinam faciebant, quod in militarium ordinum amicitia victoria ſita ſit. Cretenſes ad conflictum jam expedito milite, ex civibus formoſiſſimos deligebant, qui *Amorem* invocantes ſacris operarentur. *Athen. dipnoſ. lib. 13. cap. 2.* Apud Statium, 4. Thebäid. ante prælium *cadit ingens rite Tonanti, Gradivoque pecus.*

De Macedonibus: Curtius, lib. 10. *Macedonum Reges ita luſtrare ſoliti erant milites, ut diſciſſæ canis viſcera, ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraque abjicerentur parte. Intra id ſpatium armati omnes ſtarent, hinc milites, hinc equites, illinc phalanx.* Et Livius, l. 40. cap. 6. *Forte luſtrandi exercitus venit tempus, cujus ſolenne eſt tale: Caput mediæ canis præciſæ, & prior pars ad dexteram cum extis, poſterior ad lævam via ponitur. Inter hanc diviſam hoſtiam copiæ armatæ traducuntur: præferuntur primo agmini arma inſignia omnium ab ultima origine Macedoniæ Regum, deinde Rex ipſe cum liberis ſequitur, proxima eſt regia cohors, cuſtodeſque corporis: poſtremum agmen Macedonum cætera multitudo claudit.* Poſtea: *Mos erat luſtrationis, ſacro peracto, exercitum decurrere, & diviſas bifariam acies concurrere ad ſimulachrum pugnæ.* Galli in auſpicia pugnæ hoſtias cædunt. *Juſtin. lib, 26. cap, 2.* Myſi ante aciem immolato equo concepere votum. *Flor. lib. 4. cap. 12.*

De Græcorum ad Trojam exercitu. Iliad. A.

> Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν,
> Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.
> Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τεληέσσας ἑκατόμβας
> Ταύρων ἠδ' αἰγῶν, παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.
> *Populos vero Atrides luſtrari juſſit:*
> *Illi vero luſtrabantur, & in mare ſordes abjiciebant:*
> *Sacrificabant etiam Apollini perfectas hecatombas*
> *Taurorum & caprarum, juxta littus maris indomiti.*

Romani exercitus ſuos & ante & poſt pugnam luſtrarunt. Apud Silium Italic. lib. 14. ——— *Armat.*

Marcel-

Marcellus pubem luſtratis rite maniplis.

Priorem luſtrationem καθάρσιον πρὸ τῶν ἀγώνων γιγνόμενον vocat Dio, *lib.* 47. Ubi eandem hiſtoriam narrat, quam Plutarchus *in Bruto*, & Appianus, lib. 4. bell. civil. *Cæſar & Antonius exercitum intra vallum luſtrantes, aliquantulum frumenti, & quingenos aſſes viritim ad ſacrificium diviſere. Brutus & Caſſius contemta illorum inopia & ſordibus, primum in campo luſtraverunt ſolenni more exercitum. Deinde victimarum magnum numerum per centurias, & aſſes in capita quingenos largiti, benevolentia & alacritate exercitus præcelluerunt. In qua luſtratione infauſtum omen Caſſio oblatum: Nam coronam ei lictor inverſam obtulit.* Sic Plutarcho teſte, Cum Caſſius ſolenni ſacrificio exercitum luſtraret, exta ab aruſpice porrecta manibus exciderunt. Dion. Halic. lib. 9. cap. 7. *T. Quintius Capitolinus, Q. Servilius Priſcus coss. luſtrato exercitu, contra hoſtes, profecti ſunt.* Aliud exemplum apud Livium, *lib.* 25. *cap.* 16. *&* 17. T. Gracchus, cui triſtia prodigia facta erant, aruſpicum monitu quingentos paſſus a caſtris progreſſus, uti puro loco ea prodigia procuraret a Numidis circumventus eſt. Sic Turnus, 9. Æneid. — *ad undam*

Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas,

Multa Deos orans, oneravitque æthera votis.

Ut & Marius ante pugnam cum Cimbris. Plutarchus in Mario: Ἐνταῦθα νιψάμενος ὁ Μάριος τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναχὼν, ηὔξατο τοῖς θεοῖς κατὰ ἑκατόμβης. *Ibi lautas manus Marius ad cœlum tendens Diis vovit immolaturum ſe centum boves.*

Ridendus itaque Machiavellus, qui vult ideo Romanos ante pugnam pecora mactaſſe, ut ex illo aſpectu animos ſumerent fortiores ad cædes patrandas, ſanguinemque effundendum. Faciliimum ſane mactare pecudem, hoſtem vero armatum interimere longe difficilius. Si autem e beſtiarum mactatione animis fortitudo ingeneraretur, lanii omnium præſtantiſſimi copiarum duces, ac valentiſſimi forent bellatores.

Poſt pugnam Armiluſtrium inſtitutum, quod eſt armorum luſtratio. Vetus Lexicon. *Armiluſtrium*, ὁπλοκαθάρσιον, ὁπλοκάθαρμος. *vid. Turneb. adv. lib.* 21. *cap.* 27. Varro de ling. Lat. lib. 5. *Armiluſtrium ab eo quod in armiluſtrio ſacra faciunt. Niſi*

locus

locus potius dictus ab his, ſed quod de his prius, id ab luendo, & luſtro, id eſt, quod circumibant ludentes, ancilibus armati. Locus ille eſt *Vicus Armiluſtri* in Aventino, XIII. regione urbis. *P. Victor.* Apud Livium, *lib. 1. cap. 28.* Tullus Hoſtilius caſtra Albanos Romanis caſtris jungere jubet, ſacrificium luſtrale in diem poſterum parat. Marius poſt victoriam de Teutonis, amplum fecit ſacrificium. *Plut. Mar.* A. Poſtumius devictis Volſcis. *Dion. Halic. lib. 6.*

Obſervat Plutarchus, *in Mario*, magnis fere præliis largas ſuccedere pluvias. Vel quod Deus aliquis tellurem puris & cœleſtibus aquis luſtret, abluatque: vel quod cruor & ſanies humidum & craſſum exhalet vaporem, qui aërem verſatilem, atque ex leviſſima occaſione in grande momentum mutatu promtum coagulet. Mirabile eſt quod narratur a Phlegonte, *de rebus mirabil. cap. 3.* Poſt Antiochum in pugna ad Thermopylas ab Acilio Glabrione cos. fugatum, Buplagus quidam Syrus, qui equorum turmam in exercitu Darii duxerat, fortiterque prælians ceciderat, vulneribus XII. affectus, media die e mortuis ſurrexit, in caſtra Rom. venit, carminibus exili voce prolatis, Jovis iram ipſis denunciavit. Perturbati Duces advocata concione de ſpectro conſultarunt. Placuit, ut Buplagus, ſtatim à recitatis verſibus extinctus, cremaretur, ſepeliretur, exercitus luſtraretur, Jovique Averruncatori ſacrum fieret.

Mithridates, cum Murenam acie viciſſet juxta patrios ritus ſacrificium inſtituit Jovi, in monte excelſo pyram inſtruens, inque illam mel, lac, vinum, oleum, aliaque thymiamata injiciens. In campo autem convivium inſtituens. Quale ſacrificii genus etiam Perſarum Regibus uſitatum fuiſſe ait Appianus Alexandrinus, *in bello Mithridatico.* Hermunduri victores aciem Cattorum Marti ac Mercurio ſacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. *Tacit. annal. 13. cap. 57. Cluver. Germ. antiq. lib. 1. c. 53.*

Sacra hæc ad placandos eorum, qui in præliis occubuerant, manes inſtituta. ſic debellatis Latinis Romani *humatis primo cadaveribus ſuorum*, tum luſtrato exercitu triumphantes in urbem redierunt. *Dion. Halic. l. 6. cap. 14.* Duabus autem conſtabant

 parti-

Digitized by Google

partibus: Decurſione & ſacrificio. Trojani, 11. Æneid.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.

Deinde. *Multa boum circa mactantur corpora morti:*
Setigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris
In flammam mactant pecudes.

Patrocli funus his ſacris decoratum deſcribit Homerus. *Iliad.* ψ. quod ridicule imitatus eſt Antoninus Caracalla, apud Herodianum, *lib.* 4.

Heliod. lib. 3. Æthiop. Τὸ μνῆμα τοῦ Νεοπτολέμου περιεστοιχήσατο ἡ πομπὴ, καὶ τρίτον οἱ ἔφηβοι τῷ ἵππον περιήλασαν. *Sepulcrum Neptolemi pompa circuivit, & tertio ephebi equis ſunt circumvecti.* Quod etiam ad Achillis tumulum fecit Alexander. *Plut. in Alex.* De funere Pompeji Lucan. l. 8.

Non pretioſa petit cumulato thure ſepulchra
Pompejus, fortuna, tuus: non pinguis ad aſtra
Ut ferat e membris Eoos fumus odores,
Ut Romana ſuum geſtent pia colla parentem,
Preferat ut veteres feralis pompa triumphos,
Ut reſonent cantu triſti fora, totus ut ignem
Projectis mœrens exercitus ambiat armis.

Germanicus veterem aram Druſo poſitam, ſed disjectam reſtituit, honorique Patris cum legionibus decucurrit. *Tacit. ann.* 2. *cap.* 7. quotannis hoc ſtato die factum ait *Sueton. Claud. cap.* 1. Tib. Graccho ab Annibale in veſtibulo Punicorum caſtrorum rogus exſtructus eſt, armatus exercitus decurrit cum tripudiis Hiſpanorum, motibusque armorum & corporum ſuæ cuique genti aſſuetis: ipſo Annibale omni rerum verborumque honore exſequias celebrante. *Liv. lib.* 25, *cap.* 17. Sic Iaſon apud Val. Flacc. 2. Argon.

Vos, age, funereas ad littora volvite ſylvas
Et ſocios luſtrate choros, date debita cæſis
Munera. —— quod factum deinceps,
Inde ter armatos Minyis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi, ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba.

Statius

Statius, 6. Theb. *Tunc ſeptem numero turmas (centenus ubique*
Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Grajugenæ Reges, luſtrantque, ex more, ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos urgere ſinus, illiſaque telis
Tela ſonant, quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.
Semianimes alter pecudes, ſpirantiaque ignis
Accipit armenta. tum juſſu vatis:
—— Dextro gyro & vibrantibus haſtis
Hac redeunt, raptumque ſuis libamen ab armis
Quiſque jacit, ſeu frena libet, ſeu cingula flammis
Mergere, ſeu jaculum, ſeu ſumma caſſidis umbram.

Hæc de terreſtris exercitus luſtratione: De claſſium autem luſtratione laboris nobis compendium fecit Schefferus, *lib.* 3. *cap.* 3. *de milit. nav. veterum:* cujus verba huc tranſcribere cur erubeſcerem? Sic ergo ille: Poſt conſcenſionem luſtratio & ſacrificia fiebant: nam, ut teſtis eſt Sabinus, antiqui priuſquam navigarent, ſemper ſacrificabant. Et primum quidem conſultæ aves. unde Horat. Epod. 10.

„ *Mala ſoluta navis exit alite?*
„ & epod. 16. *—— ſecunda*
„ *Ratem occupare quid moramur alite?*

„ Meminit & Ariſtophanes in avibus p. m. 569. Igitur P. Claudius collega Junii cum auſpicia neglexiſſet, & tempeſtate amiſiſſet claſſem, publice ob eam cauſam accuſatus, damnationem morte voluntaria prævenit, uti docent Maximus Valerius, *lib.* 1. *cap.* 2. & Marcus Tullius, *de divin.* 1. Neque enim navigari fas erat, prohibentibus ita legibus publicis, niſi addixiſſent aves. Quod ſi vero addixiſſent, tum cætera luſtratio peragebatur. Livius lib. 36. *C. Livius præfectus Rom. claſſis cum ab Rheginis Locriſque & ejuſdem juris ſociis debitas exegiſſet naves, luſtrata claſſe ad Licinium, altum petit.* Fiebat autem in hunc modum, uti refert Appianus: Altaria ſtabant in extremo littore undis alluentibus, naves plenæ claſſiariis ordine ea circumdabant cum altiſſimo ſilentio. Sacri-

 „ ficuli

Digitized by Google

„ ſiculi ſtantes in mari mactabant, moxque in Scaphis ter cir-
„ cum claſſem exta luſtralia circumferebant, navigantibus u-
„ na etiam ducibus, precantibuſque in ea luſtramina a claſſe a-
„ vertantur infauſta omina. Diviſis deinde extis, partem in
„ mare porriciebant, partem adolebant in altaribus, fauſta o-
„ minante multitudine. Sed hæc ſingula paulo accuratius exa-
„ minabimus. Extruebantur aræ in littore cæruleæ. In his ſa-
„ crificia fiebant tauris, vittis cæruleis redimitis, Neptuno po-
„ tiſſimum ac Apollini. Flaccus lib. 1. Arg.

„ *Tum læti ſtatuunt aras, tibi, rector aquarum,*
„ *Summus honor, tibi cæruleis in littore vittis*
„ *Et Zephyris Glaucoque bovem.* ——
„ *Dejicit Ancæus, non illo certior alter*
„ *Pinguia letifera perfringere colla bipenni.*

„ Sic apud Virgilium lib. 3. Æn. Anchiſes, cum jam profe-
„ cturi eſſent, ut poëta canit

„ ——— *Meritos mactavit honores*
„ *Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcer Apollo.*

„ Poſt hos etiam ventis ſacrificia oblata, teſte Lucretio *lib.* 5.
„ & ex his, adverſis primum, ut tempeſtatibus, deinde &
„ ſecundis, ut Zephyris. His alba victima, agna potiſſimum,
„ ut navigationem adjuverat; illis vero nigra, ne ipſam im-
„ pedirent. Virgilius prædicto loco.

„ *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.*

„ & lib. 5.

„ *Tres Eryci vitulos, & tempeſtatibus agnam*
„ *Cædere deinde jubet, ſolvique ex ordine funem.*

„ Donatus ad hunc locum: *Sacrificium fieri Eryci fratri ex tri-*
„ *bus juvencis juſſit, & ventis, ne violenti exiſterent, agnam*
„ *immolari.* Per hyemem, cui ſupra ſacrificia oblata dixit,
„ non anni tempus, ſed ventorum imbriumque violentiam in-
„ telligit, qualis eſſe ſolet eo tempore. Sic alias uſurpavit lo-
„ cis plurimis, Græcorum imitatione, ut cenſet Servius, qui-
„ bus χειμὼν vocatur. Ita autem is ad 3. Æn. ubi Poëta: *no-*
„ *ctem hyememque ferens. Pluviam cum obſcuritate. Hyemem au-*
„ *tem Græce dixit, nam χειμὼν etiam tempeſtas dicitur a Græcis.*

„ Hanc

„ Hanc ergo hyemem a priſcis ſicut Deam cultam annotamus,
„ Unde & a Statio lib. 3. Silu. ſub Æoli regimine, velut minor
„ Dea, eſſe dicitur. Ubi ſic de Æolo:

„ *Cui varii flatus, omniſque per æquora mundi*
„ *Spiritus, ac Hyemes, nimboſaque nubila parent.*

„ Solebant & ſyderibus (Caſtori fors, ac Polluci, ut Horat. l.
„ 1. C. *od.* 3.) rem divinam facere. Petronius: *Adoratiſque*
„ *ſideribus intro navigium.* Ad poſtremum mari tranquillo, quem-
„ admodum teſtatur Appianus, *lib.* 5. *B. C.* Nearchum, præ-
„ fectum claſſis Alexandri Magni, antequam proficiſceretur,
„ ſacrificium & ludos gymnicos feciſſe Διὶ Σωτῆρι, Jovi ſervato-
„ ri, ex Arriani Indicis cognoſcimus. Facto deinde per præ-
„ conem ſilentio imperator ſummus, ſeu præfectus claſſis ole-
„ aginea corona circum tempora redimitus, capiebat exta, eaque
„ cum vino e prora prætoriæ porriciebat in fluctus, poſt quam
„ ter, ut Appianus indicat, circum claſſem navigaſſet, una
„ cum ſacrificis, & pronunciaſſet preces, ut Dii Deæque maris,
„ portuum, & ventorum felicem expeditionem eſſe juberent.
„ Livius lib. 29. cap. 37. *Ubi illuxit, Scipio e pretoria nave ſi-*
„ *lentio per præconem facto, Dii Deæque; inquit, &c.* ſecundum
„ eas preces cruda exta, cæſa victima, uti mos, in mare por-
„ ricit. Silius Italicus 17. ver. 48. de eodem.

„ *Ipſe alacer Sicula deſcendens Scipio terra*
„ *Abſcondit late propulſis puppibus æquor:*
„ *Cui numen pelagi placaverat hoſtia taurus,*
„ *Jactaque cæruleis innabant fluctibus exta,*

„ Virgilius de Anchiſe, lib. v.

„ *Ipſe caput tonſæ foliis evinctus olivæ*
„ *Stat procul in prora, pateram tenet, extaque ſalſos*
„ *Porricit in fluctus ac vina liquentia fundit.*

„ Juſtinus de Alexandro lib. 11. cap. 5. *Priuſquam ulla navis*
„ *littore excederet, hoſtias cadit, petens victoriam bello.* Appia-
„ nus lib. 5. B. C. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκ Δικαιαρχείας θύων ἅμα καὶ ἀπὸ
„ τῆς ναυαρχίδος νεὸς ἐν τὸ πέλαγος ἀνέμοις καὶ ἀσφαλείῳ ποσειδῶνι, καὶ
„ ἀκύμονι θαλάσσῃ, συλλήπτορος αὐτῷ κατ᾽ ἐχθρῶν πατρώων γενέσθαι. *Cæſar*
„ *cum prius e prætoria nave porrectis extis in mare, litaſſet ventis ſere-*

,, *nis tutelari Neptuno , & tranquillo mari , ut propitii ſibi contra*
,, *parricidas eſſent , proficiſcitur.* Poſt prætorem , apud Græcos
,, præcipue , reliqui quoque duces militeſque ſingulis ex navi-
,, bus libabant Diis. Teſtis eſt Thucydides lib. 6. *Ubi in na-*
,, *ves* , inquit , *aſcenſum , impoſitaque eſſent omnia , quæ ſecum*
,, *laturi erant , tuba ſilentium factum , tum ſolennia ante profectionem*
,, *vota nuncupata non per ſingulas naves , ſed per præconem. Interea*
,, *exercitus omnis aurea argenteaque pocula miſcet & libat.* Quod
,, & a Chriſtianis fieri oportere Leo ait : *Priusquam* , inquit ,
,, *ad claſſem procedas , precibus ac piis votis ſe mutuo milites Deo*
,, *commendant , & bonum proſperumque iter adverſus hoſtes precan-*
,, *tur.* Neque ipſi modo faciebant olim , ſed & multitudo ſpe-
,, ctantium , ſtans in littore , quæ ſimul fauſta omnia precaba-
,, tur abituris. Idem auctor in ſequentibus : *ſimul autem vota*
,, *faciebat & cætera turba , quæ erat in littore tam civium , quam*
,, *aliorum , ſi quis benevolus ipſis aderat.* Et Diodorus Siculus l.
,, 13. Triremes ſtatione ſua portum ſpectabant , exornatis pro-
,, ris militum armatura. Univerſus portus accrris crateriſque
,, argenteis conſpicuus erat. Ex his aureis hauſta ſcyphis liba-
,, menta Diis obſerebant , venerantes oranteſque ſuppliciter ,
,, ut felix eſſet expeditionis ſucceſſus. Reſpexit ad hunc mo-
,, rem Fabius Quintilianus , quando ait : *permittamus vela ven-*
,, *tis , & oram ſolventibus bene precemur.* Idem Propertius lib.
,, 4. de bel. Actiaco , ubi canit :

,, *Solve metu patriam , quæ nunc te vindice freta*
,, *Impoſuit proræ publica vota tuæ.*

,, Et Achilles Tatius lib. 3. παιανισμὸς ἦν ϗ πολλή τις εὐχή. Θεοὺς
,, σωτῆρας καλοῦντες, εὐφημοῦντες αἴσιον τοῦ πλοῦ γενέσθαι. *Plauſus excitatus ,*
,, *multæque Deis ſervatoribus , quo proſpera navigatione uti liceret ,*
,, *preces effuſæ ſunt.* Emittebatur tum columba , ut ex Aſclepiade
,, obſervavit Scholiaſtes Apollonii, *lib.* 2. Arg. Credo ut omen
,, eſſet reditus. Solet enim hæc avis ſollicite ad domicilium ve-
,, tus redire. Hæc Schefferus.

C A-

CAPUT. XXXII.

Luſtrationum modi XII. apud Muhammedanos. Gentilium jejunia in honorem Cereris. Xerophagiæ. quid Caſtus? in ſacris Iſidis, Cybeles, in Bacchanalibus. abſtinentia per dies decem, menſem. Abſtinentia a Venere feſtis Cereris, Iſidis, aliorum. uſus rutæ. quid ἅγνος? hypocriſis Xenocratis.

SUpereſt ut ad luſtrationum ſacerrimos ritus ac ceremonias progrediamur. A Muhammedanis quidem luſtrationum ritus recenſentur duodecim, quorum quinque caput ſpectant: *Gargarizatio, ſive oris collutio: Narium aqua adſpirata purgatio: Myſtacis tonſura: capillorum diſcriminatio: Dentium fricatio.* Tres ad manus & pedes pertinent, nempe, *unguium reſectio: articulorum digitalium ablutio: & unguium extremorum mundatio.* Quatuor reliqui ad reliquas corporis partes: *Mundatio ab excrementis emiſſis: pilorum axillarium evulſio: Raſura pubis: Circumciſio.* Pocok. not. ad Abulfar. pag. 303. Hottingerus *diſp. de baptiſmo*, §. 8. ex Joh. Cotovici itinerario, triplicem Muhammedanorum lotionem proponit. Prima eſt, quoties vel templa adire, vel precibus vacare intendunt. Modus ex Alcorano additur: *O vos qui creditis cum ſurgitis ad precandum, lavate vultum veſtrum, & manus veſtras, uſque ad cubitos, & abſtergite capita veſtra, & pedes veſtros ad talos.* Hæc ad leviora vitia emundanda. Secunda eſt totius corporis lotio ad graviora peccata, puta homicidium, furtum, adulterium, expianda. Hinc tot ubique per urbes videre eſt balnea publica, quæ dies noctesque tum viris tum fœminis patent. Tertiam neceſſariam putant cum alvum vel veſicam exoneraverint: gravi enim onere naturæ depoſito tam viri quam fœminæ non charta linteove detergunt anum (id enim religioni habent, putant-

que

que ſic Deum offendi poſſe, quod ejus nomen plerumque in charta ſcribatur) ſed aqua frigida ſibi abluunt ipſi, primatibus mancipia. Sed nobis cum veteribus gentilibus res eſt, quorum ceremonias, pro variis Diabolorum affectibus, varias fuiſſe auctor eſt Apulejus de Deo Socratis: *Nonnulli ſunt*, inquit, *ex hoc Deorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promtis vel occultis, lætioribus vel triſtioribus hoſtiis, vel cerimoniis, vel ritibus gaudeant: uti Ægyptia numina ferme plangoribus, Græca plerumque choreis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarum, choraularum. Itidem pro regionibus & cætera in ſacris differunt, longa varietate pomparum agmina, myſteriorum ſilentia, ſacerdotum officia, ſacrificantium obſequia, item Deorum effigies, & exuviæ, templorum religiones, hoſtiarum cruores & colores.*

Hi ritus ac ceremoniæ partim ipſam luſtrationum ſpectant eſſentiam, partim circumſtantias. Priores vel communes ſunt, vel proprii. Ritus communes omnibus vel pleriſque ſaltem luſtrationibus adhibebantur. Atque hi vel στερητικοὶ erant ſive privativi: vel ποιητικοὶ, id eſt, Activi. Privativi in illarum rerum abſtinentia conſiſtebant, quas ad neceſſitatem vel etiam ad delectationem natura homini conceſſit, atque hæ fuerunt quaſi προπαρασκευαὶ ad ſacra majora.

Abſtinentia a neceſſitate eſt Jejunium: Homo cibo vinoque gravis ad res ſacras eſt ineptior, contra eorum abſtinentia Diis ſuis ſe placere eoſque placare poſſe exiſtimabant. Longinianus, Philoſophus paganus hac de re ad Auguſtinum ſcribit, epiſtola, quæ inter Auguſtini epiſtolas legitur, 21. *Via eſt, qua purgati antiquorum ſacrorum piis præceptis, expiationibuſque puriſſimis, & abſtemiis obſervationibus decocti, anima & corpore conſtantes deproperant.* Liv. lib. 36. *Prodigiorum cauſa, ex libris Sybyllinis decemviri renuntiarunt, jejunium inſtituendum Cereri eſſe, id quinto quoque anno ſervandum.* Fiebat ergo in honorem Cereris, quæ Proſerpinam, jejuna quæſivit. 4. Faſt.

Sub Jove duravit multis immota diebus,
Et Lunæ patiens, & pluvialis aquæ.

Nec interdiu edebant, ſed noctis initio, quod tunc primum Dea jejunium ſolviſſet. ibid.

Illa

Illa ſoporiferum parvos initura penates
Colligit agreſti lene papaver humo.
Dum legit oblito fertur guſtaſſe palato,
Longamque imprudens exolviſſe famem.
Quæ quia principio poſuit jejunia noctis,
Tempus habent menſæ ſidera viſa ſibi.

Athenienſium mulieres in Theſmophoriis jejunantes humi ſedebant. Plutarch. Themiſt. Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσι παρὰ τῷ θεῷ νηστεύουσαι. & in Iſid. Καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι. Ea ſcilicet, quæ Cereri contigerant, imitantes: vel quod olim penuria laborantes, ut ſementem facere poſſent in honorem Cereris, omni cibo abſtinuerunt, ut refert Gyrald. *ſyntag*. 13. *de Diis.* Præterea iidem Athenienſes νηφάλια ἱερὰ faciebant Mnemoſynæ, Muſis, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri cœleſti, Baccho & Erechthei filiabus, adeo ut nec lignis & vite aut ficu in his ſacris uterentur, notante Scholiaſte ad Sophocl. Oedip. in Colon. v. 99.

Aliquando non ab omnibus, ſed a certo ciborum genere abſtinebant. Sic orthodoxi Montaniſtas accuſabant apud Tertull. de jejun. cap. 2. *Xerophagias novum affectati officii nomen & proximum ethnicæ ſuperſtitioni, quales caſtimoniæ Apim, Iſidem, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant.* Arnob. l. 5. adv. gentes: *Quid temperatus ab alimonio panis, cui rei & nomen dediſtis caſtus?* Caſtum ſcilicet appellabant hanc abſtinentiam a verbo *careo*: unde *caſſus*, & literarum μεταβολῇ *caſtus.* Hariolationes cœlii Rhodigini circa hanc vocem vide *lect. antiq. lib. 5. cap.* 12. Hieron. lib. 2. contra. Jovin. *De ciborum ſibi placent abſtinentia; quaſi non ſuperſtitio gentilium caſtum* (non coſſum) *matris Deum obſervet & Iſidis.* Rationem reddat idem Hieronymus epiſt. ad Lætam: *Faciunt hoc cultores Iſidis & Cybeles, qui guloſa abſtinentia Phaſides aves & fumantes turtures vorant, ne ſcilicet Cerealia dona contaminent.* Hanc caſtimoniam aliquando per dies decem, alias integrum menſem ſervabant. Apul. lib. 11. metam. *Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rurſus decem diebus inanimis contentus cibis, inſuper etiam de Serapis principalis Dei orgiis illuſtratus,* &c. Poſtea: *Inanima protinus caſtimoniæ*

 jugum

jugum ſubeo , & lege perpetua præſcriptis illis decem diebus , ſpontali ſobrietate multiplicatis inſtructum teleta comparo. Et ante : *Non ſecus quam cultores ceteri cibis profanis ac nefariis jam nunc temperare ; quo rectius ad arcana puriſſima religionis ſecreta pervaderem.* Iterum *: Decem continuis illis diebus cibariam coercerem voluptatem , neque ullum animal eſſem , & invinius eſſem.* Apud Livium , lib. 39. Duronia mater filio P. Ebutio Bacchanalium initia ſuadens , ait : *Decem dierum caſtimonia opus eſſe , decimo die cœnatum , deinde pure lautum in ſacrarium deducturam.* Feſtus : Denariæ ceremoniæ *dicebantur* , & Tricenariæ , *quibus ſacra adituris , decem continuis diebus , vel triginta , certis quibuſdam rebus carendum erat.* Idem : Puri menſtruo *eſſe dicuntur , qui ſacrorum cauſa* , toto menſe *in ceremoniis ſunt , id eſt , puri ſunt: certis rebus carendo.*

Hac ratione , morte incruenta , expiationes etiam fieri putabant. Creon , apud Sophoclem Antigonen interfecturus minatur : v. 788 ——

Ἄγω ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος ,
Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι ,
Φόρβης τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς
Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.
Ducens eam ubi ſolitaria eſt via ,
Occultabo in ſubterraneo ſpecu ,
Tantum cibi addens manipulum ,
Ut ſcelus ex urbe auferatur.

Scholiaſtes : Ἔθος ἦν παλαιὸν , βουλομένους κατειργνύναι τινὰ , ἀφοσιοῦσθαι , καὶ βραχὺ τιθέναι τροφῆς , καὶ γὰρ ὑπενόουν καθάρσιον τὸ τοιοῦτο εἶναι. Τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν. Τοῦτο γὰρ ἀσεβές. *Antiqui moris erat , ut aliquem carceri includere volentes , & ſe a cæde expiare , pauxillum cibi apponerent , hoc enim luſtratorium eſſe putabant. Hoc autem fiebat , ne quem fame interficere viderentur. Quod nefas.* Simile in pœnis Veſtalium Romanis obſervatum , quod apud Lipſium videre eſt.

Hæc in Eccleſiam , juxta Pauli vaticinium 1. Tim. 4. mature jam irrepſerunt. Multi enim occinebant. Col. 2. 21. Μὴ ἅψῃ , μηδὲ γεύσῃ , μηδὲ θίγῃς. *Ne eſitaveris* (Sic enim verbum

ἅπτεσθαι

ἅπτεσθ notante ad hunc locum Calvino, apud Græcos capitur) *ne guſtaveris, ne contrectaveris.* Hæc enim non a Judaizantibus tantum, & circumciſionem urgentibus, v. 11. Sed etiam a Philoſophis profecta eſſe verſus 8. docet. Ac præter Montaniſtarum ſomnia, *Manichei quoque Deum bonum & verum dicebant cum tenebrarum gente pugnaſſe, & partem ſuam tenebrarum principibus miſcuiſſe, eamque toto mundo inquinatam & ligatam, per cibos Electorum ſuorum (qui carnibus non veſcebantur, ut illi qui Auditores appellabantur) ac per Solem ac Lunam purgari aſſeverabant; & quod purgari de ipſa parte Dei non potuerit in fine ſeculi æterno ac pœnali vinculo colligari.* Auguſt. epiſt. 74.

Altera eſt abſtinentia a Venere, quam priori junxit Ovidius, 4. Faſt.

Uſus abeſt Veneris, nec fas animalia menſis
Ponere. ———

Cœlibes enim quaſi cœlites judicabant, & a Venere continentes puriores & ceremoniis aptiores. Juven. ſat. 6.

Ille petit veniam quoties non abſtinet uxor
Concubitu, ſacris obſervandiſque diebus.

Tibull. lib. 2. el. 1. *Vos quoque abeſſe procul jubeo, diſcedite ab aris*
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Ovid. 3. amor. el. 6. *A tenera quiſquam ſic ſurgit mane puella,*
Protinus ut caſtos poſſit adire Deos.

Martialis, præfat. lib. 8. Librum Domitiani majeſtatem aditurum, adeoque non laſcivum, ut alii, meminiſſe, ait, non niſi religionis purificatione luſtratos accedere ad templa debere: intelligit autem abſtinentiam a Venere, quod ſubjectum innuit epigramma:

Laurigeros Domini liber intrature penates,
Diſce verecundo ſanctius ore loqui.
Nuda recede Venus. non eſt tuus iſte libellus,
Tu mihi, tu Pallas Cæſariana, veni.

Demoſt. orat. contra Neæram: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ᾽ ἀνδρὸς συνουσίας *Sum pudica, & pura, & caſta ab aliis puritati adverſantibus, & a viri congreſſu.* A Venere abſtinebant feſtis Cereris. Ovid. 3. amor. eleg. 9.

Annua venerunt Cerealis tempora ſacri,
Secubat in vacuo ſola puella thoro.

Et 10. metam. *Feſta pia Cereris celebrabant annua matres,*
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum,
Perque novem noctes Venerem, tactuſque viriles
In vetitis numerant.

In ſacris Iſidis. Propert. lib. 5. *Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies.*
& lib. 2. eleg. 33. *Triſtia jam redeunt iterum ſolennia nobis,*
Cynthia jam noctes eſt operata decem,
Atque utinam Nilo pereat, quæ ſacra repente
Miſit matronis Inachis Auſoniis.
Quæ Dea tam cupidos toties diviſit amantes,
Quæcunque illa fuit, ſemper amara fuit.

Ovid. 1. amor. eleg. 8. *Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem;*
Et modo quæ cauſas præbeat Iſis erit.

Aliorum quoque Deorum ſacris. Macrob. lib. 1. cap. 23. *Vehitur enim ſimulachrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa Ludorum Circenſium Deorum ſimulachra, & ſubeunt plerunque provinciæ proceres raſo capite, longi temporis caſtimonia puri.*

Notiſſimum eſt Cybeles Sacerdotes Gallos Samia teſta ſibi genitalia ſecuiſſe. Fuit & in Phocide templum Herculis Mulierum Oſoris, cujus Sacerdos toto anno Venere abſtinebat. Quare ſenibus fere ejus cuſtodia demandata. Cum enim in adoleſcentem ſacerdotem, poſt convivium & choreas, quieti deditum, puella, quam amabat, irruiſſet, hic ne ſe pollueret eam interfecit. Vide *Plutarchum*, *in libro*: Cur Pythia oracula carmine non reddat? *cap.* 26. De templo Herculis Gaditano, Silius Ital. lib. 3.

Tum queis fas, & honos adyti penetralia noſſe.
Fœmineos prohibent greſſus.

Ut autem hanc caſtitatem rectius ſervare poſſent, mediis quibuſdam ad libidinis vim reſtinguendam uſi ſunt: quo in genere in primis eſt ruta, quam initiati inter edulia, propter hanc rationem admittebant. Unde & πήγανον dicta, παρὰ τὸ πηγνύειν τὴν γονὴν, quod urinam ſiſtat genitalem. At Dioſcorides rutæ utrumque genus cauſticum dicit, καὶ θερμαντικὸν, id eſt, excale-

faci-

faciendi vim habere. Mox tamen idem, Semen, inquit, reſtinguit, vel eſu ſumtum, vel potu. *Cæl. Rhodig. lect. antiq. lib.* 11. *cap.* 15.

Eadem de cauſa viticis ramos ſibi ſubſternebant, quæ idcirco Græcis ἄγνος dicta eſt, quaſi ἁγνὸς arbor caſta, quamvis & ſpiritus, & accentus ſedes mutata ſit. Colligitur hoc ex Dioſcoridis hiſtoria plantarum, lib. 1. cap. 136. Ὠνόμασαι δὲ ἄγνος διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. Agnitas Æſculapii cognomentum eſt, quod ſimulachrum ejus ex agno (herba) conformatum eſſet. Pauſan. Lacon. *Alii ἄγνον vocant, quoniam matronæ Theſmophoriis Athenienſium, caſtitatem cuſtodientes his foliis cubitus ſibi ſternunt.* Plin. lib. 24. cap. 9. At Scholiaſtes Nicandri, agnoſcit quidem & ipſe ἄγνον in Theſmophoriis; verum ἄγνον quaſi ἅγνον dictum ait, pro quo & ſpiritus facit, quo paſſim hæc vox notatur. Piperis arbori ſimilem eſſe ait Philoſtratus, de vita Apollon. lib. 3.

Inſignis fuit Xenocratis Chalcedonii ſuperſtitio, ne manum quidem ad pudenda, cum mejeret, admovere ſuſtinentis, de quo Ariſtoteles, χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μιάσματα. *Caſtæ quidem ſunt manus, ſed mens habet piacula.* Athen. lib. 12. cap. 7.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... MANUELE

Digitized by Google

CAPUT. XXXIII.

Preces luſtrationibus additæ. Hæ concipiebantur verbis clare prolatis: confeſſione, petitione: oratione proſa, ligata. tibia in ſacris. Exclamatio. ululatus. Pythagorei clara voce orabant. Alii ſubmiſſa. Battologia. Sedentes. Circumacti. Ad ſolem orientem. Proſtrati. Saltatio in ſacris. Salii Martis. Saltat Senex, prov. Genuflexio, oſculum. Abominatio per verba: ipſo facto, repulſione, deſputatione. Lindiorum ſacrum.

Ritus ποιητικοὶ vel Ore fiebant vel Opere. Ore vel reverentiam animi teſtabantur, vel deteſtationem exprimebant. Priorem illum animi affectum in precibus tum verbo, tum geſtu expreſſis, videre maxime licet.

Verba ſæpe elata voce proferebantur, Branchus Vates, apud Clem. Alex, *lib*. 1. Strom. Mileſios a fame expians, populumque lauri ramis aſpergens, hymnum præivit.

Μέλπετε, ὦ παῖδες, ἑκάεργον καὶ ἑκάεργαν.

Canetis, pueri, heus, Hecaergum & Hecaergam.

Cui populus ſuccinuit: *Bedu*, *Zaps*, *Chthon*, *Plectrum*, *Sphinx*, *Knaxzbi*, *Chthuptes*, *Phlegmos*, *Drops*: quæ nomina myſtica & ænigmatica Clemens ibidem explicat. Simile exemplum eſt apud Athenæum in fine lib. 9. ex Clidami exegeticis, qui de expiatione præfatus, hanc orationem addere jubet:

Ὑμῖν ἀπονίμμα οἷς χρὴ, καὶ οἷς θέμις.

Nobis luſtrationem hanc offero, quibus oportet, & quibus fas eſt.

Huc pertinent quæ de victimis Ægyptiorum Herodotus lib. 2. prodit: Θυσίη δέ σφι ἥδε κατέστηκε ἀγαγόντες τὸ σεσημασμένον κτῆνος πρὸς τὸν βωμὸν, ὅκου ἂν θύωσι, πυρὴν καίουσι. Ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ οἶνον

κα-

κατὰ τὸ ἱερεῖον ἐπισπείσαντες, καὶ ἐπικαλέσαντες τὸν θεὸν σφάζουσι. *Sacrificandi autem is eis eſt ritus. Pecude, quæ obſignata eſt, ad aram adducta, pyram accendunt, deinde vino pecudi, e regione templi, affuſo, Deoque invocato, eam mactant.* Plin. lib. 28. cap. 2. *Victimas cædi ſine precatione non videtur referre.*

Preces elata voce prolatæ præter Deorum encomia, ut in hymnis, ſæpiſſime peccatorum confeſſionem, bonorum petitiones, malorum deprecationes continebant.

Peccati ſaltem gravioris confeſſionem ab Antalcida poſtulavit Myſtagogus quidam, quod in apophthegmatis narrat Plutarchus, ſimile in Laconicis: λάκωνά τινά τις μυσταγωγῶν, ἠρώτα τί πράξας ἑαυτῷ σύνοιδεν ἀσεβέστατον. *Cum aliquis myſtagogus Laconem initiaret, interrogavit eum, cujus facinoris maxime impii ſibi conſcius eſſet.* Qui tamen Deo potius, quam Sacerdoti homini confiteri ſe malle profeſſi ſunt.

Bonorum petitio & malorum deprecatio fere conjunguntur. In Palilium ſolennitate ſic precandum præſcribit Ovidius 4. Faſt.

Conſule, dic, pariter pecori, pecoriſque magiſtro,
Effugiat ſtabulis noxa repulſa meis, &c.

Socii Jaſonis, Cyzico interfecto, poſtquam ſe luſtraſſent, his verbis precantur, apud Val. Flacc. 3. Argon. —— *Ite peremti,*

Ac memores abolete animas, ſint otia vobis
Sit Stygiæ jam ſedis amor, procul agmine noſtro,
Et procul eſte mari, cunctiſque abſiſtite bellis.
Vos ego nec Grajas unquam contendere ad urbes
Nec triviis ululare velim, pecorique ſatiſque
Nulla ideo peſtis, nec luctifer ingruat annus,
Nec populi, noſtrive luant ea facta minores.

Mercator, aqua Mercurii ſe luſtrans, preces addit: 5. Faſt.

Ablue præteriti perjuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida verba fide.
Sive egote feci teſtem falſoque citavi,
Non audituri nomina vana Jovis.
Sive Deum prudens alium, Divamve fefelli,
Abſtulerint celeres improba verba Noti.
Et pereant veniente die perjuria nobis

Nec

Digitized by Google

Nec curent ſuperi, ſi qua locutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro
Et face, ut emtori verba dediſſe juvet.

Verba autem vel diſtincte vel confuſe recitabantur.

Diſtincte ut fieret, & ſine hæſitatione, aut omiſſione appoſitus cuſtos erat, qui præiret, & obſervaret. Plinius: lib. 28. cap. 2. *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos Magiſtratus. Et ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem, rurſuſque alium cuſtodem dari, qui attendat, alium vero præponi, qui faveri linguis jubeat: tibicinem canere, nequid aliud exaudiatur: utraque memoria inſigni, quoties ipſa diræ obſtrepentes nocuerint, quotieſve* PRECATIO ERRAVERIT. Hunc cuſtodem Tertullianus, apolog. cap. 30. *Monitorem* vocat: *Illuc*, inquit, *ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; denique ſine MONITORE, quia de pectore oramus.* Hic Μνήμων & ἱερομνήμων Græcis dicebatur. Heſychius: Μνάμων, ἱερομνήμων ἢ μνήμονες οἱ τὰς θυσίας ἀπομνημονεύοντες. Sacrificia in commentarios referebant, & ordinem ritumque faciendorum monebant ex jam factis. Alias Μνήμων ſimpliciter eſt monitor. Unde Μνήμονες dicti olim qui Monitores ac Præceptores dabantur Heroum filiis. Ptolomæus Hephæſtion apud Photium: ὅτι Ὀδυσσεῖ ἕπεσθαι δίδωσιν ὁ πατὴρ μνήμονα Μύισκον τοὔνομα, Κεφαλῆνα. Εἵπετο καὶ Ἀχιλλεῖ Μνήμων τοὔνομα Νοήμων, γένος Καρχηδόνιος. Hinc ergo ἱερομνήμων *Monitor ſacrorum*, ut ἱεροκήρυξ. An utriusque idem officium fuerit, diverſo nomine, dubitari poteſt. Præco ſilentium in ſacris indicebat, & favere linguis jubebat. Non diſſimile munus obit in ſacris Ægyptiis Grammateus apud Apulejum, *lib. 11. metam. Tunc ex iſtis unus, quam cuncti Grammatea dicebant, pro foribus aſſiſtens, cœtu Paſtophorum, quod ſacroſancti collegii nomen eſt, velut in concionem vocato, indidem de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de literis fauſta vota præfatus.* At præco non de ſuggeſtu, ſed de plano, nec de libro ſilentium faciebat; diverſa itaque officia. Heſychius: Μνήμων, ἀρχὴ γυναικῶν θυσιῶν ἐπιτελουμένων. Meminit & Harpocration ἱερομνημόνων qui ex ſingulis urbibus mittebantur ad conſeſſum Amphictionum, qui ſunt quos Heſychius εἰς πυλαίαν πεμπομένους,

ἱερογραμ-

ἱερουργημματᾶς interpretatur. Sed nobis ad Tertullianum redeundum eſt. Scilicet, non utebantur Chriſtiani verbis conceptis, & ordini ſcrupuloſo adſtrictis, ſed quicunque opus habebant, Deum rogabant de corde & pectore.

Si ædilis verbo aberraſſet, ludos non recte factos eſſe ait Cicero, *de reſp. aruſp.* In feriis Latinis, quia in una hoſtia Magiſtratus Lanuvinus precatus non erat *Pop. Rom. Quiritium*, religioni ſuit, feriæque inſtauratæ ſunt. *Liv. lib.* 41. *cap.* 16. Idem ex Poëtis docet Voſſius, de idolol. lib. 9. cap. 8. *Primum*, inquit, *Sacerdos adducebat victimam ad aram, quam manu tenebat. Inde conceptis verbis hoſtiam ſacrabant Numini.* Senec. in Thyeſte:

Ipſe eſt Sacerdos, ipſe funeſta prece
Lethale carmen ore violento canit.
Stat ipſe ad aras, ipſe devotos neci
Contrectat, & componit, & ferro admovet.

Juvenalis, ſat. 6. —— *Dictataque verba*
Protulit, ut mos eſt, & aperta palluit agna.

Verba ait dictata, quia ſemper erat, qui prairet, ne quid vel omitteretur vel præpoſtere diceretur. Imo & alter addebatur, qui ſedulo attenderet, alius item qui favere linguis juberet. Relegere, vocat Arnobius, *lib.* 4. *adv. gentes.*

Concipiebantur ergo vel proſa oratione vel ligata.

Proſæ exempla in Ambarvalibus, ex Catone de re ruſt. cap. 134. 141. in devotionibus ex Livio & Macrobio, *ſupra.*, *cap.* 22. *&* 29. & alia alibi produximus.

Ligatæ orationis uſus erat in antiquis carminibus, quæ in luſtrationum ſolennioribus pompis canebantur, ut apud Livium, lib. 27. cap. 37. *Septem & viginti virgines longam induta veſtem, carmen in Junonem reginam canentes ibant, illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens & inconditum, ſi referatur.* Talia & olim ſcilicet *Fauni Satyrique canebant*, cum eſſet quidem carmen, ſed nulla carminis obſervatio, ut ait Quintilianus, *lib.* 9. *cap.* 4. Sic *carmen ſaliare Numæ.* Horat. lib. 2. epiſt. 1. Hunc carminum uſum Horatius eadem epiſtola indicat:

Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces , vatem ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus , & præſentia numina ſentit:
Cæleſtes implorat aquas docta prece blandus:
Avertit morbos : metuenda pericula pellit.
Impetrat & pacem , & locupletem frugibus annum:
Carmine Di Superi placantur , carmine Manes.

Ovid. 2. Triſt. *Exorant magnos carmine ſæpe Deos.*
Apud Curtium , *lib.* 4. matronæ virgineſque patrio more inconditum quoddam carmen canunt , quo propitiari Jovem credunt , ut certum edat oraculum.

Nec tantum aſſà voce , ſed adhibitis etiam inſtrumentis muſicis talia agebantur. Ovid. 6. Faſt.

Temporibus veterum tibicinis uſus avorum
Magnus , & in magno ſemper honore fuit.
Cantabat fanis , cantabat tibia ludis ,
Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Athenienſium ἄρχων , ad Bacchanalia rite celebranda , tribubus & choris tibicines ſortito dabat, ut colligere eſt ex oratione Demoſthenis adverſus Midiam. Adeo ſuus religioni honor conſtare non videbatur , niſi magna cura revocarentur tibicines , qui aliquando levicula de cauſa offenſi Tibur ex urbe diſceſſerant: ut eſt apud Livium , *lib.* 9. *Ovid.* 6. *Faſt. Val. Max. lib.* 2. *cap.* 5. Ariſtoteles, 8. *Polit. cap.* 6. tibiis vim tribuit concitativam quare talibus temporibus earum cantu utendum ſuadet , quibus uſus ejus valet ad animos expiandos ac luſtrandos , quam erudiendos. Similem vim cantui tribuit harmonico , *Polit. lib.* 8. *cap.* 7. Ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους , ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι τὴν ψυχὴν μέλεσι καθισαμένους , ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας , καὶ καθάρσεως. *Videmus autem & ſacris melodiis ita affici , quando utuntur expiantibus animam carminibus , quaſi medicina fretis & purificatione.* & paulo poſt: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέλη τὰ καθαρτικὰ παρέχει χαρὰν ἀβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις. *Similiter autem carmina purificativa lætitiam afferunt innocuam hominibus.* Unde Eobanus Heſſius lib. de tuenda bona valetudine:

Quem non blanda juvent varii modulamina cantus?

Hinc

402



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Hinc jecur ; & renes , ægraque corda ſtupent.
Nam nihil humanas tantâ dulcedine mentes
Afficit , ac melica nobile vocis opus.
Tange Lyram digitis , animi dolor omnis abibit ,
Dulciſonum reficit triſtia corda melos.

Graviter quoque hac de re ex Platone diſputat Cicero 2. *de legg.* Adde Strabonem lib. 10. geograph. *Muſica*, inquit, *circa ſaltationem & harmoniam cantumque verſata , oblectatione & artis pulchritudine ad Deitatem nos ipſos tali de cauſa continuat.* Legatur Plutarchi de Muſica liber. Porro de uſu Muſices in ſacris gentilium , & tibicinum collegio , vide Saubertum , *de ſacrif. cap. ult.* In Bacchi ſacris erant Tympana. &c. Ovid. 4. metam.

Quacunque ingrederis clamor juvenilis , & una
Fœmineæ voces , impulſaque tympana palmis ,
Concavaque æra ſonant , longoque foramine buxus.

Euripides in Bacchis βυρσότονον κύκλωμα vocat.

Confuſe hoc fiebat per inſanas exclamationes , quæ vel articulatæ erant , vel inarticulatæ.

Articulate in ſacris Bacchi pompis ἐυοὶ, ζαβοὶ ingeminabant; Demoſthenes , orat. de corona , Æſchini hæc objicit : Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων διὰ τῶν ὁδῶν τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθρῳ , καὶ τῇ λεύκῃ , τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας θλίβων , καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν , καὶ βοῶν , καὶ ἐυοὶ σαβοὶ , καὶ ἐπορχούμενος ὕης Ἄττης Ἄττης ὕης. hoc eſt , Wolfio interprete : *Interdiu autem præclaros illos cœtus per vias ducens fœniculo & populo redimitos , ſerpentes quas Parias vocant elidens , & ſupra caput efferens , & clamitans Euoe , Saboe , & interim ſaltitans Hyes , Attes , Attes , Hyes.* Huc faciunt modulata Neronis Carmina apud Perſium , ſat. 1.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis ,
Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris , & Lyncem Mænas flexura corymbis
Euion ingeminat , reparabilis adſonat Echo.

Vox Ἐυοὶ Non ab Euan , qui Bacchus eſt ut vult Servius ad 6. Æneid. v. 515. Sed ab Eva , omnium viventium matre , quæ a ſerpente decepta eſt , derivatur. Syris ſerpens fæmina dicitur ἔυα , unde formarunt ἐυάζειν , ut eſt apud Clementem Alex. in Pro-

Protrept. & Euſeb..de præpar. Euang. lib. 2. cap. 3. cujus hæc verba : Διόνυσον Μαινόλιν ὀργιάζουσιν Βάκχοις ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόνων ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ἐπολολύζοντες τὴν Εὐαν ἐκείνην, δι ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε, καὶ ὁ θάνατος ἐπηκολούθησε. Καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν τὸ ὄνομα τὸ Εὐα δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις θήλεια. *Homines furoris oeſtro perciti Bacchum Manolem ſolennibus orgiis celebrant, crudarum carnium helluatione ſacram inſaniam peragentes, caſarumque victimarum partes peragunt, ſerpentibus coronati: Euamque illam vaſtis ululatibus inclamantes, per quam janua eſt, non errori modo, ſed ipſi quoque morti patefacta. Et ſane cum Orgiorum Bacchicorum ſit quaſi inſigne quoddam ſerpens arcano ritu conſecratus, tum vero ſi accurate vocem Hebraicam interpretari velis, Heva cum aſpiratione graviori ſerpentem fœminam ſignificat.* Εὐάζειν ergo in ſacris Bacchi eſt Evam omnium noſtri parentem celebrare, quæ a Syris, ſerpentis fœminæ ſymbolo, exprimebatur, quia a ſerpente fuit decepta.

De voce Σαβοὶ Deoque Σαβαζίῳ legendus Voſſius, *de idolol. lib. 2. cap.* 14.

Voces illas Ἄττης ὕης ex lingua Hebraica arceſſit Bochartus, *geograph. ſacr. part. 2. lib.* 1. *cap.* 18. Scilicet *Hyes*, vel *Hues* ſumtum ex הוא אש ipſe eſt ignis, quod de vero Deo dictum habetur Deut. 4. v. 24. Atque idipſum eſt *Attes*, perſona ſolum mutata, אתה אש tu es ignis. Bacchus enim, ut πυριγενής, ex igne natus, ita credebatur eſſe ignitus, & in hoſtes depugnaturus in ignem transformari. Voſſius autem *lib. 2. de idolol. c.* 60. conjicit Ἄττην ejusdem eſſe originis, cujus eſt ἄδης, minimum enim pronunciatione diſtant, nempe ab ארץ *terra*, quod ſi placet Ἄττης bifariam ſpectatur, vel ut Sol eſt, vel ut vis activa terræ inſita. Utroque modo Rheæ, hoc eſt, terræ amaſium vel maritum dixeris. Ideoque hoc ad ſacra Cybeles referendum, ita ut Ἄττης idem ſit qui Ἄττις. vid. eundem Voſſ. *de idolol. lib.* 2. *cap.* 52. Etymologus ad Bacchum refert: Ἄτης ὁ Διόνυσος, ἐπιθετικῶς, ἀπὸ τῆς γινομένης ἐκ τῶν λιτανῶν ἐπ' αὐτὸν ἄτης καὶ φθορᾶς. Et Clemens in protreptico: Bacchum etiam Ἄττιν dictum ait: *δι ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσόν τινες Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν αἰδοίων ἐστερη-*

ἱερημένον. Sed quid porro ὕης; Suidas ex vetere Grammatico: ὕης, ὕου, ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλείδημος· ἐπειδή φησιν ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ καθ᾽ ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον. Ὁ δὲ Φερεκύδης τὴν Σεμέλην ὕην λέγεσθαι καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς ὑάδας. Ἀριστοφάνης δὲ συγκαταλέγει ξενικοῖς θεοῖς τὸν ὕην. Eadem habet Etymologus, additque, ἢ ὅτι ὕσεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν γένησιν αὐτοῦ. Euſtath. Eliad. Σ. v. 486. Hyadas a Baccho deducit, ὕης γὰρ ἐπίκλησις τοῦ σαβαζίου.

Inarticulatus erat Ululatus ſive ὀλολυσμὸς: qui Æſchini in initiationibus exprobatur a Demoſthene, Orat. de corona: ἐπὶ τῷ μηδένα πώποτε τηλικοῦτον ὀλολύξαι σεμνυνόμενος. Καὶ ἔγωγε νομίζω. Μὴ γὰρ οἴεσθ᾽ αὐτὸν φθέγγεσθαι μὲν οὕτω μέγα, ὀλολύζειν δ᾽ οὐχ ὑπέρλαμπρον. *Id tibi laudi ducens, quod nemo unquam tantum ululaſſet: idque & ego puto. Nolite enim credere, cum tam clare loquatur, eum non clariſſime ululare.* Tales ſonos edebat Erichtho apud Lucanum. lib. 6.

Tunc vox, Lethaeos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos confundit murmura primum
Diſſona, & humanæ multum diſcordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemituſque luporum,
Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur,
Quod ſtrident, ululantque feræ, quod ſibilat anguis,
Exprimit, & planctus illiſæ cautibus undæ,
Sylvarumque ſonum, fractæque tonitrua nubis.
Tot rerum vox una fuit. mox cetera cantu
Explicat Hæmonio, penetratque in Tartara lingua.

Alias etiam ſubmiſſa voce precabantur. Julian. Miſopog. Πρέποι δ᾽ ἂν ἀνδράσι σωφροσύνῃ κεκοσμημένοις, εὐτυχῇ τε εὔχεσθαι εἰδόσι, σιγῇ παρὰ τῶν θεῶν αἰτουμένοις τὰ ἀγαθά, τοῦτον οὖν ἀκροᾶσθαι τὸν νόμον Ὁμήρου, Σιγῇ ἐφ᾽ ὑμείων. *Decebat ſane bonos & modeſtos viros, & fauſta precari ſcientes, cum ſilentio bona a Diis petere, & hanc certe Homeri legem audire:* Inter vos tacite. Euripid. Electr. Δεσπότης δ᾽ ἐμὸς τἀναντίον εὔχετ᾽, οὐ γιγνώσκων λόγους. *Dominus vero meus contraria precabatur, non clare verba pronuncians.* Sophocl. Electr. Κλύοις ἂν ἤδη Φοῖβε προστατήριε κεκρυμμένην μου βάξιν. Qui orandi modus diſplicuit Pythagoræ, cujus inter præcepta eſt: μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι. *Oportere clare & vocaliter precari.* Clem. Alex. 4.

Strom. Τί τοίνυν οἱ πυθαγόρειοι βουλόμενοι, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσιν, ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων. *Quid igitur Pythagorei volunt, clara voçe precari jubentes? Meo judicio non quia numen non poſſit audire tacite aut ſubmiſſe precantes: ſed quia cenſebant juſtas debere eſſe preces, & quas nemo vereretur palam concipere, multiſque conſciis.* Cicero, orat. pro L. Manil. *Neminem unquam tam impudentem fuiſſe, qui a Diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare.* Plutarch. de defect. orac. *Apollinem alii de theſauris aut hæreditatibus, aut inceſtis nuptiis conſulunt, ut plane refellatur Pythagoras, qui dixit, homines, quando Deos adeunt, fieri meliores. Illi vero, quos animi morbos, coram graviore aut ætate maturo recondere & abnegare decebat, hos detectos & apertos ad Deum deferunt.* Scilicet ſic loquendum cum hominibus, tanquam Dii audiant: ſic cum Diis, tanquam homines audiant. Quæ enim hæc dementia eſt, turpiſſima vota Diis inſuſurrare, ſi quis admoverit aurem conticeſcere, & quod ſcire hominem nolis Deo narrare? *Senec. epiſt.* 10. *Macrob. Saturn. lib.* 1. *c.* 7. Talem hypocritam aliud clara, aliud ſubmiſſa voce proferentem deſcribit Horatius, lib. 1. epiſt. 16.

Vir bonus, omne forum quem ſpectat & omne tribunal,
Quandocunque Deos vel porco, vel bove placat,
Jane Pater clare, clare cum dixit Apollo;
Labra movet, metuens audiri: Pulchra Laverna,
Da mihi fallere, da juſto ſanctoque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Et Perſius: ſat. 2.

Mens bona, fama, fides, hæc clare & ut audiat hoſpes,
Illa ſibi introrſum, & ſub lingua murmurat: o ſi
Ebullit patrui præclarum funus. &c.

Tibull. lib. 4. Eleg. ad Cherintum:

Optat idem juvenis, quod nos, ſed tutius optat
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.

Idem lib. 2. eleg. 1.

Vos celebrem cantate Deum, pecorique vocate.

Voce

Voce, palam peceri, clam ſibi quiſque vocet:
Aut etiam ſibi quiſque palam: nam turba jocoſa
Obſtrepit, & Phrygio tibia curva ſono.

Egregie Seneca, lib. 6. de Beneficiis. cap. 48. *Se quiſque conſulat, & in ſecretum pectoris ſui recedat, & inſpiciat quid tacitus optaverit. Quam multa ſunt vota, quæ etiam ſibi fateri pudet! quam pauca quæ facere coram teſte poſſimus!* Vide Senecam epiſtola 10. & quæ ad ejus finem notavit Lipſius. Uſitatiſſimum fuit parvo murmure Deos precari. Ovid. metam.

Reſtitit, & parvo, faveas mihi, murmure dixit
Dux meus, & ſimili, faveas mihi, murmure dixi.

Et ille, apud Petronium, timidiſſimo murmure votum fecit. Lucian. Necyom. Ἐκάθηρέ τε με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δαδὶ, καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας, εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας, καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φαντασμάτων. *Purgavit me ſimul atque abſterſit, faceque luſtravit, & ſquilla, tum pluribus itidem aliis, & magicum ſimul illud carmen ſubmurmurans, deinde totum me incantans, & ne a ſpectris læderer, circumiens.* Calaſiris, apud Heliod. lib. 4. Æthiop. Καὶ τότε λιβανωτὸν ἐθυμίων, καὶ ἵνα δῆθεν ψιθύροις τοῖς χείλεσι κατευξάμενος, τὴν δάφνην ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας, ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ τῆς Χαρικλείας ἐπεσόβουν. *Et thus adolebam, & quadam ſuſurrantibus labris precatus laurum a capite ad pedes Chariclea ſurſum ac deorſum ſubinde commovebam.*

In his omnibus creberrima occurrebat Battologia, & πολυλογία, quam in gentilibus reprehendit Servator, *Matt.* 6. 7. quæ proficiſcebatur ex ſumma rerum divinarum ignorantia: quem enim potiſſimum deorum vel dearum orarent, neſciebant: omnes igitur precabantur vel certe plurimos. Servius ad 1. Georg. v. 21. *Poſt ſpecialem invocationem tranſit ad generalitatem, ne quod numen prætereat. More Pontificum, per quos ritu veteri in omnibus ſacris, poſt ſpeciales Deos, quos ad ipſum ſacrum, quod fiebat, neceſſe erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur.* Adde quod Pagani crediderunt, Deos ſuos coacervatis elogiis & congeſtis capi titulis. quam ob cauſam Poeta Callimachus inducit Dianam, petentem a Jove patre, cum dono virginitatis nominum ac titulorum multitudinem:

Δ'

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄττα φυλάσσειν,
Καὶ πολυωνυμίην.

Exiſtimabant ergo ſe μαςγανδεύειν πρὸς τοὺς θεοὺς, id eſt, lenocinium & indecoras blanditias adhibendo, copiaſque verborum, quaſi agmine facto, a Diis, quod petebant impetraturos. Mirum, niſi importunæ iſtæ preces ad Baalem Sidonium fuſæ quas memorat S. Scriptura, 1 Reg. 18. 26. eundem ad modum conceptæ fuerint. Prophetæ ejus *ad mane uſque admeridiem, invocaverunt nomen Baal, dicentes, o Baal exaudi nos.* Continuo ſex horarum ſpatio vix eſt, ut iiſdem tantummodo, quæ lingua populari binæ tantum erant, vocibus, nempe הבעל ענני contenti acclamarent. Neque ea verba aliter, quam uti aliorum, quæ plurima erant, exemplum adduci, eſt iniquum. Tales ſunt preces, quas in urbis periculo concipiunt apud Æſchylum, in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Thebanæ mulierculæ. Et apud Ariſtophanem in Theſmophoriazuſis, ubi mulieres, in ludicro licet argumento, publicos mores ſacrorum exprimunt, Sc: εὐφημ' ἔςω. Et chorus: ἄγε νῦν ἡμεῖς. Sic apud Ovidium, 4. metam,

——*Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæumque*
Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem
Additur his Niſeuſque, indetonſuſque Thyoneus.
Et cum Lenæo, genialis conſitor uvæ,
Nyctileuſque, Eleleuſque parens, & Jacchus, & Euan,
Et quæ præterea per Grajas plurima gentes
Nomina Liber habes. &c.

Sed & hic Deum imitatus eſt diabolus. Attributa enim ſive ἐπίθετα in divinis primum uſum, inveniſſe teſtis eſt locus nobiliſſimus, Exod. 34. ubi Deus ipſe præit. Tredecim autem, ut ab Hebræorum obſervatur Magiſtris מדות ſeu proprietates, ipſe ſibi ἐπιτίθεται. Tranſiens Jehova ante eum, clamavit; *Jehova, Jehova, fortis, miſericors, & gratioſus, longanimis, & multus benignitate ac fide: Cuſtodiens benignitatem millibus, condonans iniquitatem, & defectionem, & peccatum. Qui non abſolvit ſontem, viſitans iniquitatem patrum in filios, & in filios filiorum, in nepotes & abnepotes.* Quo ſpectant ſanctorum orationes, præſertim quando cum affectione animi, & ἐμπαθῶς loquuntur,

tur, ut *Pſ.* 86: 15. & 103: 8. *Jerem.* 32: 18. &c. Sic ex Græcorum Romanorumque formulis patet quibus attributis Deos Deaſque nuncuparint gentiles, imprimis ex Hymno Bacchi, qui ex attributis literarum ordine conſtructis in Anthologia Græcorum epigrammatum legitur. lib. 1. cap. 38. epigr. 11.

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύϊον, ἱεροφιώτην,
Ἀβροκόμην, ἄγροικον, ἀείδιμον, ἀγλαόμορφον,
Βοιωτὸν, Βρόμιον, Βακχεύτορα, Βοτρυοχαίτην. &c.

Idem ex hymnis Onomacriti, qui vulgo Orpheus dicitur, elucet. Toti enim ex attributis conſtant, adeo ut liber ille vera ipſius Satanæ liturgia dici poſſit. Hymnum de Apolline, talia epitheta, alphabetica ſerie, continentem exhibet Saubertus, *de ſacrif. cap.* 13. Tales illæ apud Homerum & Pindarum orationes ſolis nominibus & cognominibus Deorum Dearumque conſtantes. Simile eſt carmen ſeculare Horatii, & hymnus in Bacchum apud Ovidium. 4. *metam. v.* 11. *& ſeqq.* Senecam, *Oedip. v.* 403. *& ſeqq.* Eleganter ſuperſtitioſorum mores hac in re tetigit Terentius: Heaut. act. 5. ſc. 1. ubi Chremes:

Ohe! jam deſine Deos, uxor, gratulando obtundere,
Tuam eſſe inventam gnatam, niſi illos ex tuo ingenio judicas,
Ut nihil credas intelligere, niſi idem dictum ſit centies.

Geſtus precibus additi vel totius erant corporis, vel quorundam membrorum.

Totum corpus vel quieſcebat, vel movebatur.

Quieſcebant ſtando, vel ſedendo.

Stabant durante ſacrificio, quem habitum omnes nummi veteres, omnia alia monumenta oſtendunt: notante Scheffero, *ad Jul. obſeq. pag.* 86.

Sedentes autem orabant, ex Numæ, apud Plutarchum, præcepto: Καθῆσθαι προσκυνήσαντας. *Adoraturi ſedeant.* Rex David ſedit coram Domino. 2. *Sam.* 7. Ubi Vatablus notat: *Nemini licere ſedenti orare Deum, præterquam Regi.* Sedit tamen & Elias orans ſub junipero. 3. *Reg.* 19: 4. Thucyd lib. 1. ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ ἡραῖον ἱδέοντο. Plaut. Rud. act. 2. ſc. 3. *I ſane in Veneris fanum huc intro, Sedentem, flentemque opprimes.* Propert. lib. 2. eleg. 28.

 Ante

Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.

Sedentium enim animi tranquilliores ſunt, quare Augures auguria captantes ſedebant: ut & Senatus, cujus *conſilia*, quaſi *conſidia*. Serv. ad 9. Æneid. v. 4.

Sedebant etiam peractis ſacris, ut ait in problematibus Plutarchus, apud quem etiam in vita Numæ, in Aldino exemplari non προσκυνήσοντας, ſed προσκυνήσαντα lectum eſſe notat Eraſmus in Adagiis.

Motus totius corporis vel Certus erat, vel Vagus.

Prior vel in Orbem fiebat, vel ad Solem orientem.

In orbem adoraturi circumagebantur rurſus ex Numæ præcepto: προσκυνεῖν περιφερόμενος. Cujus ritus tres a Plutarcho rationes aſſignantur: Prima eſt ab ipſius mundi motu circulari: ad imitationem cœli, quem Deum credebat antiquitas, perpetua vertigine circumacti. Altera eſt converſio ad orientem, de qua paulo poſt. Cum enim ſacra exortum Solis ſpectent, qui adorat vertens ſe circumacto corpore ad orientem, videtur ſe ad Deum convertere orbem conficiens. Tertia eſt fortunæ inſtabilitas: quaſi hac circumgyratione ſignificare voluerint, cum omnia in rebus humanis ſint inconſtantia, ſe, quocumque Deus vitam noſtram verterit ac volverit, ejus providentiam alacriter ſecuturos: quod & Ægyptii per rotas hieroglyphice notarunt. Motus hic dextrorſum fiebat. Plaut. Curcul. *Si Deos ſalutes, dextrovorſum cenſeo.* Apud Athenæum, *lib.* 4. *cap.* 13. Poſſidonius de Celtarum moribus: τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. Plinius tamen ait Gallos religioſius credidiſſe, ſi in Lævum corpus circumegerint. *lib.* 28. *cap.* Val. Flacc. lib. 8. Argon.

——— *Ut dextrum pariter vertantur in orbem.*

Apud Ariſtophanem, in *Pace*, Trygæus:

Ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ, καὶ τὴν χέρνιβα,
Περίιθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξιά.
Age cum caniſtro ſume aqualem trulleum,
Aramque luſtrans dextrovorſum extemplo obi.

Marcellus tamen, teſte Plutarcho, cum equus ejus ululatu hoſtium expavefactus retro ceſſiſſet, ne ea res a militibus in omen verteretur, in ſiniſtram flexit, ſolemque adoravit. Stat. 6. Theb. de funebri decurſione: *Lu-*

110



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Luſtrantque, ex more, ſiniſtro Orbe rogum.

Libet hic adſcribere quod Pythagoram præcepiſſe Jamblichus prodit: *In templa*, inquit, *per dextram partem ingreditor: per ſiniſtram exito.* Hoc augurali diſciplinæ convenire videtur. Jamblichus tamen ait, dextram, quod ſit numeri imparis, Deorum eſſe immortalium, ſiniſtram autem paris mortalibus convenire. Apud Judæos porro introductum illud non lege Moſaïca, ſed vetuſtiſſimis Magiſtrorum inſtitutis eſt, ut quiſquis templum intrabat, greſſum ad dextram obverteret, ac ſic circumiret, eaque via egrederetur, quæ ad ſiniſtram erat. Contra autem qui in luctu fuere, quive ejecti ex Judæorum communione erant, eo ſubmotionis genere quod נדוי appellatur, iis circuitio facienda a ſiniſtra dextrorſum fuit. Quin ipſi Sacerdotes, cum rem ſacram feciſſent, receſſim ad portam atrii cedebant, pene ut nepæ ſolent, ſed paululum tamen obliquato latere. *Cunæus de republ. Hebr. lib.* 2. *cap.* 13. & *Spencerus de legg. Hebr. lib.* 3. *differt.* 6 *cap.* 2. *ſect.* 4.

Converſio ad ſolem orientem illuſtris eſt. Æneas ſe luſtraturus, 8. Æneid.

Ætherii ſpectans orientia Solis
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis Suſtulit.

Lucian. Necyom. Ἦλκε κατάγων ἐπὶ τὸ ἐυφράτην, ἔωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. Cratinus in Chirone, citatus Nat. Comiti, Mythol. lib. 1. cap. 14.

Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵςω
Καὶ λάμβανε χίνον μεγάλην.
Age vero ad auroram primum omnium conſiſte,
Et cape manibus juncum magnum.

Hinc proverbium: Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἀνατέλλοντα, ἢ τὸν δύνοντα. Plures ſcilicet ſectantur *Spem ſurgentis Juli.* Quod Tiberius Macroni oggeſſit apud Dionem, lib. 58. fin. Εὖγε τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν, πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα ἐπείγῃ. *Bene tu, qui Sole occidente relicto ad orientem properas.* M. Antoninus Philoſophus, militum tribuno ſignum petenti, ibid. lib. 71 Ἄπελθε πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα, ἐγὼ γὰρ ἤδη δύομαι. Sic Syllæ Pompejus, *Plut. in Pomp.* Plato. 10. de legg. Ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς

σμὰς ἰόντων προσκυλίσεις ἅμα, καὶ προσκυνήσεις Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πάντων. *Oriente Sole & Luna iiſdemque occidentibus, inclinationes & adorationes ſunt Græcorum & Barbarorum omnium.* Ubi & Occidentis fit mentio, ſic enim fiebat antiquis. Circe, 14. metam.

Tum bis ad occaſum, bis ſe convertit ad ortum.

Hyginus de limitibus: *Antiqui architecti in occidentem templa recte ſpectare ſcripſerunt. Poſtea placuit omnem religionem convertere, ex qua parte cœli terra illuminatur.* 12. Æneid.

Illi ad ſurgentem converſi lumina Solem.

Oedipodi mandatur apud Sophoclem, *Oedip. Colon.*

Χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.

Libationes effunde converſus ad primam auroram.

Ubi Scholiaſtes notat: Οἱ τοὺς καθαρμοὺς ἐπιτελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. *Luſtrantes ad auroram ſe vertunt.* Addit locum Cratini in Chirone: Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἴσω, καὶ λάμβανε χερσὶ χέρνιβα μεγάλην. Ipſa porro templa Orientem ſpectaſſe probat Nat. Comes, *mythol. l.* 1. *cap.* 10. Muhammedani, ex legiſlatoris ſui præſcripto, primo templum Hieroſolymitanum oraturi ſpectabant: deinde, ut ſe majori diſcrimine a Judæis diſtinguerent, Meccam verſus facies converterunt. *Hoornb. ſumm. controv. lib.* 3. Chriſtiani in ſacris ſuis orientem quoque prætulerunt, leviculis quibuſdam ratiunculis moti, quas videre eſt apud *Guidonem de monteroch. in manip. curat.* Thomam Aquin. 1. 2. *quæſt.* 102. *art.* 4 *ad* 5. Baron. *ad A. C.* 57. *num.* 103. Schedium, *de Diis German. ſyng.* 2. *cap.* 30 Voſſium, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 3. Voetium, *diſput. ſelect. part.* 3. *pag.* 262 —— 278.

Carmina Lyrica per ſtrophen, antiſtrophen & epodum canebantur. Strophe erat cum a dextris ad ſiniſtra ſe convertebat chorus, mundi motum ab oriente in occidentem adumbrans, illum enim Homerus dextrum, hunc ſiniſtrum vocat. Antiſtrophe erat cum a ſiniſtris ad dextra ſe moveret, qui motus analogice reſpondet motui planetarum ab occaſu in orientem. Epodus autem ſtando canebatur, ad indicandam terræ immobilitatem. *C. Rhodig. L. A. lib.* 8. *c.* 8.

Aliquando humi proſternebantur: Lucius Vitellius, apud Sueto-

Suetonium, in Vitellio, *cap.* 2. C. Cæſarem adoravit capite velato, circumvertenſque ſe, deinde procumbens. De hoc, aliiſque adorantium geſtibus canit Lucretius, lib. 5. de rerum natura.

Nec pietas ulla eſt velatum ſæpe videri,
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad oras,
Nec procumbere humi proſtratum, & pandere palmas
Ante Deûm delubra, nec aras ſanguine multo
Spargere quadrupedum, nec votis nectere vota.

Veri Dei adoratores in faciem procidebant. Ut Abraham *Gen.* 17: 3, 17. Chriſtus, *Matth.* 26: 39. & alii.

Motus totius corporis Vagus eſt Saltatio; Non laſciva illa, quæ non ſobrii, ſed inſani eſt, extrema comes intempeſtivi convivii, amæni loci, multarumque deliciarum: Verum rudis illa antiquorum, & religioni aptior. Ipſe David Deo O. M. placuit non propter ſaltum, ſed propter affectum, ut Bernardus loquitur.

Saltationem ſacram ἀμφισβητουμένην vocat Plato, 6. *de legg.* quia neque eſt πολεμική, neque εἰρηνική, quæ ſaltationum ſpecies ἀναμφισβητήτως id eſt, ſine controverſia ad Politicam pertinent. Matronæ, teſte Servio, *(ad. 4. Æneid. v. 62.)* circa aras, faculas tenentes, ferebantur quaſi cum quodam geſtu: unde Salluſtius: *Saltare elegantius, quam neceſſe eſt probæ;* quod ſcilicet Sempronia a genuina probitate ad levitatem in ſaltando deflexiſſet. Minuſculum ſacrum dicebant in ſacrificii genere illo, quo veteres aras circuibant, revertebantur, & deinde conſiſtebant. Sic Dido, 4. Æneid.

Aut ante ora Deûm pingues ſpatiatur ad aras.

Decore de fœmina, eaque regina verbo *ſpaciandi*, ceu verecundiore Poëta uſus eſt, pro ſaltare, ſed qua decuit hujus ordinis fœminam dignitate & verecundia. Ovid. 7. metam.

——Sparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras.

Horat. de art. Poët. v. 232.

Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus.

Apul. lib. 11.

Per diſpoſitas aras circumiens ſacerdos rem divinam procurat.

 In

In Pompa ſacra, deſcripta Heliodoro, lib. 3. Æthiop. Τοσοῦτον δέτι τῆς ἐμμελείας περιῆν τοῖς χόροις, καὶ οὕτω συμβαίνων ὁ κρότος τοῦ βήματος πρὸς τὸ μέλος, ἐρυθμίζετο, ὡς τὴν ὀφθαλμὸν τῶν ὁρωμένων ὑπερφρονεῖν ὑπὸ τῆς ἀκοῆς ἀναπείθεσθαι μεταβαινούσαις ἀεὶ ταῖς παρθένοις τοὺς παρόντας, ὥσπερ ὑπὸ τῆς ἠχοῦς τῆς ᾠδῆς ἐφελκομένους. *Tantum concinnitatis inerat in choreis, & ſic ſtrepitus ſaltationis ad cantum quadrabat, ut oculi in contemtum eorum quæ cernebantur ab auditu adducerentur: & ii, qui aderant, virgines ſemper tranſeuntes, tanquam a ſono cantus pertracti, ſequerentur.* Theſeus, teſte Plutarcho in vita ejus, apud Delum rem divinam Apollini faciens, tripudium ſaltavit cum impuberibus, illud autem ſaltationis genus *Grus* dicebatur, eratque ſimulachrum anfractuum Labyrinthi. Saltavit autem circa aram κερατῶνα, quæ ex cornibus omnibus ſiniſtris erat compacta, poëtis decantatiſſima.

Verum antiqua illa ſimplicitas defecit paulatim. Primum enim ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco dabant. Imitari deinde eos juventus, ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus cœpere, nec abſoni a voce motus erant. Accepta itaque res, ſæpiusque uſurpando excitata. Hiſtriones non ſicut ante Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant: ſed impletas modis ſatyras, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. *Liv. lib. 7. cap. 2.* Inſignis eſt pompa, quam deſcribit Livius, lib. 27. cap. 2. *Ab æde Apollinis boves fœminæ albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ, poſt eas duo ſigna cupreſſea Junonis Reginæ portabantur. Tum ſeptem & viginti virgines, longam indutæ veſtem, carmen in Junonem Reginam canentes ibant, illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens & inconditum ſi referatur. Virginum ordinem ſequebantur decem viri coronati laurea, prætextatique. A porta Jugario vico in forum venere. In foro pompa conſtitit, & per manus reſte data, virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. Inde vico Tuſco, Velabroque per Boarium forum in clivum Publicium, atque ædem Junonis Reginæ perrectum. Ubi duæ hoſtiæ ab decemviris immolatæ, & ſimulachra cupreſſea in ædem illata.*


Salii

Digitized by Google

ROMA
VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Salii quoque Martis Sacerdotes Ancylia per urbem, canentes carmina, cum tripudiis, ſolennique ſaltatu ferebant: unde iis, ut & *Præſuli* nomen. 3. Faſt.

Jam dederat Saliis (a ſaltu nomina dicta)
Armaque, & ad certos verba canenda modos.

Dicti ſalii ideo quod circa aras ſaliunt & tripudiant. *Serv. ad* 8. *Æneid. v.* 663. *Item ad v.* 285. Scilicet, ut Sacerdotes Baalis. 1 *Reg.* 18:26. De Aſcoliaſmo, *cap.* 18. dixi. Romani, cum teſte Servio, *ad* 3. *Æneid. v.* 279. nec ſacrificiis, nec ludis Matrem Deum placare poſſent, ſenex quidam ſtatutis ludis Circenſibus ſaltavit, unde proverbium: *Omina ſecunda, ſaltat ſenex.* Demoſthenes, *orat. de corona*, Æſchinem ἐπορχούμενον ſaltitantem, & *Hyes Attes*, *Attes Hyes* clamitantem deſcribit. Socrates, apud Platonem in Euthydemo, de Corybantum circa initiandos myſteriis ait: Ἐκεῖ χορεία τίς ἐστι, καὶ παιδία. *Chorea ibidem exercetur, & luditur.* Legatur & Platonis liber 6. de legibus. Huc facit illud Græcum Epigramma, de ſaltatione in honorem Junonis:

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν ἥρης
Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἐρεισάμεναι.
Ἔνθα καλὸν στήσασθε θεᾷ χορόν. ὔμμι δ' ἐπάρξει
Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύραν.

Venite ad ſplendidum caſta Junonis templum
O Puellæ Leſbiæ, molliter incedentes,
Illic Deæ pulchram choream inſtituite, vobis
Auſpicabitur Sappho, auream manu tenens Lyram.

Lucianus dialogo περὶ ὀρχήσεως, ſaltationem Diis ac Heroibus Homericis gratam fuiſſe ait: ſed & in ſacris ejus uſum fuiſſe oſtendit: Ὅτι τελετὴν οὐδεμίαν ἀρχαίαν ἔστιν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν καταστησαμένων αὐτὰς, ὡς τι κάλλιστον, καὶ τοῦτο νομοθετησάντων σὺν ῥυθμῷ, καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. Ὅτι δ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. Ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσι οἱ πολλοί. Ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ, καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. *Apud veteres nullæ unquam celebratæ feſtivitates, aut ceremonia citra ſaltationem. Quippe quas ab Orpheo & Muſæo,*

Muſæo , optimis ſaltatoribus conſtitutas fuiſſe ſatis certe conſtat , qui & hoc , ut cætera omnia , vel ut honeſtiſſimum , legibus ſanxerunt initiari cum rhythmo & ſaltatione. Quod autem hoc ita ſe habeat , reticenda erant orgia , propter profanos nondum initiatos. Illud autem omnes audiunt , quod illi , qui myſteria enuntiaſſent , plerique eos deſaltaſſe *dictitarent. In Delo autem nulla ſacra peragebantur ſine ſaltatione , ſed & cum illa & Muſica fiebant.* De ſaltatione in ſacris inſulæ Deli , meminit quoque Callimachus hymno in Delum , circa finem.

Καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου
Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου καθαρισμοῦ
Κύκλιον ὠρχήσαντο χοροῦ δ' ἡγήσατο Θησεύς.

Vid. Meurſ. Theſeum. cap. 15. Pergit deinde Lucianus: Τί σοι τοὺς ἕλληνας λέγω , ὅπου καὶ Ἰνδοὶ ἕωθεν ἀναστάντες , προσεύχωνται τὸν ἥλιον , οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες , ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζονται , σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ , καὶ μιμούμενοι τὴν χόρειαν τοῦ θεοῦ. Καὶ τοῦτ' ἐστιν Ἰνδῶν καὶ εὐχή , καὶ χόροι , καὶ θυσία , διὸ καὶ τούτοις ἱλεοῦνται τὸν θεὸν , καὶ ἀρχομένης , καὶ δυομένης ἡμέρας. *Quid vero Græcos dico , cum Indi quoque , poſtquam mane e ſtrato ſurrexerint , Solem adorent , non ſicut nos manu deoſculata , perfectam precationem arbitramur: verum illi ad orientem converſi , ſaltatione Solem ſalutant , ſilentio ſeipſos conformantes , Dei choream imitari conantur. Hæc Indorum precatio , & chori , & ſacrificium. His Deum placare ſolent , & mane , & veſperi.* Deinde de ſacris Dionyſiacis ait : ὅλη ὄρχησις ἐκεῖνα πάντα ἦν. Ac tria eſſe dicit ſaltationum genera : Κόρδαξ καὶ σικινίδος , καὶ ἐμμελείας. Legatur & Cœlius Rhodig. *lib. 5. lect. antiq. cap.* 3. & 4. item Scaliger , *Poet. lib.* 1. *cap.* 18. *Athen. dipnoſ. lib.* 14.

Quid autem in ſaltatione ſacri? Docet id Servius , *ad Eclog.* 5. Volebant ſcilicet majores nullam eſſe partem corporis , quæ religionem non ſentiret. Nam cantus ad animam , ſaltatio ad mobilitatem pertinet corporis. Rectiſſime , pro antiquorum theologia , muſica ratio Deorum ſacrificiis addita fuit: non ſolum quia compoſitos animos ſacrificantium , & ad aras Deorum accedentium eſſe oportere ſignificabant , cum metro compoſitæ preces a domo ad altaria afferendæ eſſent : (nec enim animus domeſticis

meſticis negotiis implicatus debet ad Deum colendum proficiſci, ſed omnia negotia pro viribus e memoria obliteranda ſunt cum ad aras accedimus) ſed etiam quia cum Deos corpora cœleſtia eſſe arbitrarentur, e numeris & harmonicis proportionibus Deos ipſos conſtare putarent. Sic igitur per hymnorum, & inſtrumentorum, & ſaltationum rythmum Deorum naturam imitabantur, & oblectabantur ſacrificantes, dies feſtos agentes, conviviis ac genio indulgentes, Deorumque ipſorum felicitatem aliquo pacto imitantes, pro viribus proxime ad Deorum immortalium naturam accedebant. Nam cum præclarum Dei opus mundum concentu conſtare crederent, omnia muſica Diis grata eſſe merito exiſtimabant. Atque hæc de totius corporis geſtibus.

Membris etiam quibuſdam ſuperſtitioſam animi reverentiam expreſſerunt, ubi inprimis conſideratur motus membri principalis, capitis ſcilicet, totius, & quarundam ejus partium.

Totum caput, comamque jactabant, rotabant. Apul. lib. 8. *Denique capite demiſſo, cervices lubricis intorquentes motibus, crineſque pendulos rotantes in circulum.* Lucianus in Aſino dixit: Τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἑλίσσειν. Theodoretus lib. 10. de orac. *Feſta vero & ſacrificia, ceu nefandos & horribiles quoſdam dies, in quibus caro cruda comeditur, & diſtractiones corporum fiunt, cum jejuniis & fatigationibus, & ad ſacra ipſa obſcœna verba funduntur, aliæque fiunt inſaniæ agentium ſe cum turbatione cerviciſque jactatu* Div. Chryſoſtomus orat. 1. de regno, ait conſuetudinem eſſe τῶν λεγομένων ἐνθέων ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ἀσθμαίνειν, καὶ περιδινεῖν τὴν κεφαλὴν, καὶ πειρᾶσθαι δεινὸν ἐμβλέπειν, *virorum & mulierum, quæ dicuntur Deo plenæ, anhelare, caput jactare, ad torvitatem vultum componere.* Hieron. in epitaph. Paulæ matris: *Cernebat ante ſepulchrum ſanctorum, ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere boum, ſibilare ſerpentum, mugire: alios rotare caput. Et poſt tergum terram vertice tangere.* Solenne hoc fuit Sacerdotum matris Deûm, qui Galli dicti, non a Gallo Phrygiæ fluvio; ſed ab Hebræo גלל quod volvere & rotare eſt, unde & Gilgal ſortitum eſt nomen, *Joſ.* 5: 8. quod opprobrium Ægypti per circumciſionem eſſet devolutum ab Iſraele. Fœminæ apud Romanos in luctu ſolutis erant comis. Virg. 1. Æneid. v. 483. 484.

 Inte-

Digitized by Google

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis.

Apud Livium, *lib.* 24. *cap.* 26. Heraclea, Hieronis filia, in ſacrarium ad penates confugit, cum duabus filiabus virginibus, *reſolutis crinibus*, miſerabilique alio habitu.

Inter capitis partes geſtus oculorum & oris ſpectantur.

Oculi lachrymis Deos placabant. Apud Athenienſes ἐλέυς βωμὸς Miſericordiæ ara ſanguine indelibata. Statius, 12. Theb.

Parca ſuperſtitio, non thurea flamma, nec altus
Accipitur ſanguis, lachrymis altaria ſudant.

Lege Voſſium, *de idolol. lib.* 8. *cap.* 14.

Ore oſculabantur: Lucianus περὶ θυσιῶν: ὅδε πένης ἱλάσατο τὸ θεὸν, φιλήσας μόνον τὴν αὐτῦ δεξιάν. Geſtum ipſum expreſſit Apulejus, lib. 4. metam. *Et admoventes oribus ſuis dextram, priore digito, in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſus Deam Venerem, religioſis adeo rationibus venerabantur.* Hoc eſt *adorare* item *baſia jactare*. Sic intellige loca S. Scripturæ. 1 Reg 19: 18. Job. 31: 27. videantur *Voſſ. de idolol. lib.* 2. *cap.* 3. *Lipſ. elect. lib.* 2. *cap.* 6. *Druſ. obſervat. lib.* 1. *cap.* 20. *Saubert. de ſacrif. cap.* 12. *Ouzeel. ad M. Felicem.*

Manibus, quoque religionem oſtendebant: ararum anſas tenendo. Æneid. 6. v. 124.

Talibus orabat dictis, araſque tenebat.

Et 2. Æneid. v. 515.

Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ
Condenſæ, & divum amplexæ ſimulachra tenebant.

Ovid. 1. amor. el. 4.

Tange manu menſam, tangunt quo more precantes.

Deos inferos demiſſis ad terram manibus invocabant. Ut Althea mater Meleagri: Iliad. 1. v. 564.

Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία,
Κικλήσκυσ' Ἀΐδην, καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.
Multum autem, & terram multa nutrientem manibus pulſabat,
Invocans Plutonem, & gravem Proſerpinam.

Quin & pedibus terram percutiebant. Cicer. 2. Tuſcul. quæſt. *Clean-*

Cleanthem cum pede terram percuſſiſſet verſum ex Epigonis ferunt dixiſſe.

Audiſne hæc Amphiaraë, ſub terram abdite. *Zenonem ſignificabat, a quo* Heracleotem Dionyſium *degenerare dolebat.* Lege Nat. Comitis mythologiam, *lib.* 1. *cap.* 11.

Cœleſtes autem ad cœlum levatis: 1. Æneid. Æneas ſupplicat.

Duplices tendens ad ſidera palmas,

4. Æneid.

Multa Jovem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.

Ex Homero expreſſum. Iliad. H. v. 130.

Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι.

Horat. lib. 3. od. 23.

Cœli ſupinas ſi tuleris manus.

Apollon. 1. Argon. αἱ δὲ γυναῖκες

Πολλὰ μάλ᾽ ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἀείραν
Εὐχόμεναι νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι.

Livius, lib. 26. cap. 9. *Matronæ in publicum effuſæ, circa Deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes, nixæ genibus ſupinas manus ad cœlum ac Deos tendentes.*

Manus autem habebant velatas, vittis & coronis ornatas, ut variis ſcriptorum locis probat Gallæus, de Sibyllis, *differt. cap.* 14. *pag.* 267, 268.

Marinos vero Deos invocabant manibus ad mare porrectis. Virg. 5. Æneid. v. 233, 234.

Ni palmas ponto tendens utraſque Cloanthus
Fudiſſetque preces, divoſque in vota vocaſſet:
Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro.

Nec minus Genibus Althea apud Homerum loco ſupra dicto orat. Πρόχνυ καθεζομένη. *In genua conſidens.* Senec. de vit. beat. cap. 27. *Cum aliqua genibus per viam repens ululat, laurumque linteatus ſenex, & medio lucernam die præferens conclamat iratum aliquem Deorum.* Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex.

Juven. ſat. 6.

Totum Regis agrum nuda & tremebunda cruentis
Erepet genibus.

Quin

Digitized by Google

Quin etiam abominatione verbis factiſve indicata, putabant miſelli gentiles ſignum aliquod triſte eludi, & oſtenſum periculum evitari poſſe. Plin. lib. 28. cap. 2. *In Augurum diſciplina conſtat, neque ulla auſpicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, obſervare ſe ea negáverint: quo munere divinæ indulgentiæ majus nullum eſt.* Hinc dicterium: εἰς κεφαλὴν σοί. *In caput tuum*, ſc. omen hoc redeat. 2. Æneid. *Quod Dii prius omen in ipſum Convertant.* Senec. conſol. ad Marciam. *Quis non ſi admoneatur, ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris abire illa jubeat?* vide Proverbium: *Hoſtibus eveniat*, a Junio & Braſſicano explicatum: & *Briſſon. form. pag.* 92, 93.

Reipſa etiam & factis inſectantes deteſtabantur id, quod ſiniſtrum aliquid portendebat. Si enim vel avis inebra, vel aliud infauſtum animal occurriſſet, periculo ſe defunctos arbitrabantur, ſi id lapidibus petiiſſent ac feriiſſent. Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 20. *Si junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit; atque illud quod lapidem calcant, tanquam diremtorem amicitiæ, minus moleſtum eſt, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pariter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum eſt, quod aliquando pueri vindicantur a canibus: nam plerumque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, ut etiam canem, qui medius intervenit, ferire audeant, non impune: namque a vano remedio, cito interdum ille percuſſorem ſuum ad verum medicum mittit.* Planiſſime Div. Chryſoſt. orat. 34. Ἀνὴρ Φρὺξ ἐπὶ κτήνους ἐβάδιζεν, ὡς δ' ἐθεάσατό τινα κορώνην, οἰωνισάμενος (οἱ γὰρ Φρύγες τὰ τοιαῦτα δεινοὶ) λίθῳ βάλλει, καὶ πῶς τυγχάνει αὐτῆς. Πάνυ ἥσθη, νομίσας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπόν. *Homo Phryx jumento vehebatur: qui cornice aſpecta, ominis loco rem ducens (nam Phryges talium obſervatione excellunt) lapide cornicem petit. Accidit, ut, quam petebat, feriret: ille gaudere ſupra modum, quod crederet in ipſam malum eſſe verſum.* Hinc mos ille veterum notatus Apulejo, lib. 3. metam. *Quid? quod & iſtas nocturnas aves, cum penetraverint Larem quempiam, ſollicite prehenſas foribus videmus adfigi; ut quod infauſtis volatibus familiæ minantur exitium, ſuis luant cruciatibus.* Inter ſuperſtitioſi characteres

hoc

Digitized by Google

hoc refert Theophraſtus, cap. 17. *Si viam felis eo ingrediente tranſcurrerit, non ante progredietur, quam alius prior tranſierit, aut ipſe tres lapides trans viam miſerit. Quaſi in felis caput malum rejiciens.*

Viſorum nocturnorum, mali aliquid portendentium efficaciam impediebant reſpuendo, & procul a ſe amoliendo. Exemplum eſt apud Tacit. annal. 1. c. 65. in iſtis de Cæcina: *Ducem terruit dira quies. Nam Quintilium Varum ſanguine oblitum, & paludibus emerſum cernere & audire viſus eſt velut vocantem, non tamen obſecutus, & manum intendentis repuliſſe.* Poſtremis illis verbis cauſa redditur, quare hoc rerum exitu caruerit.

Huc facit & deſputatio. Euripid. Hecub. circa fin.

Ἀπέπτυσ'. αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν.

Reſpuo. tibi hac tribuo habere.

Vide ſupra cap. 22. Hoc adde ex Scholiaſte Theocriti, qui refert etiam ſua ætate eum morem fuiſſe mulierculis, ut invidiam abominantes in ſinum expuant: adducto & verſu Callimachi:

Δαίμων, τί κόλποισι ἐπιπτύουσι γυναῖκες;

O fortuna, ſinum mulier cur conſpuit omnis?

Apud Judæos nomen Dei ad ſputi ejaculationem non memoratur. *Cocc. ſanh. p.* 89. *Outram de ſacrif. lib.* 1. *cap.* 3. §. 7.

Lindii autem, Herculi ſacrificantes, conviciis, maledictis ac execrationibus utebantur; & hæc ſacra pro violatis habebant, ſi quando inter ſolennes ritus, vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Rationem vide apud Lactant. *divin. inſtit. lib.* 1. *cap.* 21.

CAPUT. XXXIV.

Veſtes ſacræ candidæ, lineæ, purpureæ. Quid linus? veſtis nigra in magicis. Caput velatum. Crines effuſi. Caput raſum. ungues refecti. Vincula ligata: ſoluta. Vincula, i. calcei. Nudipedalia. Nudipedes hæretici. Pythagoræ & Lacedæmoniorum inſtitutum. Veſtis recincta. ſine annulo. Fuga Hederæ. Aurum ante templum depoſitum. An de templo Hieroſolymitano? Palla ſuccincta. Cinctus Gabinus. Luperci nudi. in ſacris Veneris ſexus veſtibus mentitus. Lex veſtiaria, Deut. 22. Πηλώσεις.

ACtiones, quas Opere ipſo exequebantur, partim antecedebant, partim conſequebantur. Antecedentes quidem pauciſſimæ, præſertim circa veſtitum, cujus conſiderabatur color, induendi ratio, ac tandem ipſa forma. Color placuit inprimis candidus: Ovid. 3. Triſt. eleg. 13.

Scilicet expectas ſolitum tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris veſtis ut alba meis.

Tibull. lib. 2. eleg. 1.

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Talis ornatus ephcborum feſto die Jovis Caſſii. Julian. Miſopog. Ἀνέπλαττον παρ' ἐμαυτῷ πομπὴν, ὥσπερ ὀνείρατα ὁρῶν ἱερεῖα, καὶ σπονδὰς, καὶ χοροὺς, καὶ θυμιάματα, καὶ τοὺς ἐφήβους ἐκεῖ περὶ τὸ τέμενος θεοπρεπέστατα μὲν τὰς ψυχὰς κατεσκευασμένους, λευκῇ δὲ ἐσθῆτι, καὶ μεγαλοπρεπεῖ κοσμημένους. *Deinde jam tacitus apud me magnificam aliquam pompam fingebam, & quaſi ſomnians, victimas, libationes, choreas in Deum, thura, pueros in templo, tum animis digniſſime Deo compoſitos, tum veſte candida elegantique illuſtres.* In ſacra Iſidis pompa apud Apulejum lib. 11. metam. *Influunt turbæ ſa-*

cris

cris divinis initiatæ , viri fœminæque omnis dignitatis , & omnis ætatis , linteæ veſtis candore puro luminoſi. ,, In ſacris enim non ,, laneis uſi ſunt, ſed lineis (Voſſius, de idolol. lib. 9. cap. 12.) ,, Unde Herodotus lib. 2. qui Euterpe dicitur : Εἵματα δὲ λίνεα ,, φορέουσι αἰεὶ νεόπλυτα , ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα. *Linea ferunt* ,, *veſtimenta , ſemper recens abluta , huic rei maxime vacantes.* ,, Hinc Ovid. 1. metam. Sacerdotes Iſidis *turbam linigeram* vo- ,, cat. Juven. ſat. 6. *linigerum gregem*. Eſt & in ſecundo cata- ,, lectorum , quos primus Scaliger publicavit:

,, *Carbaſeo poſt hunc artus indutus amictu*
,, *Memphidos antiqua ſacra , Deamque colit.*

,, Atque hinc Deliam ſuam ſic inter Iſiacas conſidere optat Ti- ,, bullus , lib. 1. eleg. 3. quæ ad Meſſallam :

,, *Et mea votivas perſolvens Delia noctes ,*
,, *Ante ſacras lino tecta fores ſedeat :*
,, *Biſque die reſoluta comas tibi dicere laudes*
,, *Inſignis turba debeat in Pharia.*

,, Cur tanto Iſiacis in honore fuerit linum exponit Apulejus, ,, apol. 1. *Puriſſimum eſt rebus divinis velamentum : quippe lana ,* ,, *ſegniſſimi corporis excrementum pecori detracta , jam inde Orphei* ,, *& Pythagoræ ſcitis* (idem apud Herodotum legas lib. 2.) *profa-* ,, *nus veſtitus eſt. Sed enim mundiſſima lini ſeges , non modo in-* ,, *dutui & amictui ſanctis Ægyptiorum Sacerdotibus : ſed opertui* ,, *quoque inde rebus ſacris uſurpatur.* Laneæ veſtes e pilis fiunt, ,, & pediculos generant. Linum contra mundum eſt , quia e ,, terra naſcitur immortali , & veſtem exhibet , tum puram , ,, tum tenuem & minime gravantem. Ita Plutarchus , . lib. de ,, Iſide & Oſiride. Ac verius omnino , quam cum ibidem le- ,, gas , Φορεῖν τὰ λίνα διὰ τὴν χρόαν , ἣν τὸ λίνον ἀνθοῦν ἀνίησι , τῇ περιε- ,, χούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. *Ferre veſtimenta li-* ,, *nea propter colorem , quem linum florens emittit , cæruleo colori ,* ,, *mundum æthereum circumdanti ſimilem.* Sane ſimiliter, cur li- ,, neum Sacerdotis Judaici veſtimentum fuerit, hoc ipſum quod ,, e terra naſcentia ſint pura , rationem eſſe cenſet B. Hieron. ,, in cap. 8. Exod. & epiſt. ad Fabiol. quæ eſt de veſte Sacer- ,, dotali. Hæc ex Voſſio , *adi Spencer. de legg. Hebr. l. 3. diſſert. 1. c. 5.*

Athe-

Athenis Prytanes ſacra faciebant λευχειμονοῦντες καὶ ἐστεφανωμένοι, *albis induti & coronati*, eodemque habitu curiam ingrediebantur, an litaſſent renuntiaturi. ut ex Plutarcho & Theophraſto docet Caſaubonus contra Baronium, *exercit.* 16. *num.* 70. Servius, *ad* 10. *Æneid. v.* 539. Ubi vulgo legitur *inſignibus armis*, monet Probum legiſſe *inſignibus albis*, ut albas veſtes accipiamus, quæ Sacerdotibus, qualis Æmonides, congruæ ſunt. De Sacerdotibus Gallorum, Plinius, *lib.* 6. *cap.* 44. in fine. adde Braunium, de veſt. Sacerd. Hebræor. *lib.* 1. *cap.* 11. Auguſt. ſerm. de temp. 217. *Lana carnale aliquid, Linum vero ſpirituale ſignificat. Quia in ordine veſtimentorum interiora ſunt linea veſtimenta; Lanea vero exteriora. Lana etiam de commixtione animalium naſcitur: Linum vero ſine carnis voluptate de terra procreatur, ideo caſtitatis imaginem perferre videtur.*

In primitiva Chriſtianorum Eccleſia, recens baptizati candidis utebantur. Lactantius, vel potius Fortunatus Pictavienſis Epiſcopus:

Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atque vetus vitium purgat in amne novo.

Unde & *Dominica in albis*, quæ Paſcha ſequitur, & *Quaſimodo geniti* dicitur, propter initium ſectionis 1 *Pet.* 2: 2. Chriſtianiſmo initiatis prælegi ſolitæ.

Servius, ad Virg. 12. Æneid v. 169. *puraque in veſte Sacerdos*, utriuſque coloris, & candidi, & purpurei rationem ediſſerit: *Impolluta & pura dicitur veſtis, qua feſtis diebus uti ſueverant ſacra celebraturi. Ut neque funeſta ſit, neque fulgorata, neque maculam habet Θ K* (notat Θεοὺς καταχθονίους) *homine mortuo. Eſt autem linea & purpurea. Purpura maris vicem ad piandum prabet, linum vero fluminis, quia cum vere primum in Oriente flumen inundaſſet, ſponte ſua linum natum eſſe Plinius Secundus dicit. Ideo Magiſtratus & ſacrificaturi togam prætextam habent, & manus ablutas detergere mantilibus curant. Quod & ipſe de Ariſteo ait*, 4. *Georg.* Oceano libemus, *Et* manibus liquidos dant ordine fontes Germanæ, tonſisque ferunt mantilia villis. *Ecce mentionem de lino, rurſum purpura:* Purpureo velare comas adopertus amictu. vid. Braunium *de veſt. ſacerd. Hebr. lib.* 1. *cap.* 14.

Item,

lem, velati lino. *Ergo pura lintea vel purpurea bene poteſt intel-ligi.* Quod vero ultimo loco hic a Servio allegatur ex eodem libro 12. Æneid. *Velati lino*: Idem Servius monet Caprum & Iginum confirmaſſe hoc loco lectionem eſſe corruptam, & Virgilium ita reliquiſſe: *Velati limo.* Limus autem eſt veſtis, qua ab umbilico uſque ad pedes prope tegebantur, hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt, flexuoſam, unde & nomen accepit; nam limum obliquum dicimus. Unde & Terentius limis dicit, id eſt, obliquis. Hactenus Servius. Sacerdos matrem Deûm loturus purpuratus, 4. Faſt.

Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos.

Feſtus: *Pura veſtimenta Sacerdotes ad ſacrificium habebant, id eſt, non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia.* Sacra quædam pure a linteatis fieri debent. *Serv. ad* 8. *Æn.* 34

De Sacerdotibus in templo Herculis, apud Gaditanos, ſic canit Silius Italicus lib. 3.

——— Nec diſcolor ulli
Ante aras cultus, velantur corpora lino,
Et Peluſiaco perfulget ſtamine vertex.

In ſacris vero inferorum nigra veſte utebantur. Horatius Canidiam *nigra palla* ſuccinctam vidit. l. 1. Sat. 8. Apollon. 3. Argon.

Δὴ τότε μέσσην νύκτα διαμμοιρηδὰ φυλάξας,
Ἀκαμάτοιο ῥοῇσι λοεσσάμενος ποταμοῖο,
Οἶος, ἄνευθ' ἄλλων ἐνὶ φάρεσι κυανέοισι
Βόθρον ὀρύξασθαι περιηγέα.
Tunc mediam noctem æquatam obſervans
Magni fluentis lotus fluvii,
Solus ab aliis in veſtimentis atris
Foveam effode orbicularem.

Sequitur ratio has veſtes induendi. Capite in ſacris plerumque erant tecto, exceptis quæ Saturno, Herculi, Honori, Opi fiebant. Saturno, ut veritatis, quæ nuda eſt, cultori. Herculi, vel quia ipſius Dei, qui in æde operto eſt capite, habitum imitari non liceat: vel quia ſignificare voluerunt, aram maximam Herculis, & vetuſtiſſimas illius ceremonias jam fuiſſe

Hhh ante

ante adventum Æneæ in Italiam, qui ritum velandi capitis invenerit primus. Honori & Opi ex veteri inſtituto. *vid. Plutarch. quæſt. Rom.* 10, 11, 13. *Macrob. lib.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 6. *Alex. ab Alex. lib.* 2. *cap.* 22. *Cæl. Rhodig. lect. antiq. lib.* 20. *c.* 12. *Schegk. præmeſſ. epiſt.* 10. *Braun. de veſt. Sacerd. Hebr. lib.* 2. *c.* 4. §. 23, 24, 25.

Cur autem caput in ſacris velandum? Rationem reddit Helenus, 3. Æneid.

> *Purpureo velare comas adopertus amictu,*
> *Ne qua inter ſanctos ignes, in honore Deorum*
> *Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.*

Crines non ligati erant, ſed effuſi. Sic apud Poetas. 4. Æneid. *Crines effuſa Sacerdos.* Medea apud Ovid. 7. Metam. *Nudo humeris infuſa capillis.* Lucan. lib. 1.

> *Hæ lachrymis ſparſere Deos, hæ pectora duro*
> *Afflixere ſolo, laceraſque in limine ſacro*
> *Attonitæ fudere comas.*

Idem lib. 6. *Vultuſque operitur crine ſoluto.* Senec. Trag. Med. v. 750. *Tibi more gemis vinculo ſolvam comas.* Item apud Hiſtoricos, aliosque. Livius, lib. 3. cap. 7. *Stratæ paſſim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum cæleſtium expoſcunt.* Idem, lib. 26. cap. 9. *Undique Matronæ in publicum effuſæ, circa Deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes.* Polybius: Αἱ δὲ γυναῖκες περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεοὺς πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη. Τοῦτο γὰρ ἔθος αὐταῖς ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλόσχερος τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Mamert. paneg. ad Maximian. *Matres Italæ penſa manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt, ibi ædes ſacras paſſo capillo ſuo quæque verrebat.* Apulejus, lib. 5. metam. *Tunc Pſyche uberi fletu rigans Deæ veſtigia, humumque verrens crinibus ſuis.* Hoc præcepiſſe videtur Numa Pompilius lege illa, quæ eſt apud Feſtum in *Pellices: Pellex aram Junonis ne tangito. Si tanget Junoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito.* Quam tamen legem Fruterius, epiſt. ad Muretum, in contrarium ſenſum explicat, dum hic crines legit non *demiſſos*, ſed *demeſſos*: conjecturæ ejus hæc eſt ratio; quod hac lege non levis quædam pœna pellicibus imponatur.

Digitized by Google

natur. Præterea, quod Numa, ut vir ſapientiſſimus, & πολιμώτατος, ſanctiſſima conjugii fœdera temere violari omnino noluerit: quin imo graviter admodum in hujus modi nuptiarum corruptelas animadverterit, juſſeritque eas Junoni, quæ & ipſa pellex eſt, agnum fœminam crinibus demeſſis immolare. Crinibus vero demeſſis, ut quod in fœminis honorificum eſt maxime, iis auferret, cum alioqui in ſacris comtiſſimæ matronæ, & cultu fuerint lætiſſimo: ut Tibullus puellam ſuam Junoni ſacrificaturam inducit, & Deæ commendat, ſic ſcribens:

Natalis Juno, ſanctos cape thuris acervos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi eſt hodie, tibi ſe lætiſſima comſit,
Staret ut ante tuos conſpicienda focos.

Quo in loco non *Tota*, ſed *Lota* legi malit Fruterius. Crines autem demeſſos, ſive calvitium etiam ad religionem pertinuiſſe patet ex illis quæ ſcribit Voſſius, *de idolol. lib.* 9. *cap.* 2. ,, de
,, Sacerdotibus Iſidos, qui calvi erant, unde de iis Juven. ſat. 6.
,, *Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo.*
,, Martial. lib. 12. ep. 29.
,, *Linigeri fugiunt calvi, ſiſtrataque turba.*
,, Calvi autem erant non natura, ſed arte. Quippe depilaban-
,, tur, quod Græcis πιττίζες, quia fieret hoc pice, ſive reſina:
,, quomodo & Venerei nepotuli ſe depilabant. Hinc Juven. ſat. 8.
,, ——— *Quid reſinata juventus*
,, *Cruraque totius facient tibi lævia gentis?*
,, Et meretrices: unde Martialis, lib. 12. epigr. 31.
,, *Nec plena turpis matris olla reſina,*
,, *Summœniana qua pilantur uxores.*
,, Ubi *pilari* eſt *depilari*: quomodo & (quod Scaligero jam diu
,, oſtenſum) Iſiacos *pilatos* dicit Martialis. Cur vero depilaren-
,, tur Iſiaci, rationem alii ab hiſtoria petunt: alii a morum
,, exemplo. Prior iſtiuſmodi eſt, quod Iſis regina cum Copti
,, urbe, tum Ægypti principe, mortem mariti ſui Oſiridos
,, intellexiſſet, ut luctum faceret teſtatiorem, ſeſe totonderit.
,, Imo & ipſam Coptum inde dictam ajunt Græculi; videlicet
,, ἀπὸ τοῦ κόπτειν, quaſi veriſimile ſit, Græcum eſſe nomen anti-

 ,, quiſ-

„ quiſſimæ civitati, a qua & tota Ægyptus, Græcis Ἀίγυπτος, „ quaſi αἶα Κόπτου *terra Copti* dicta ſit. Ἠθικὴ vero ratio eſt talis: „ Ajunt Sacerdotes Iſidos caput radere, quia mortalium nullos, „ æque ac Sacerdotes deceat tum munditics animi, cujus ſym„ bolum eſt illa corporis: tum nullis gravari curis ſordidis, „ quales per capillos ſignantur. Præterquam enim, quod ca„ pilli oblongi caput gravant, pili in univerſum, tum homi„ num, tum mutorum animantium naſcuntur ex alimenti ex„ cremento: quæ iccirco, ut immunditiem, averſari jube„ bantur: non quaſi hic ſiſtere oporteret, ſed quia hoc ſym„ bolo monerentur caſtimoniæ, utque pura Deum mente co„ lerent. Atque hanc rationem adducit etiam Plutarchus, li„ bro de Iſide & Oſiride. Ac ſimile eſſe ait, quod Heſiodus „ jubet rem divinam facturos venire *unguibus* prius *reſectis*: quo „ ſic mundi ad ſacra accedant. *Hactenus Voſſius.*

A capite ad pedes devolvor. Dido quidem, 4. *Æneid.* inducitur *unum exuta pedem vinclis*, quoniam hoc agebat, ut ipſa amore ſolveretur, implicaretur autem Æneas, quo caſu nihil non præligabant, ut Ecl. 8.

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,
Necte, Amarylli, modo, & Veneris, dic, vincula necto.

Alias autem pedes vinculis ſoluti erant. Val. Flacc. 3. Argon.

Delius hic longe candenti veſte Sacerdos
Occurrit, ramoque vocat: jamque ipſe recenti
Stat tumulo, placida tranſmittens agmina lauro.
Ducit & ad fluvios, & vincula ſolvere monſtrat
Prima pedum.

Vincula vero calcei ſunt. Ovid.

Arida de vinclis crura reſolve tuis.

Æneid. 8. *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.*

Vincula Tyrrhena ſunt calcei Tyrrheni, explicante Servio, qui antiquitus Senatorum erant; & *mullei* vocabantur. *vid. Voſſ. de idolol. lib.* 4 *c.* 5.

Nudis ergo pedibus Deos etiam placari poſſe credebant: ideoque cum ſtupebat cœlum, & arebat annus *Nudipedalia* denuntiabantur, ait Tertullianus, *de jejunio, c.* 16. *& apolog. c.* 40. Matronæ ædem Veſtæ nudis pedibus adibant. 6. *Faſt.*

6. Faſt. *Huc pede matronam nudo deſcendere vidi.*

Bello Gallico, Virgines ex ſacerdotio Veſtæ, *nudo pede* fugientia ſacra comitabantur. *Flor. lib.* 1. *cap.* 13. de ſuperſtitioſa luſtratrice, Juven. ſat. 6.

Totum Regis agrum nuda *ac tremebunda* cruentis
Erepet genibus.

In antiqua eccleſia *Nudipedes* Hæretici, abuſi præcepto Moſi, *Exod.* 3: 5. & Joſuæ, *Joſ.* 5: 15. dato, ac exemplo Jeſaiæ, qui, *cap.* 20. juſſu Dei diſcalceatus inceſſit, nudis ſemper pedibus ambulabant. Imo hunc morem uſitatiſſimum fuiſſe Chriſtianis ſcribit Baronius, *ad A. C.* 57. *num.* 96. *Auguſt. de hæreſ. cap.* 68.

Sed ad gentiles redeo: Quia calcei ex mortuorum animalium pellibus conſuuntur, ſuperſtitioſis immundi videbantur, præſertim ſi ex pecudibus ſua ſponte mortuis fierent, ut Servius ac Feſtus teſtantur.

Inter Pythagoræ ſymbola hoc fertur: Ἀνυπόδητος θύε, καὶ προσκύνει; *ſine calceis ſacrificato, & adorato.* Hoc ab Hebræis, quorum ſacris, ut quibuſdam placet, initiatus fuit, hauſit; illi autem a Moſis & Joſuæ exemplo, ex quo ſanctuarium calceatis ingredi non licuiſſe colligunt. Juven. ſat. 6.

Obſervant ubi feſta mero pede ſabbatha Reges.

Hæc eo pertinebant, ut quiſque Deum reverentur coleret. Berenicen reginam, ut Deo vota ſolveret, pro ſalute, Hieroſolymas veniſſe, & pro more patrio, hoſtiis cæſis, capilliſque deraſis, *nudipedem* ante tribunal Flori ſtetiſſe, Joſephus autor eſt, *lib.* 2. *de bell. Jud. cap.* 15. Tullo Hoſtilio Romæ regnante, apud Lacedæmonios ſacra Nudipedalia primum acta notavit Euſebius in Chronico. Adi Braunium, *de veſt. ſacerd. Hebr. lib.* 1. *cap.* 3 §. 11, 12. Huetium, *demonſtr. Euang. pag.* 268, 269. Bynæum, *de calceis Hebr. lib.* 2. *cap.* 2. *& ſeqq.* Gyraldum, *var. critic. dialog.* 10. item Ez. Spanhemium, ad Callimachi hymnum in Cererem. v. 125.

Hic autem decori erant obſervantiſſimi, ne quid oculis non conſpiciendum pateret: Sicut enim Deus præceperat, *Exod.* 20: 26. *Neque adſcendito per gradus ad altare meum: ut detegantur pudenda tua ad illud.* Sic illud æmulati idololatræ. Flami-

nicam enim ſcalas, plus tribus gradibus, niſi Græcas adſcendere non licebat, ne ulla pars pedum ejus crurumve conſpiceretur, eoque nec pluribus gradibus, ſed tribus, ut adſcenſu duplicis niſus non paterentur extolli veſtem, aut nudari crura, nam ideo & Græcæ ſcalæ dicuntur: quia ita fabricantur, ut omni ex parte compagine tabularum clauſæ ſint, ne adſpectum ad corporis aliquam partem admittant. Ideoque Didonem piaculum admiſiſſe ait Servius, ad 4. Æneid. v. 646.

Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos.

Neque enim altum poteſt eſſe, quod tribus tantum gradibus conſcenditur.

Nunc reliqui corporis indumenta contemplemur. In ſacris nihil præligatum eſſe ſolere, notavit Servius, *ad Æneid. v.* 518. ubi Dido ſacra factura, *in veſte recincta* producitur. Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis,
Vota novem Veneri nocte ſilente dedi.

Sic Themidis oraculum Pyrrhæ & Deucalioni cecinit. 1. metam.

Et velate caput, cinctaſque reſolvite veſtes.

Medea, 7. Metam.

Egreditur tectis, veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.

In templo Herculis Gaditano, apud Silium, lib. 3.

Diſcinctis mos thura dare, atque e lege parentum
Sacrificam la:o veſtem diſtinguere clavo,
Pes nudus, tonſaque coma, caſtumque cubile.

Hac de cauſa *hederam* Flamini Diali neque tangere, neque nominare fas eſt: pro eo, quod edera vincit ad quodcunque ſe applicat. Sed ne annulum quidem ei gerere licebat ſolidum, aut aliquem in ſe habere nodum; *Paulus ex Feſto. Agell. lib.* 10. *cap.* 15. Atque hinc fortaſſe natum proverbium: Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον. i. e. Arctum annulum ne geſtato. *Ovid.* 4. Faſt.

Uſus abeſt Veneris, nec fas animalia menſis
Ponere, Nec digitis annulus ullus ineſt.

Niſi annulos ad corporis ornatum referre malis. Plutarchus in præ-

præceptis Politicis ſcribit, templa quædam olim fuiſſe, quæ ingredi nefas fuerit niſi auro ante fores poſito. Unde aliqui colligunt, antiquitatem, cujus judicium incorruptiſſimum fuit, delubra damnaviſſe quæ donariis magnificis, & multo auro radiarent. Aliud autem voluiſſe Plutarchum veroſimile eſt, nam e veſtigio addit, etiam ferrum eos depoſuiſſe, ædem qui intrare vellent. Utriuſque cauſa in promtu eſt, nam & ſine auro nummiſque aut ornatu operoſiore adſtare debuerunt, qui Diis ſupplices in loco auguſtiſſimo erant: & rurſum magis ſibi opem omnem in Numine eſſe poſitam intellexere, qui ferro armiſque ſe nudaverant. An vero Plutarchus de templo Hieroſolymitano cogitavit? Sic opinatur P. Cunæus, *lib.* 2. *de Rep. Hebr. cap.* 12. quoniam hæc a Thalmudicis tradita ſunt: *Nemo in montem templi veniat cum baculo, aut calceamentis pedum, ſed neque cum mantica, aut pecuniis linteo involutis.* Confer ea quæ ex Maimonide notavit Outramus *de ſacrif. lib.* 1. *cap.* 3. §. 7. Servator noſter, *Marc.* 11. cum reducere priſcum ac fugitivum morem vult, edicit: ἵνα μή τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ. i.e. Ne quis per templum eat, vaſis ullis, inſtrumentiſve, aut impedimentis onuſtus. Ita enim id, quod σκεῦος dicit, accipit Cunæus, ut ad loculos etiam & aſcoperas, adque ad ea omnia pertineat, quæ oneri exuberant: Putatque Meſſiam, cum propter excellentem ſeculi perverſitatem, vetus hoc inſtitutum exoleviſſet, nummularios, atque eos, qui intenti diſtrahendis mercibus erant, procul a ſacro limine ſabegiſſe.

Veſtium ſolutioni contradicere videtur Horatius, qui *lib.* 1. *ſat.* 8. Canidiam nigra palla ſuccinctam vidit. Niſi hoc de palla tantum intelligas, quæ quod longior eſſet, ſuccingi, id eſt, attolli debuit, ne greſſum impediret, ut nihilominus cinctura deflueret, quod vel fibula fieri potuit. Sic, teſte Feſto, infibulati ſacrificabant Flamines, idque propter uſum æris antiquiſſimum, æreis fibulis. Apud Heliodorum, *lib.* 2. *Æthiop.* in pompa ſacra Virgines Theſſalæ καλλίζωνοί τε καὶ βαθύζωνοι, καὶ τὴν κόμην ἄνετοι, *pulchra & profunda cinctura, & capillis ſolutis.* Et paulo ante initiatis τὸ ζῶσμα ἑκάστῳ χιτῶνα λευκὸν εἰς ἀγκύλην ἀνέσειε. *Cinctura cuique veſtem albam in nodum colligebat.*

Imo

Imo cinctu Gabino inſignes erant luſtrationibus operantes. Decius Conſul, cum pro legionibus Romanis ſe devoviſſet, ipſe *incinctus cinctu Gabino*, armatus in equum inſiluit. *Livius lib.* 8. Lucanus *lib.* 1. in deſcriptione ſacri amburbialis:

Turba minor ritu ſequitur ſuccincta Gabino.

Hic cingendi mos ortus Gabiis Campaniæ civitate, ubi cum ſacris operarentur cives, ſubito bello nuntiato, ab aris eo profecti, togis cincti victoriam obtinuerunt. Fiebat toga ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingeret. Vide de ea latius diſſerentem Ferrarium de re veſtiaria.

Virgini Veſtali ſacrificanti lacinia togæ in humerum erat rejecta. *Feſtus in Armata.* De Sacerdotum porro veſtitu agit Saubertus, *de ſacrif. cap.* 9. 10. 11.

In Parvis Cereris myſteriis hic mos obtinuit, ut quam quis, dum initiaretur, veſtem forte geſtaſſet, eam ne unquam exueret, donec victa tempore fieret omnino ingeſtabilis. Hinc datus adagio locus: *Veſtimenta initiatorum* de iis, quæ attrita prorſus ſunt, nullaque temporum viciſſitudine variantur. *vide C. Rhodig. lect. antiq. lib.* 16. *cap.* 9. Hæc veſtimenta etiam templis fuere dicata, quod Melanthius, libro de Myſteriis teſtatur. Πάτριόν ἐστι τῇ θεαῖς ἀνιερῶν, καὶ τὰς στόλας τοῖς μύσταις, ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. Imo ex ſtolis ejuſmodi initiatorum, quidam puerulorum faſcias magna religionis opinione conficiebant. *C. Rhodig. ibid.* Luperci nudi diſcurrebant. Ovid. 2. Faſt.

Ipſe Deus nudus, nudos jubet ire miniſtros,
Nec ſatis ad curſus commoda veſtis erat.

Pellibus tamen caprinis cincti, quo habitu, ipſum Dei ſimulachrum, cætera nudum, amictum fuit. *Juſtin. lib.* 43. Ovid. 5. Faſt.

Semicaper coleris cinctutis, Faune, Lupercis,
Cum luſtrant celebres vellera ſecta vias.

Æſchines Demoſthenis antagoniſta ipſe hinnuli pelle indutus initiandos ſimili pelle ſuccinxit, ut ſupra, *cap.* 23. diximus. Senec. Oedipo. *Mænas Nebride ſacra præcincta latus.* Antigone apud Euripidem, *Phœniſſ. fin.*

Καδμείαν αἳ νεβρίδα. Στολιδωσαμένα, ποτ᾽ ἐγὼ

Σεμέ-

Σεμέλας θίασον ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα.
Heu Cadmeis hinnulorum pellibus
Induta ego aliquando
In montibus Semeles ſaltavi ſacrum tripudium.

Bacchus apud eundem in Bacchis,

Ἀνωλόλυξα, νεβρίδ' ἐξάψας χρόος,
Ululavi hinnuli pellem induens corpori.

& chorus ibid.

Στικτῶν τ' ἐνδυτὸν νεβρίδων
Στέφετε λευκοτρίχων πλοκάμων μαλλοῖς.
Et maculoſorum veſtem hinnulorum
Circumdate candidorum capillorum Velleribus.

Et alibi in eadem tragœdia. Ovid. 6. Metam. v. 567.

—— Lateri cervina ſiniſtro
Vellera dependent. ——

Adde quæ notavit Voſſius in Etymologico, voce *Nebris*. Hinc & *Nebriſſa*, oppidum Andaluſiæ, ut vult Joh. Mariana, nomen ſortitum eſt; ſcilicet a Baccho, 150. annis, ante bellum Trojanum, conditum.

Supereſt veſtium forma, in qua cum ſuperſtitione luxuria certavit. Apulejus, *lib.* 11. *Metam.* dum ſacris Iſidis initiatur, ornatum ſuum ſic deſcribit: *Mane factum eſt, & perfectis ſolennibus, proceſſi duodecim ſacratus ſtolis, habitu quidem religioſo ſatis, ſed effari de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis videre præſentes plurimi. Namque in ipſo ædis ſacræ meditullio, ante Deæ ſimulachrum conſtitutum tribunal ligneum, juſſus ſuperſtiti, byſſina quidem, ſed floride depicta veſte conſpicuus. Et humeris dependebat, pone tergum, talorum tenus, pretioſa chlamyda, quaqua tamen viſeres, colore vario circumnotatis inſignibat animalibus. Hinc dracones Indici, inde gryphes Hyperborei; quos in ſpeciem pinnatæ alitis generat mundus alter. hanc Olympiacam ſtolam ſacrati nuncupant. Ac manu dextra gerebam flammis adultam facem, & caput decora corona cinxerat, palma candidæ foliis in modum radiorum proſiſtentibus.*

In ſacris Veneris quo molliores haberentur, ſexum quoque mentiti ſunt. Julius Firmicus, *cap.* 4. Aſſyrios Venerem coluiſſe ſcri-

ſcribit: *cui aliter ſervire Sacerdotum ſuorum chorus non poteſt, niſi effœminent vultum, cutem poliant, & virilem ſexum ornatu muliebri dedecorent.* Et paulo poſt: *Quod hoc monſtrum eſt, quodve prodigium? negant ſe viros eſſe, & non ſunt, Mulieres ſe volunt credi, ſed aliud qualiſcunque qualitas corporis confitetur.* Philochorus, apud Macrobium, *lib.* 3. *cap.* 8. Lunæ ſacrificium ait facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili, quod eadem & mas æſtimatur & fœmina: ideoque Carrenonum Sacerdotes pro Luna *Lunum* dixere. *vide Voſſ. de idolol. lib.* 2. *cap.* 5. Et Deum ἀνδρογύνον ſomniavit Orpheus. *Lactant. lib.* 4. *cap.* 8, 9. Qua de re multis egit idem Voſſius, *lib.* 7. *de idolol. cap.* 6. Apud Argivos feſtum fuit ὑβριστικὸν, in quo mulieres inſolentius in maritos agebant, virilibus indutæ veſtimentis, in memoriam Patriæ ab hoſtibus ſua fortitudine vindicatæ. *Plutarch. de virtutibus mulier. Pauſan. in Corinth.* Apud Coos Sacerdos muliebri veſte amictus, & mitra caput ornatus Herculi ſacrum facit: ſicut in Attide viri ornatu muliebri, mulieres virili Veneri rem divinam faciunt. *Alex. ab Alex. lib.* 1. *cap.* 14.

Contra hunc idololatricum morem, Deum legem veſtiariam, *Deut.* 22: 5. promulgaſſe, quorundam opinio fuit. Joſephus ad diſciplinæ militaris præcepta retulit, paulo liberius hunc in modum interpretatus: *lib.* 4. *cap.* 8. *Antiq.* Φυλάσσετε μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ. Sed male: habet enim divina iſta Lex non tam in militia locum, quam domi & in pace, atque in omni reliqua vita. Nolebat enim ſexus utriuſque apparatum cultumque perverti aut confundi Deus, propterea quod maxime contrarium id honeſtati erat, ad quam ille nos fecit formavitque: Nec aliter cenſet Maimonides, qui *lib. de idololatria, cap.* 12. §. 8. per interpretem Dion. Voſſium, ſic ait: *Mulier ne ſe ornet virili ornatu; ut imponendo capiti cidarim, aut galeam vel induendo loricam. Nec capillos virorum more præcidat. Similiter vir ne muliebri ſe decoret ornatu; ut indutu veſtis verſicoloris, vel monili aureo; iis imprimis locis, ubi ſolæ mulieres ſic ornantur. Omnia enim æſtimanda pro regionis more.* §. 9. *Vir qui muliebri, vel mulier quæ virili ſe habitu ornavit, vapulat.* Apud alias ſane gentis muliebris

Digitized by Google

liebris ornatus ignominiæ pœnæque loco fuit. Charondas ſeveriſſimus Imperator, milites ſuos, qui ordinem in acie deſeruiſſent, per triduum pro concione ſtolatos deſtituit. *Diod. Sic. lib.* 12. *cap.* 16. Apud Romanos quo pacto ornatæ pro ſuis virtutibus fœminæ ambulaverint, quæ convictæ adulterii erant, vel ex illo Martialis joco manifeſtum eſt:

Thelin viderat in toga ſpadonem
Damnatam Numa dixit eſſe mœcham.

vid. Tertull. de pallio cap. 4.

Multiplex in ſacris fuit coronarum uſus, de quo legendus Cor. Paſchalius, de coronis *lib.* 4. *capp.* 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19. Nullus tamen earum uſus in Mithræ initiis, *vid. Tertull. de coron. milit. cap.* 15.

A Corporis ornatu ad ejus inquinamenta tranſeo, quibus etiam ſe Diis ſuis gratificari credebat gentilitas: quo pertinent πηλώσεις καὶ καταβορβορώσεις, quibus quidam utebantur κακοζηλίᾳ Judæorum, a quibus & σαββατισμοὶ in eundum cenſum relati: quos merito irridet Plutarchus, in libro de ſuperſtitione. Faciebant illi ex δειλίᾳ, quod ſancti olim in luctu vel in caſtigationibus, inſternentes cinerem, 2 *Sam.* 13: 19. *Eſt.* 4: 1. *Jer.* 6: 26. *Dan.* 9: 3. Vel ſubſternentes, *Eſt.* 4: 3. *Jeſ.* 58: 5. *Jon.* 3: 6. *Job.* 2: 8. Tum ex humilitate, confitentes ſe nihil eſſe niſi cinerem & pulverem, *Gen.* 18: 27. *Job.* 42: 6. oſtendentes calamitatis ſuæ magnitudinem. *Job.* 30: 19. invitantes miſerationem Dei erga opus ſuum ex pulvere conflatum. *Pſ.* 103: 14. denique & ſpem ſuam ſignificantes, quod eos ex pulvere aliquando reſuſcitaturus eſſet. *Job.* 19: 25.

Digitized by Google

CAPUT. XXXV.

Circumlatio. Adſperſio. Malluvium. Περιρραντήρια *in templis, in compitis. Aſpergillum ex lauro, oliva, rore marino, hyſſopo. quid* אזוב? *De numero pari, impari, inprimis ternario, ſeptenario, etiam denario. Binarius infauſtus. quare Gen.* 1:8. *non legatur:* vidit Deus quod eſſet bonum. *De numero quaternario. Aquæ effuſio. Ludi. Scortatio, ſtipes. Veſtes. Saccus Syrorum. Supplicationes. Lectiſternia.*

VEnio ad illas actiones ſine quibus luſtrationum ſacra nullo modo conſtare poterant: talis inprimis erat circumlatio, quicquid enim vel rei luſtrandæ applicabant, id in orbem ducebant, unde præpoſitio περὶ cum pleriſque huc pertinentibus vocabulis componitur: ut, περιςίαρχος, περιμάττεσθαι, περιθύεσθαι, περιαγνίζειν; περιθειοῦν & περιθείωσις, περικαθαίρειν, περιβάλλεσθαι κάρφος apud Ariſtot. lib. 6. de hiſt. animal. cap. 2. de περικαρφισμῷ gallinarum. In his & ſimilibus ineſt circuitus quædam & ambitus ſignificatio. Ut & in Ambarvalibus, & amburbialibus. 6. Æneid.

——— *ſocios pura circumtulit unda.*

ubi hæc Servius: Circumtulit, *purgavit. Antiquum verbum eſt. Plautus:* pro Larvato te circumferam, *id eſt, purgabo. Nam luſtratio a circumlatione dicta eſt, vel tadæ, vel ſulphuris.* Val. Flacc. 3. Argon.

Tunc picea mactantur oves, proſectaque partim
Pectora, per medios, partim gerit obvius Idmon.
Ter tacitos egere gradus; ter triſtia tangens
Arma ſimul veſteſque virum.

Poly-

Polybius, lib. 4. de Mantinenſibus: Καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης. *Luſtrationem fecerunt, & victimas circum urbem, & totam regionem circumtulerunt.* Vide & Scalig. in Feſt. in *Amtermini.*
Graphica hujus ritus deſcriptio eſt apud Claudianum, de ſexto Honorii Conſulatu:

Luſtralem ſic triſte facem, cui lumen odorum,
Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos,
Rore pio ſpargens, & dira fugantibus herbis:
Numina, terrificumque Jovem, Triviamque precatus.
Trans caput averſis manibus jaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Nec minus ad luſtrationis eſſentiam pertinuit Aſperſio, cui cognata Lotio. Qui enim Diis ſuperis erant ſacrificaturi, ſi fieri poſſet, toti lavabantur; ſin autem, ſaltem manus: at litaturi Diis inferis, tenui aqua tantum irrorabantur, quod colligitur ex Servio, *ad* 6. *Æneid. v.* 230. Macrob. *lib.* 3. *Saturn. cap.* 1. Utriuſque ergo eadem natura, eædem affectiones, imo & ritus promiſcui. Nam Æneid. 6. v. 229. 230 deſcribitur luſtratio eorum, qui funere polluti erant, ideoque ad Deos inferos pertinebat, ritus autem ad ſuperos, quod ex impare numero colligit Servius: *Licet enim*, inquit, *a funere contraxerint pollutionem, omnis tamen purgatio ad ſuperos pertinet, unde & ait imparem numerum.* vid. ad Ecl. 8. v. 75.

Occurrunt hic inſtrumenta, & actionis ipſius repetitio.

Inſtrumenta aquam vel continent, vel applicant.

Continebatur autem aqua malluvio. Feſtus: *Malluvium latum in commentarium ſacrorum ſignificat, manus qui lavet, a quo malluviæ dicuntur, quibus manus ſunt lotæ.* idem quod χέρνιψ, ſupra *cap.* 16. Alias περιῤῥαντήριον, quam vocem tria ſignificare indicat Bourdelotius, *ad Heliod. Æthiop. pag.* 53. Ipſum aquarium ſive labrum: inſtrumentum aſperſionis, ſive aſpergillum: & aſperſionem ipſam. Labra non in templis tantum, ſed & in foro erant. Locum ex Æſchine adduxit Brodæus miſcell. lab. 1. cap. 38. Ὁ μὲν τοίνυν νομοθέτης τὸν ἀστρατεύτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν,

τάξιν, ἔξω τῶν περιρραντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει. *Legiſlator ſolutum militia, & timidum, & qui ordinem deſeruiſſet extra fori labra abigit.* Cum Catilina M. Marii, a ſe occiſi, caput ad Syllam in foro ſedentem attuliſſet e veſtigio ex amula ſe luſtravit, (*Plut. in Sylla*) quæ ſane prope fuit. Erant & in triviis. Theophraſt. charact. cap. 16. Καὶ ἐπὶ τῶν τελέδοις ἀπελθὼν ἐπὶ κεφαλῆς λούσασθαι. *Et in compitis antequam inde diſcedat, aqua in caput adſperſa ſe luſtrat.* Mendum hic vidit Caſaubonus.

Inſtrumenta applicantia erant Aſpergilla. Thallum dixit Virgilius in Ciri, id eſt, ramum.

Pergit Amyclæo ſpargens altaria thallo.

Theocritus, idyll. 25.

——Ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμισται)
Θαλλῷ ἐπιρραίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.
—— *Poſtea vero ſale mixtam (uti mos eſt)*
Florido ramo aſpergere decet aquam.

Hæc ex lauro fiebant, quæ purificationibus adhiberi ſolebat, ut ait Plin. *lib.* 15. *cap. ult.* Ovid. 5. Faſt.

Uda ſit hinc laurus, lauro ſparguntur ab uda
Omnia quæ dominos ſunt habitura novos.
Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos, &c.

Et in magicis luſtrationibus. Locum ex Heliodoro ſupra, cap. 33. adnotavi. Idem lib. 6. Δάφνης ἀκρέμονι τοῦ αἵματος ἀποψήσασα, τὴν πυρκαϊὰν ἐψέκαζεν. *Lauri ſurculo, ſanguine abſterſo, rogum conſpergebat.* Medea autem, apud Apollonium. 4. Argon. Draconem incantatura, junipero utitur:

Ἡ δὲ μὲν ἀρκεύθοιο νέον τετμηότι θαλλῷ,
Βάπτουσ' ἐκ κυκεῶνος, ἀκήρατα φάρμακ' ἀοιδαῖς
Ῥαῖνε κατ' ὀφθαλμῶν.
Sed hæc ei noviter reciſo juniperi ramo
Intincto venenis lethalibus, cum cantamine
Conſperſit oculos.

Chorinæus, 6. *Æneid.* ſocios non lauro, ſed *ramo felicis olivæ* luſtraſſe dicitur. Servius hanc ex Donato rationem reddit: Virgilium ſcilicet hæc propter Auguſtum mutaſſe. Nam nata erat laurus in palatio, eo die quo Auguſtus natus eſt, unde triumphantes coronari conſueverant: propter quam rem noluit dicere laurum

laurum ad officium lugubre pertinere. Non alienum ab hoc loco eſt quod narrant Plinius, *lib.* 15 *cap. ult.* & Suetonius, *Galb. cap.* 1. ramulum lauri, quem gallina alba, ab aquila rapta, roſtro tenuerat, & in Liviæ gremium demiſerat, cum pangi placuiſſet, tale lauretum proveniſſe, ut triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent: Moremque fuiſſe triumphantibus, alias confeſtim eodem loco pangere: obſervatumque eſſe, ſub cujuſque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe) noviſſimo Neronis anno ſylvam omnem exaruiſſe radicitus.

Olivæ autem ramo Chorinæus uſus eſt, quod ea pacis & Dei placati ſit ſignum, quare primo Noacho a columba oblata, (quæ hiſtoria, ut & ex ſacris aliæ, inter gentiles non plane abolitæ, ideoque oliva velati oratores, 7. Æneid.

Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire jubet ramis velatos Palladis omnes.

Sic 11. Æneid.

Jamque Oratores aderant ex urbe Latini,
Velati ramis oleæ veniamque rogantes.

Hac etiam ſacrificantes utebantur. 5. Æneid.

Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ
Stans procul in prora pateram tenet, extaque ſalſos
Porricit in fluctus, & vina liquentia fundit.

Præterea hic olivæ ramus Trojanorum in Miſenum pietatem exhibere videtur. Oedipodi injungit chorus apud Sophoclem, *Oedip. Colon.*

Τρὶς ἐννε͂ αὐτῇ κλῶνας ἐξ ἀμφοῖν χεροῖν
Τιθεὶς ἐλαίας.

Ter novem ramos oleæ ambabus manibus *Offer.*

Pietas pacis ac tranquillitatis mater; quod ſignificatur nummo argenteo L. Æmilii Pauli, & C. Terentii Varronis, Quæſtorum Urbanorum. A. U. C. IↃCIV. T. Quinctio Flaminio, & Manio Acilio Balbo Coſſ. cujus meminit Voſſius, *de idolol. lib.* 9. *cap.* 39. In eo erat cujuſdam Deæ effigies, cui appoſitum P. ea litera ſignificat Pietatem. Eſt vero Dea inſignis corona oleagina: ſacraque in menſa, averſa nummi parte, itidem repoſitus frondoſus oleæ ramuſculus. Scilicet Pietas parit pacem, cujus olea ſignum

ſignum eſt. Oliva a Virgilio felix adnominatur, ut infelici oleaſtro opponatur. 3. Georg.

Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quid autem illud, quod præit; *Spargens rore levi?* Kirchmannus, *lib.* 3. *de funer. Rom. cap.* 9. rorem intelligit marinum, qua auctoritate neſcio. Turnebus, *adv. lib.* 13. *cap.* 21. Quanquam ad ſenſum accommodatius eſſe fateatur aquæ adſpergine & rorem intelligere: tamen aſpergillum ex oliva felici fuiſſe factum, partim ex rore marino, non inſcitum exiſtimat, cum & hæc herba ros appelletur. 3. Georg.

Vix humiles apibus caſias, roremque miniſtrat.

Judæi in ſuis luſtrationibus utebantur herba אזוב; hac, ſanguine agni paſchalis tincta, ſignabant ſuperliminare domuum ſuarum. *Exod.* 12. hac Moſes populum in fœderis promulgatione adſperſit. *Exod.* 24. hac purgabantur leproſi. *Lev.* 14. 52. Funere

Digitized by Google

nere pollūti. *Num.* 19. quæ reſpexit David. *Pſ.* 51.9. *Expiabis me* באזוב *& mundabor*, additis lignis cedrinis, & lana coccinea. conf. *Hebr.* 9: 19. Cujus ritus & inſtrumenti rationem Judæi, quamvis alias ſatis curioſi, ſibi non conſtare fatentur. *Hotting. Theol. Judaic. cap.* 8. *ſect.* 2.

Ex hac herba, propter vocis convenientiam, hyſſopum, fecerunt, quam expurgandi vim habere teſtantur Iſidorus, Lemnius, Dodonæus. Rabbinos ſeptem ſpecies enumerare ajunt. Junius ad *Exod.* 12. 21. a Tremellii interpretatione ſe diſcedere profitetur, cum enim antea muſcum vertiſſet, nunc Hebræum אזוב & Tzathar Arabum, complecti dicit hyſſopum, & omnia origani genera, & thymbram, & thymum, & ſaturejam. Salmaſius, explicans locum *Joh.* 19: 29. ubi legitur ὑσσώπῳ περιθέντες, cum Matthæus & Marcus habeant καλάμῳ, ex Judæis tria hujus plantæ genera eſſe dicit: Primam אזוב יון hyſſopum Græcanicam, quæ inter עצים ſive δένδρα recenſetur. Alteram אזוב רומי hyſſopum Romanam. Tertiam כוחלי id eſt, nigram, quod foliis ſit nigricantibus. Primam hyſſopi ſpeciem intellexiſſe ait Joſephum, cum dixit Salomonem dixiſſe παραβολὴν ab hyſſopo ad Cedrum, καθ' ἕκαστον εἶδος δένδρου, ubi δένδρον idem quod עץ. Hanc Schindlerus in Lexico, & Lemnius in explicatione herbarum Biblicarum, *cap* 26. eſſe dicunt quæ alias adiantum, capillus Veneris, parietaria, ruta muraria, Belg. ſteenruit/ vocatur, quæ locis umbroſis & paluſtribus circa parietum aſpergines, & fontium ſpecus enaſcitur, quo modo & deſcribitur 1 *Reg.* 4: 32. De ruta in genere ſcribit Plinius, *lib.* 19. *cap.* 8. eam apricis locis & ſiccis gaudere, & terra quam maxime lateraria.

Ex hac ergo herba apud Judæos aſpergillum fiebat hoc modo, ut ait in Lexico Schindlerus: faſciculus אזוב tribus caulibus conſtans, filo coccineo ad baculum cedrinum alligabatur. Baculus cedrinus cubiti, faſciculus vero Eſob palmi unius longitudinem habebat. Hoc adſpergillo cum ſanguis victimarum, tum aqua luſtrationis aſpergebantur. De Judæorum porro luſtrationibus, vide Saubertum. *de ſacrif. cap.* 11.

Actiones ipſæ non ſine ſuperſtitione ſæpius repetitæ fuerunt: quamvis enim numeris nullam ineſſe efficaciam ſapientibus mani-

 teſto

feſto conſtet, maximam tamen virtutem illis tribuerunt gentiles. Parem quidem numerum, ut infauſtum abominati ſunt, cum enim dividi poſſit, mortalem eſſe crediderunt, imparem contra immortalem, quia integer dividi non poteſt. Servius, *ad Ecl.* 8. Varronem teſtem laudat, qui dicat Pythagoreos putare imparem numerum habere finem, parem eſſe infinitum; ideo medendi cauſa, multarumque rerum impares numeros ſervari. Hinc paſtor Virgilianus *Numero Deus impare gaudet*. Parem imperfectum ac mali cauſam exiſtimabant. Apud Homerum Superis paria, Inferis imparia traduntur. vide *Saubert de ſacrif. cap.* 18.

Numerus impar vel ſimplex eſt, vel compoſitus. Simplex, adeoque perfectiſſimus eſt Ternarius, qui ſimplicitur principio, medio & fine conſtat. *Plut. 9. ſympoſ. cap.* 3. Imo, ſecundum Ariſtotelem, 1. de cœlo, τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶ ὥρισται. Omnia corpora trinas habent dimenſiones. Poſt: Διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες, ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. *Quapropter hoc a natura numero ſumto, perinde, quadam illius lege, & in Deorum ſacrificiis uti ſolemus.* Primus ternarius omnium reliquorum eſt principium, quia per ſeipſum auctus triangulum conſtituit parium laterum, quæ prima eſt earum figurarum, quæ pluribus conſtant lateribus. Deus O. M. ita ſe in verbo ſuo revelavit, ut tres in unitate divinitatis perſonas pari honore veneremur. Cujus rei manifeſtiſſima, in rerum natura, extant veſtigia. Sed in ipſis gentilium ſacris diabolus, ut Dei ſimia, hoc numero luſit: in Jovis fulmine triſido, Neptuni tridente, Plutonis cane tricipite, adde.

Tergeminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.

quæ & τριπρόσωπος, triformis, trivia. Sic Tres Parcæ, Furiæ, & ſimilia.

Non mirum ergo ſi in ſuis ſuperſtionibus hunc numerum reſpexerint gentiles. Cæſarem Dictatorem, poſt unum ancipitem vehiculi caſum, ferunt ſemper, ut primum conſediſſet, ter repetito carmine ſecuritatem itinerum aucupari ſolitum. *Plin. lib.* 28. *cap.* 2. In magicis: Ecl. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore

Licia:

Licia circumdo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Iterum:

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores

Idem in Ciri:

Terque novena ligat triplici diverſa colore
Fila: ter in gremium mecum, inquit, deſpue virgo,
Deſpue ter Virgo: numero Deus impare gaudet.

Theocr. Pharmaceutria.

Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ.
Ter libo, terque hæc promuntio myſtica verba.

In ipſis luſtrationum adſperſionibus. Propert. lib. 4. eleg. 9.

Terque meum tetigit ſulphuris igne caput.

4. Faſt. de Claudia:

Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas.

Chorinæus, 6. Æneid.

—— *Ter ſocios pura circumtulit unda.*

Medea, 7. metam.

Ter ſe convertit, ter ſumtis flumine crinem
Irroravit aquis, ternis & hiatibus ora Solvit.

Apud Athenæum, lib. 1. τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον. quod de perfrictæ frontis hominibus dici autumat Eraſmus, *prov. Faciem perfricare.* Similis illa ſuperſtitio, de qua Caſaubonus, *ad Athen. lib. 1. cap.* 2. tergendi oculos tribus roſarum calyculis, quod auctor Geoponicorum dixit τρισὶ ῥόδων κάλυξιν ἀπομάξασθαι τὰ ὄμματα. In ſacro ambarvali. 1. Georg.

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges.

Ternarii numeri encomium comprehendit Auſonius illo grypho, qui eſt XI. idyll.

Numerus impar componitur etiam vel ex impariter imparibus, vel ex pari & impari. Ex impariter imparibus componitur novenarius, ſcilicet repetito ternario. In luſtrationibus uſitatiſſimus. Medea. 7. metam.

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

Sic Glaucus mortalitatem depoſiturus 13. metam.

—— *Ego luſtror ab illis,*

Et purgante nefas, novies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus jubeor ſupponere centum.

Religioſus hic numerus, & apud ſuperos, propter novem orbes cœleſtes, & apud inferos, quibus:

Fata obſtant, triſtique palus inamabilis unda
Alligat, & novies ſtyx interfuſa coercet.

Hinc mortuorum Novendialia, tunc enim defunctis parentabant Romani. 5. Æneid.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit,

vid. Cœl. Rhodig. lect. antiq. lib. 22. cap. 8.

Ex pari & impari componitur ſeptenarius, qui & ipſe in luſtrationibus obſervatus. Apul. lib. 11. *Confeſtimque diſcuſſa pigra quiete, alacer exſurgo: meque protinus, purificandi ſtudio, marino lavacro trado; ſeptieſque ſubmerſo fluctibus capite; quod eum numerum præcipue religionibus aptiſſimum Pythagoras prodidit*, &c. Quod ex κακοζηλία Diaboli depromtum videtur ex hiſtoria de Naämane Syro. 2 *Reg.* 5: *v.* 10, 14. qui juſſu Eliſæi Vatis ſepties ſe aquis Jordanis lavit. Multa in hoc numero latentia myſteria enumerat Philo Judæus, libro περὶ κοσμοποιΐας. Clemens Alex. *lib.* 5. *Strom.* Gentiles peculiarem in eo virtutem eſſe crediderunt. *Macrob. lib.* 1. *in ſomn. Scipionis cap.* 6. *Agell. lib.* 3. *cap.* 10. *Hieron. in Amos. cap.* 5. *Cœl. Rhodig. lect. antiq. lib.* 22. *cap.* 12. *Cenſor. de die natal. cap.* 7.

Ex duobus numeris imparibus ternario & ſeptenario oritur denarius, qui & in his ceremoniis celebris, ut ex ceremoniis denariis ex Feſto liquet, *vid. ſupr. cap.* 32. de hujus perfectione multa diſſeruntur a Philone Judæo, libro de decalogo, & Joach. Camerario, in commentario Græco, quem ſuper aurea Pythagoræ carmina ſcripſit, & Ovidio 3. Faſtor.

Annus erat decimum cum luna repleverat orbem,
Hic numerus magno tunc in honore fuit. &c.

Numerum parem a ſacris excluſiſſimum fuiſſe ante dixi: contra ſentit Saubertus *de ſacrif. cap.* 11. binarium in expiationibus perufitatum fuiſſe affirmans, ex Ovidio, 4. Faſt.

Bis caput intonſum fontana ſpargitur unda,

Bis

Bis ſua faginea tempora fronde tegit.

Imo hunc numerum duplicatum fuiſſe, ex eodem Ovidio judicat, qui ſic canit:

His Dea placanda eſt, hæc tu converſus ad ortus
Dic quater, & vivo perlue rore manus.

Verum hæc ſententiæ noſtræ ne tantillum quidem derogant. Numerum enim binarium infauſti eſſe ominis, ipſe Ovidius indicat, 1. amor. eleg. 12.

Ergo ego vos rebus, duplices pro nomine ſenſi,
Auſpicii numerus non erat iſte boni.

Duabus enim unitatibus conſtans, principium quidem ac finem habet, caret autem medio. Moſes quidem, hiſtoriam creationis univerſi deſcribens, operibus ſecundi diei non videtur addere ſolennem clauſulam: *Vidit Deus hoc eſſe bonum.* Unde Judæi colligunt, hoc die diabolum cum angelis ſuis deſeruiſſe ſuum principium, atque e cœlo cecidiſſe, adeoque eo ipſo tempore infernum eſſe creatum. Hinc origo proverbii Belgis frequentati, quo ignavi ſocordiam ſuam tegere conantur: Maandaghs ſpoet / Selden goet. Gehennam hoc die factam eſſe videre ſe putant in Jeſaia; cap. 30: v. 33. ubi *heſterna die* (*ſecundam* illi interpretantur) Tophet dicitur eſſe creatum. Aliam enim ejus loci mentem eſſe manifeſtum eſt: non enim de inferno, ſed de valle Tophet agitur, quæ erat in conſpectu Hieroſolymorum, impuriſſimis Molochi ſacris dicata, quæ palam ad portam urbis, maximo cum apparatu celebrabantur: Sic Regi Babylonio illuſtriſſimum exitium minatur Vates, quod in oculis Eccleſiæ perficiendum conjugata & affini voce nominat, quo etiam tota ejus ſupplicii deſcriptio addita ſpectat. Quod vero hoc *heſterna die* paratum dicitur, ſynecdoche frequens eſt, qua pars temporis proxima, pro toto ſumitur, ut *Gen.* 31: 2, 5. Moſes ait ſecundo die cœlum eſſe creatum, illi vero infernum: quæ nimium quantum diſtant: B. Hieronymus dicebat, ideo ſecunda die illud de bonitate operis præteriri, quia binarius myſtice malus eſt; in odium ſcilicet conjugii, quæ ratio merito ridetur. Quomodo enim homo binarium dicat eſſe malum, cum Deus ipſe dicat, non eſſe homini bonum ut ſit ſolus, eoque ei uxo-

Digitized by Google

rem dederit adjutorium. Imo ſi textum Moſis recte conſideres, ſolennem benedictionem diei ſecundæ revera additam videbis. Nam verba hæc verſus 10. *Et vidit Deus quod eſſet bonum*, pertinent ad diem ſecundum. Ac pro eo quod nunc eſt verſu. 9. *Et dixit*, reſcribendum, *& dixerat*: quandoquidem ſatis conſtat, vocem Hebræam, & ſimiles, nunc præteriti perfecti, nunc plusquam-perfecti habere ſignificationem. Vel argumento fuerint illa *ſeq. cap. verſ.* 7, 8, 9. ubi videas non perfecto ſed plusquam-perfecto transferri: *Formaverat hominem: plantaverat hortum, & germinare fecerat.* Atque hæc Voſſii ſententia eſt, *lib. 2. de idolol. cap.* 67. Adeoque in S. Scriptura ne γρῦ quidem præſidii eſt huic ſuperſtitioni.

In loco Ovidii, quo Saubertus nititur, manifeſtum eſt, Numam duo inſtituiſſe ſacrificia:

> —— *Geminas Rex Numa mactat oves.*
> *Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno.*

Ideoque bis ſe ad illa parare neceſſe erat. Non ergo numerus ille binarius, de binaria aſperſione in una luſtratione; ſed de duabus diverſis luſtrationibus propter geminum ſacrificium capiendus eſt.

Pergo ad quaternarium, ex duobus binariis exſurgentem. Hic Pythagoricis myſticus fuit, per quem ipſe juravit Pythagoras, quem perennem rerum fontem eſſe judicavit. Unde in aureis carminibus, ſub ejus nomine circumlatis:

> Ναὶ μὰ τ̃ ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
> Παγὰν ἀενάου φύσεως.

Multi per τετρακτὺν nomen Dei τετραγράμματον intelligunt, quod Pythagoras a Judæis, præſertim Daniele Vate jam ſeptuagenario, vel a Carmelitis, hoc eſt, Eliæ ac Eliſæi diſciplinam in monte Carmelo profeſſis, didicerit. *vid. Voſſ. hiſt. Philoſ. lib.* 2.

In luſtrationibus hunc numerum obſervatum fuiſſe non arguit Ovidii Carmen. Homines enim docti, cui multa hujus Poetæ exemplaria contulerunt, in plurimis ſic legerunt:

> *Dic ter, & in vivo perlue rore manus.*

quod ad hunc locum notavit Nic. Heinſius, qui & unica litera ſublata commode legi poſſe monet:

Dic

Dic ter , & i vivo perlue rore manus

quem loquendi modum non raro ab oſcitantibus librariis interverſum , eraſum , corruptum multis exemplis idem docet : *ad* 3. *amor. eleg.* 3. *Heroid. epiſt.* 4. *v.* 127.

Eleganter Auguſtinus, lib. 11. de Civ. Dei, cap. 31. *Habenda eſt ratio moderationis atque gravitatis , ne forte , cum de numero multum loquimur , menſuram & pondus negligere judicemur.* quare multas ineptias, circa numeros antiquis excogitatas, prætterimus , vide Agrippam, *de occult. Philoſ. lib.* 2.

Aquæ effuſio Luſtrantibus quoque uſitata. Sic filii Iſrael , 1 Sam. 7: 6. *Hauſerunt aquam , & effuderunt in conſpectu Domini , & jejunaverunt , ac dixerunt , peccavimus Domino.* Qua ratione ſuam , coram Deo , humiliationem teſtati ſunt , quaſi eſſent tanquam aqua effuſa , quæ conculcatur, diffluit, abſorbetur. Sapiens illa Thekoitis , 2 Sam. 14. de luctu populi propter exilium Abſalomi : *Futuri ſumus veluti aqua diffluentes in terram , quæ non recipiuntur.* Ipſe Meſſias *Pſ.* 22: 15. in ſtatu humili : *Sicut aqua effundor.* Hinc ducta metaphora , anima in orationibus effundi dicitur. 1 *Sam.* 1: 15. *Pſ.* 62: 9. *Thren.* 2: 19.

Apud gentiles quoque uſitata. Cratinus in Chirone apud N. Com. Mythol. lib. 1. cap. 14.

Ἄγε δὴ πρὸς ἠῶ πρῶτον ἁπάντων ἵσο,
Καὶ λάμβανε χερσὶ σχίνον μεγάλην,
Χέε τάδε. τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν κρατήρων χέε.
Age vero ad auroram primum omnium conſiſte ,
Et cape manibus juncum magnum ,
Funde hæc. aquam e crateribus funde.

Athenæus lib. 9. circa fin. oſtendens ἀπόνιμμα etiam dici ἐπὶ τῶν τοὺς ἐναγεῖς καθαιρόντων , ex Clidami exegeticis , de luſtratione hominum piaculo obſtrictorum præfatus , hæc ſubdit :

Ὀρύξαι βόθυνον πρὸς ἑσπέραν τοῦ σήματος,
Ἔπειτα παρὰ τὸν βόθυνον πρὸς ἑσπέραν βλέπων
Ὕδωρ κατέχει , λέγων τάδε.
Ὑμῖν ἀπόνιμμ' οἷς χρὴ , καὶ οἷς θέμις.
Ἔπειτα αὖθις μύρον κατέχει.
Sub veſperam ſepulchri foſſam excava ,

Deinde

Deinde converſis in eam foſſam oculis, ſub veſperam
Aquam effunde, ac poſt, hac eloquere:
Vobis luſtrationem hanc offero, quibus oportet, & quibus fas eſt.
Ungnento dehinc foſſam adſperge.

Ludos Deorum placandorum cauſa inſtitutos fuiſſe teſtis eſt Servius, ad 3. Æneid. v. 279. *Sciendum ſane moris fuiſſe, ut piaculo commiſſo, ludi celebrarentur.* Prudent. lib. 1. in Symmachum.

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena.
Heu male luſtrata Phlegetontia victima Roma!
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid pulvis caveæ ſemper funebris? & illa
Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?
Nempe Charon, jugulis miſerorum ſe duce dignas
Accipit inferias, placatus crimine ſacro.
Hæ ſunt deliciæ Jovis infernalis, in iſtis
Arbiter obſcuri placidus requieſcit Averni.

Livius, lib. 7. cap. 2. *Cum peſtilentiæ vis, nec humanis conſiliis, nec humana ope levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, inter alia cœleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur.* Ludi Apollinares voti & facti a P. Licinio Varo, Præt. urb. *Liv. lib.* 27. *cap.* 23. Apollini Delphico inſtituti ludi muſici, ut placaretur ira ejus, qua putabant afflictas eſſe ſterilitate Græciæ regiones. *Auguſt. de civ. Dei, lib.* 18. *cap.* 12. Ludi Taurii in honorem Deorum inferorum, regnante Tarquinio Superbo, inſtituti, cum in mulieres gravidas peſtilentia, ex taurorum carne orta, incidiſſet. *Feſtus.*

Reſtituti ac inſtaurati Romæ ludi magni, ex ſomnio Titinnii, quod prioribus ludis præſultator Jovi diſplicuiſſet. *Liv. lib.* 2. Valerius Max. lib. 1. cap. 7. addit: *quæ res, niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocre periculum.* Clarius Macrobius. lib. 1. cap. 11. *Ex Senatus itaque conſulto, & Mævia lege ad* propitiandum Jovem, *additus eſt illis Circenſibus dies is, qui* inſtauratitius *dictus eſt, non ἀπὸ τοῦ ſαυροῦ, ſed a redin-*

redintegratione, *juxta Varronem*, *qui inſtaurare ait eſſe inſtar novare.* Cicero, *de orat. aruſp. reſp.* Ludos minus diligenter factos, pollutoſque, ex ſententia Pontificum inſtaurari ac renovari debere cenſet. In his non tantum fortuito caſu, ſed etiam ſæpe conſulto peccatum, ſtudio eorum ad quos inde lucrum redibat, adeo ut nonnunquam decimum repeterentur, ideoque Claudius Imp. legem tulit, ut Circenſes ludi per unum diem tantum reficerentur. *Dio. lib.* 60. Lege & mirare inſanas ludorum pompas ab Antiocho Epiphane, & Ptolemæo Philadelpho inſtitutas apud Athenæum, *deipnoſ. lib.* 5.

Præ aliis, apud Romanos cum cura celebrati ſunt *Ludi Seculares*, quos Auguſti tempore, ejuſque juſſu inſigni carmine illuſtravit Horatius. Ritus autem quibus pro populi Romani incolumitate defungebantur, & quæ ſacrificia, quibus Diis mactata, ex oraculo Sibyllino deſcribit Zoſimus, *hiſt. lib.* 2. quem vide, & Phlegontem *de Longævis*, *cap.* 4. Adde *Spanh*: *de numiſm. p.* 852.

His theatri vanitatibus, ut privati impudicitiæ conſiſtorii, ubi nihil probatur niſi quod alibi non probatur, ut ait Tertullianus, *de ſpect. cap.* 17. oppoſuit ſe ipſe Seneca, *epiſt.* 7. Junius Mauricus, de quo Plinius *lib.* 4. *epiſt.* 22. & Eccleſiæ primitivæ patres: Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius, Chryſoſtomus, Auguſtinus *de* C. D. *lib.* 1. *cap.* 31. 32. *lib.* 4. *cap.* 1.

Imo ipſa Impudicitia & ſcortatione Deos placari credebant. Athan. adv. Gente: Γυναῖκες γοῦν ἐν εἰδωλείοις τῆς Φοινίκης πάλαι προεκαθέζοντο, ἀπαρχόμεναι τοῖς ἐκεῖ θεοῖς ἑαυτῶν τὴν τοῦ σώματος αὐτῶν μισθαρνίαν. Νομίζουσαι τῇ πορνείᾳ τὴν θεὸν ἑαυτῶν ἱλάσκεσθαι, καὶ εἰς εὐμένειαν ἄγειν αὐτὸν διὰ τούτων. *Fœminæ in idolorum Phœnicia templis ſe publice proſtituebant: quæ corporis ſui mercedem Diis ſuis offerebant, quod meretricia oblatione placari, propitioſque reddi ſibi crederent Deos.*

Sed & Deos ſuos mendicos fecerunt ſtipem illis offerentes. Varro, lib. 5. de ling. Lat. *Inſtitutum etiam nunc, Diis cum theſauros aſſes dant, ſtipem dicunt.* Seneca apud Lactantium, lib. 2. cap. 2. ubi de Deorum ſimulachris loquitur: *Illis ſtipem jaciunt*,

Digitized by Google

unt, victimas cadunt. Ipſe lib. 7. de benef. cap. 4. *Tamen Diis poſuimus donum, & ſtipem jecimus.* Cereri præſertim ac Proſerpinæ hoc fiebat. Jul. Obſeq. cap. 45. *Populus ſtipem, matronæ theſaurum & Virgines dona Cereri & Proſerpinæ tulerunt* & cap. 52. *Supplicatio fuit, populus Cereri & Proſerpinæ ſtipem tulit.* Adde Lipſium, *ad Tacit. annal.* 14. *cap.* 15. Voſſium, *de idolol. lib.* 2. *cap.* 53. Roſinum, *Antiq. lib.* 3. *cap.* 27. Sic & veſtibus eorum ſigna ornabant, ut mulieres, (1. Æneid.)

Ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant.

Religionem hanc riſit Dionyſius Syracuſanus, qui Jovi Olympio aureum detraxit amiculum grandi pondere, cavillatus æſtate hoc grave eſſe, hyeme frigidum; eique laneum pallium injecit, quod ad omne anni tempus eſſet aptius. *Cic. de nat Deor. lib.* 3.

Syri, ubi piſcem comediſſent Venerem (quæ ſc: in piſcem mutata) quem *Derketo*, & *Dagon* vocabant, more patrio in ſterquilinio ſedentes, ſacco operti placabant. Menander:

——— Παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ.
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν, ἔλαβον σάκκον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο, τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.
——— *Exemplum Syros cape.*
Ubi illi piſcem comederint, propter quandam
Eorum intemperiem, pedibus ventre
Intumeſcunt, ſaccum capiunt, tum juxta viam
Sedent ipſi in ſtercore, Deam
Propitiant, ut tumorem valide auferat.

De ipſa Dea vide Voſſium, *de idolol. gentil. lib.* 1. 23. Placandi autem ratio per ſaccum & cinerem crebro etiam in ſacris literis occurrit.

His tandem acceſſerunt Supplicationes & Lectiſternia: cujus ſuperſtitionis monumentum: *Fortunam in lectiſternio jacentem*, ex nummo exhibet Patinus, in nummis Impp. *pag.* 245. 246. Hoc primo factum, A. V. C 354. *Liv. lib.* 5. *cap.* 13. Sæpiſſime apud

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

45



Digitized by Google

Digitized by Google

apud Livium hæc religio occurrit. Unus nunc locus ſufficiet; ex lib. 22. cap. 10. *Votis rite nuncupatis, ſupplicatio edicta. Supplicatumque iit cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, ſed agreſtium etiam, quos in aliqua ſua fortuna publica quoque contingebat. Curatum Lectiſternium, & per triduum habitum, Xviris ſacrorum curantibus, & pulvinaria in conſpectu fuere: Jovi & Iunoni unum, alterum Neptuno & Minervæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Veſtæ, ſextum Mercurio ac Cereri.* Habent enim ut Arnobius ait, *lib.* 7. Dii lectos ſuos, atque ut ſtratis poſſint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque excitatur impreſſio.

CA-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CAPUT. XXXVI.

Luſtratorum dimiſſio & felicitas. Purgamentorum, addita precatione projectio. Numen Videre periculo plenum. Vultus averſio. Abjectio in mare, flumen. De fonte Clitorio. Abjectio in trivia. Ὀξυθύμια. *Hircus Azazel. Exſecrati urbibus ejecti, ſcillis, &c. petiti. Callimachus.*

SAcris jam rite peractis, ſolennia quædam, tum circa perſonas, tum circa res, cum cura & religione facta, obſervata.

Populus in omnibus fere ſacris per ILICET, & λαοῦ ἄφεσις dimittebatur. *vid. Saubert. de ſacrif. cap. ult.* Sic in Luſtrationibus :. Hinc illud apud Sertorium Urſatum, de notis Rom *pag.* 301. LUSTR. MISS. *Luſtrum miſſum*, id eſt purgatio facta.

Felicitatem ſuam teſtabantur luſtrati clamantes: Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Demoſth. de corona: Καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ, καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. *Et expians* (Æſchines) *eos qui initiabantur, & extergens luto, & furfuribus, & cum ſurrexiſſes a luſtratione dicere jubens: Effugi mala, reperi meliora.* Quo faciunt ea quæ ad interiora templorum jam admittendi dicebant: ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. *De tympano manducavi, de cymbalo bibi, religionis ſecreta perdidici.* Initiato gratulabundi accinebant: χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον φῶς. Quaſi ille Deo deſponſatus, & novus homo factus eſſet. *vid. Jul. Firmicum de err. prof. relig.* quomodo & apud Hebræos חתן *Sponſus* dicitur puer quando circumciditur, ſive ipſo circumciſionis die. Arabibus certe חתן circumciſionem notat. *Schindl. lex. col.* 677, 678. Quo reſpexiſſe videtur Zippora Moſis uxor, *Exod.* 4:25, 26. Arabice procul dubio locuta. Huc pertinet

lentum

lentum illud murmur, quo Julio Firmico teſte, ſacerdos unctos ad gaudium excitat:

> Θαῤῥεῖτε, μύσαι, τοῦ θεοῦ σεσωσμένου,
> Ἔσαι γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.

Finem enim & fructum myſteriorum eſſe dicebant; quod initiati poſt mortem cum Diis eſſent habitaturi, cum non initiati in cœno & luto ſeſe eſſent volutaturi. Plato in Phædone: Κινδυνεύουσιν οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες, οὐ φαυλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος, καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. Ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Videntur illi qui hac ſacra nobis inſtituerunt non mali fuiſſe, ſed reipſa olim ſignificaſſe, quod qui non initiatus ad inferos deſcenderit, in luto haſurus: qui vero purgatus perfectusque eo venerit, cum diis ſit habitaturus.* Sic Cicero 2. de legg. *Mihi*, ait, *cum multa eximia divinaque videntur Athenæ tuæ reperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe; tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti immanique vita, exculti ad humanitatem & mitigati ſumus; initiaque, ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus, neque ſolum cum lætitia vivendi rationem accepimus; ſed etiam cum ſpe meliore moriendi.* Quam vocat Tullius *rationem moriendi cum ſpe meliore*, eam Poëtæ affirmant fuiſſe certam ſpem vivendi poſt mortem, ſi quis eſſet initiatus, quum non imbutos illis ſacris mala apud inferos manerent: Sophocles apud Plutarchum, Πῶς δεῖ νέον ποιημάτων ἀκούειν.

> Ὡς τρισόλβιοι
> Κεῖνοι βροτῶν, οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη.
> Μόλωσ' εἰς ᾅδου. Τοῖς δὲ γὰρ μόνοις ἐκεῖ
> Ζῆν ἐστι· Τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.
>
> *O Beatiſſimi*
> *Illi mortalium, qui conſpicati hac ſacra*
> *Veniunt in infernum: His enim ſolis illic*
> *Vivere licet: reliquis omnia illic ſunt mala.*

Eurip. Bacch.

> Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων τελετὰς θεῶν
> Εἰδὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει,
> Καὶ θιασεύεται ψυχὰν

Ἐν ὄρεσι Βακχεύων
Ὁσίοισι καθαρμοῖς.
O felix quicunque beatus ſacra Deorum
Sciens, purificat vitam;
Et conſecrat animam
In montibus Bacchans,
Sacris purgationibus.

Quam utilitatem Platonicus quidam, nec ſine verborum alluſione ſic deſcribit: Σκοπὸς τῶν τελετῶν ἐστιν εἰς τέλος ἀναγαγεῖν τὰς ψυχὰς ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἐποιήσαντο κάθοδον, ὡς ἀπ' ἀρχῆς. *Scopus myſteriorum eſt reducere animas in illam conditionem, unde primo deſcenderunt.*

Tanti fœdiſſimæ ineptiæ a miſeris gentilibus æſtimabantur, quamvis etiam prudentiores nihili has facerent, quod de Leotychida narrat Plutarchus in Laconicis, qui Philippo ὀρφεοτελεστῇ, ſed prorſus mendico, jactanti omnes a ſe initiatos poſt mortem beatos fore, reſpondit: *Cur non moreris quam primum, quo infelicem tuam egeſtatem flere deſinas.* Diogenes etiam ridiculum eſſe dixit, ſiquidem Ageſilaus & Epaminondas, in cœno degerent, viles autem quique initiati in beatorum eſſent inſulis: Plutarchus, *lib. ſupr cit.*

In rebus ipſis hoc obſervatum, quod purgamenta, quibus ſceleris & culpæ admiſſæ nefas, omnemque noxam inhærere credebant, abjicerentur, additis exſecrationibus & deteſtationibus. Ægyptii victimarum capita abjicientes addunt: Εἴ τι μέλλοι ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ κακὸν γενέσθαι, εἰς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι. *Si quid mali, aut ipſis immolantibus, aut univerſæ Ægypto futurum ſit, id in caput hoc convertatur. Herodot. lib. 2.* Plutarch. de Iſide & Oſiride: Διὸ τῇ μὲν κεφαλῇ τοῦ ἱερείου καταρασάμενοι, καὶ ἀποκόψαντες, εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίπτουν πάλαι· νῦν δὲ τοῖς ξένοις ἀποδίδονται. *Itaque in caput victimæ exſecrati, amputatum in flumen abjiciebant antiquitus, nunc id dant peregrinis.*

In ipſa autem projectione vultum ſollicite avertebant. Numen enim oculis intueri periculo conjunctum eſſe Tireſiæ atque Actæonis fabulis perſuaſi, crediderunt. Lege quæ Illuſtr. Ezechiel Spanhemius docet ad Callimachi hymnum in Palladis lavacrum

455



ROMA

Digitized by Google

vacrum. *v.* 54. Ipſe Deus O. M. ſua manu Moſem velavit: Elias faciem texit, cum glorioſæ Dei præſentiæ ſignum perſentiſceret. Nec uxor Lothi impune reſpexit in Sodomæ excidio: Tale enim erat mandatum Angelicum: אל תביט אחריך LXXII. Μὴ βλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω. *Gen.* 19. Cujus rei ὑπόνοιαν facunde explicat Philo Judæus in libro de ſomniis circa finem. Servator autem paucis, Luc. 9: 62. Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Nemo qui manu ſua admota aratro reſpexerit ad ea quæ retro ſunt, appoſitus eſt ad regnum Dei.* Et in Pythagoricorum præceptis erat, εἰς τὸ ἱερὸν ἐπερχόμενος μὴ ἐπιστρέφου. quod Simplicius ad Epicteti enchiridion. *cap.* 74. ſic interpretatur: Οἷα τὸν εἰς Θεὸν ὁρμηθέντα: οὐ χρὴ δίγνωμόν τι ἔχειν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἀντεχόμενον. *Qui ad Deum ſe contulerit, non ſit ancipiti animo, neque res humanas curet.* Apud Malchum extat ſimile Pythagoræ dictum: Ἀποδημοῦντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι. Hac ergo ratione diabolus ſuis etiam ſacris majeſtatem conciliare voluit. Virg. Ecl. 8.

Fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti,
Tranſque caput jace, ne reſpexeris.

Val. Flacc. 3. Argon.

—— Luſtramina ponto Pone jacit. ——

Nemeſian. Ecl. 4.

—— Ter fronde ſacra, ter thure vaporo
Luſtravit, cineresque averſa effudit in amnem.

Claudian. de VI. Honorii conſulatu:

Trans caput averſis manibus jaculatur in Auſtrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Euſtath. Odyſſ. x. circa finem: ἃ καὶ ἐξάγοντες τῶν οἴκων, μετὰ τὰς ἐθίμους ἐπαοιδὰς προσέῤῥιπτον ἀμφόδοις, ἔμπαλιν τὰ πρόσωπα στρέφοντες, καὶ ἐπανιόντες ἀμεταστρεπτί. *Quæ ex domibus educentes, poſt ſolitas incantationes, in trivia projiciebant, retro faciem vertentes, & ſine converſione redeuntes.* Sophocl Oedip. in Colon.

Αἰτοῦ σύ γ' αὐτὸς, κεἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
Ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοὴν,
Ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος.
Pete tu ipſe, & ſi quis alius loco tuo,

Inaudi-

Inaudita clamans , neque producens voce ,
Deinde autem reptando abi , ſine converſione.

Theoc. Heracliſ.

Ἠελ δὲ ξυλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥίψατο , εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα ,
Ῥωγάδες , ἐς πίτεραν ὑπὲρ οὔρειον , ἂψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος·
Sub Auroram aliqua ex ancillis collectum cinerem
Projiciat bene omnem , ad fluvium ferens ,
In petras præruptas , in ventum ſecundum , ſtatimque redeat
Non reſpectans.

Locum ex Æſchylo habet Turnebus : *adverſ. lib.* 19. *cap.* 22. Ἡ σίγ' ἀτίμως , ὥσπερ οὖν ἀπώλετο πατήρ , τάδ' ἐκχέουσα γάποτον χύσιν στείχω , καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψασα , πάλιν δικοῦσα τεῦχος , ἀστρόφοισιν ὄμμασιν. Addit ex Euripidis Andromacha : Εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν , ἅτις τέκεν ποτὲ πάριν. *Utinam abjeciſſet perniciem ſupra caput , quæ peperit Parin.* Apollon. 3 Argon.

Ἔνθα δ' ἔπειτα θεὰν μεμνημένος ἱλάσκεαι.
Ἂψ δ' ἀπὸ πυρκαϊῆς ἀναχάζεο. μηδέ σε δοῦπος
Ἠὲ ποδῶν ὄρσῃσι μεταστρεφθῆναι ὀπίσω ,
Ἠὲ κυνῶν ὑλακὴ· μὴ πῶς τὰ ἕκαστα κολούσας.
Ubi vero Deum memor deinde placaveris ,
Iterum a rogo recede. ne vero te ſtrepitus
Sive pedum moveat , converti retro
Seu canum latratus , ne totam rem hebetes.

Ino , Odyſſ. E.

Ἂψ ἀποδυσάμενος βαλέειν εἰς οἴνοπα πόντον ,
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου , αὐτὸς δ' ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι.
Rurſus reſolvens projice in nigrum pontum
Longe a continente , ipſe autem ſeorſum averſus ſis.

Sic Odyſſ. K. v. 528.

5. Faſt. *S.c i b: libavit , proſecta ſub æthere ponit ,*
Quique adſint ſacris reſpicere illa vetat.

Apulejus (ſic vulgo inſcribitur) de virtutibus herbarum , cap. 7. *Si quis devotatus defixusque fuerit in ſuis nuptiis , ſic eum reſolves : Herba pedis leonis frutices numero ſeptem , ſine radicibus decoque cum*

Digitized by Google

cum aqua, Luna decreſcente lavato eum, & teipſum qui facis, ante limen extra domum, prima nocte: & herbam incende ariſtolochiam, & ſuffumigato eum, & redito ad domum, & ne poſt vos reſpiciatis, reſolviſti eum. Hoc mandatum Orpheo, 10. metam.

Ne flectat retro ſua lumina, donec avernas
Exierit valles, aut irrita dona futura.

Projiciebantur autem καθάρματα vel in Aquam, vel in terram.

In Aquam vero tum marinam, tum fluvialem.

In mare: ut Iliad. A. v. 313, 314.

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν,
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Jul. Obſeq. de prodig. cap. 43. *Hoſtiarum cinis per decemviros in mare diſperſus.* Suidas: Οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν ξυνέχοντι τῶν κακῶν· περίψημα ἡμῶν γένου, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις. Καὶ οὕτως ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτίννοντες. *Ei qui malis averruncandis deſtinatus erat, ſic imprecabantur: Sis* περίψημα *noſtrum, id eſt, ſalus & redemtio. Et ſic mari injecerunt, quaſi Neptuno victimam mactantes.* Ex horum ſacrorum ritu eſt, quod narrat Homerus, *Iliad. T.* v. 266-269. Aprum ſuper quo Agamemnon juraverat ſe non attigiſſe Briſeïdam, a Talthybio in mare fuiſſe dejectum.

Ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ·
Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥῖψ' ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν.

Sic ait, & pecudis jugulum ferit enſe recidens,
Talthybius quam mox in fluctus æquoris eſcam
Piſcibus abjecit

In flumina: Ægyptii capita devotarum pecudum & mactatarum, ſi in foro peregrinos emtores non invenirent, in flumen abjecerunt, ne ullus Ægyptiorum hoc deguſtaret: *Herodot. lib. 2.* Phigaliam præterfluit fluvius *Lymax*, ἀπὸ τῶν λυμάτων, quia cum Rhea Jovem peperiſſet, Nymphæ puerperii purgamenta in hunc amnem abjecerunt. *Pauſan. lib. 8.* Melampus Amithaonis filius in fontem Clitorium projecit ἀποκαθάρματα, poſtquam Prœti filias a μανία liberaſſet, unde hæc vis illi fonti inhæſit, ut abſtemios faceret. quocirca καθαρτὴς dictus teſte

Servio, ad 3. Georg. v. 550. Ovid. 15. metam.

Sive quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Prœtidas attonitas poſtquam per carmen, & herbas
Eripuit furiis, purgamina mentis in illas
Miſit aquas, odiumque meri permanſit in illis.

Quæ Poeta ſumſiſſe videtur de epigrammate, quod in lapide fontis inſcriptum refertur apud Vitruvium, lib. 8. de Architect.

Ἀγρότα σὺν ποίμναις τὸ μεσάμβρινον ἤν σε βαρύνῃ,
 Δίψος ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον.
Σῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα, καὶ παρὰ νύμφαις
 Ὑδριάσι, στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.
Ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
 Πημήνῃ θέρμης ἔνθος ἐόντα μέθης.
Φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπους
 Λυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης,
Πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἂν ἀπ' Ἄργους
 Οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

Latine hæc vertit Gybertus Longolius, ſuis, ad Ovidii locum modo dictum, annotationibus:

Si pecus ex medio torret ſitis improba ſole,
 Clitoris unda tibi, paſtor amice, ſubeſt.
Hinc haurire licet, ſtabulumque apponere fonti,
 Sic memor & nymphas cætera poſce Deas.
At tua ne medio purges cave corpora rore,
 Ne pater Ignigenæ dona beata neget.
Odi ego, Bacche, tuas vites; ſed cauſa Melampus,
 Arcens hic rapida Prœtidas a furia.
Purgamenque mali liquidas immiſit in undas,
 Dum linquens Argos iret in Arcadiam.

Quæ in terram projiciebantur purgamenta, illis fere in triviis locus datus eſt. Petron. ſatyr. *Quod purgamentum in nocte calcaſti in trivio?* Nefarium enim & inauſpicatum habebatur ea vel calcaſſe, quia contagionem tangentibus tradere credebant gentiles. Euſtathius: Φασὶν ὅτι Δῖον ἐκάλουν ἱερεῖον τεθέντος Διὶ Μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅτε ἤγοντο τὰ πομπαῖα, καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο. *Ajunt* Dion *apellari ovinam*

Digitized by Google

num pellem victimæ Jovi Meilichio poſita in luſtrationibus, menſe Maimacterione præcipite, cum ducerentur pompæ, & purgamentorum in trivia ejectiones fierent. Æſchyli Scholiaſtes Choëphoris: Παρ' Ἀθηναίοις ἔθος ἦν καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ ῥίψαντες ἐν τῇ τριόδοις τὸ ὀστρακὸν ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. *Athenienſibus uſitatum, ut domum luſtrantes thuribulo teſtaceo, illo in trivium projecto, non reſpicientes recederent.* Hæc purgamenta ὀξυθύμια appellabantur. Harpocration: Δίδυμος ἀνακλείδα λέξιν παρασχάψας, ἐκ τῆς ἐξηγητικῶν φησὶ, ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται, καὶ ἀπολύματα ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν. Ariſtarchus autem ὀξυθύμια putat eſſe ligna quibus aliqui ſtrangulabantur, dicta ἀπὸ τοῦ ὀξέως τοῦ θυμοῦ χρῆσθαι. Ea vero excidentes exterminabant, comburebantque. *C. Rhodig. lect. ant. lib. 6. cap. 12.*

Quæ in trivia ſic projecta erant tangere, multo magis edere nefas. Porphyrius, lib. 2. §. 44. Πάντες ἐν τούτῳ ὡμολόγησαν οἱ θεόλογοι, ὡς οὔτε ἁπτέον ἐν τῇ ἀποτροπαίοις θυσίαις τῶν θυομένων, καθαρσίοις τε χρηστέον. *Omnes in hoc conſenſerunt Theologi, quod in ſacrificiis, quæ ad malum aliquod avertendum fiunt, ea quæ immolantur non ſint tangenda, ſed expiatoriis ſit utendum.* Hæc ratio eſt, quod Diogenes, apud Lucianum inter Cynicorum cibos recenſeat ᾠὸν ἐκ καθαρσίου, quod ſcilicet ex luſtrationibus rejectum ac relictum erat, conjungitque cum cœna Hecates, cui ſingulis menſibus in triviis ſacrificantes cœnam e cibis viliſſimis inſtruebant, qui a pauperibus diripiebantur, iis nempe, qui eo uſque mendicitatis & impudentiæ venerant, ut *e flamma cibum petere* non dubitarent. In Iſidori Gloſſario *Luſtramentum* exponitur *fætor, putor, oletum, fætulentia.* Sic *Exfir* Feſtus exponit purgamentum, unde adhuc manet ſuffitio. Nempe ab *exfio*, pro *expurgo.* vide Voſſ. etymol. in *Fio.* Et Ammonius περὶ διαφόρων λέξεων, καθάρματος originationem tradit, ſcribens:

Καθάρματα, τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπορριπτούμενα.

Nihil vero mali ex luſtratione ovis illis inhærere oſtendit Clemens Alex. *Strom. lib. 7.* quia talia ova, ſi fota fuerint, vivificantur.

Victimæ piaculares extra urbes hominumque conſortium ejiciebantur.

Judæi fingunt in deſerto eſſe montem quendam Azazel, quo

ab alienigena deductus fuerit hircus ille, cui in feſto כפורים ideſt, propitiationis obvenerat ſors illa, qui ab eodem alienigena e ſublimi loco præcipitatus ac neci datus ſit. *Cun. de Rep. Hebr. lib.* 2. *cap.* 6. Moſes vero, *Levit.* 16. docet, hircum hunc tanquam emiſſarium ac oberrantem in deſerto a Sacerdote fuiſſe expoſitum, ut libere ſine cuſtode vagaretur voce עזאזל compoſita ex עז *Caper*, & אזל *abiit.* quales ſacras pecudes Græci ἄφετα ζῶα, *vid. Victor. var. lect. lib.* 28. *cap.* 24. & Cl. Pitiſcum *ad Sueton. Cæſ. cap.* 81. LXX. Interpp. ἀποπομπαῖον vocant. Illa autem in vaſtam ſolitudinem abactio, an aliud quid, quam mortem minime naturalem, aut ex fame, aut ex ferarum laniatibus minabatur? *C. Rhodig. lect. antiq. lib.* 7. *cap.* 31. *Grot. de ſatisfact. Chriſti pag.* 14. *Outram. de ſacrif. lib.* 1. *cap.* 8. §. 2. *Spencer. de legg. Hebr. ritual. lib.* 3. *diſſert.* 8.

Maſſilienſes peſte laborantes unum ex pauperibus, anno integro ſaginatum, omnibus civitatis malis illi impoſitis, cum exſecrationibus ejiciebant, quod jam ante ex Servio a nobis relatum eſt. Leucadii in Apollinis ſacrificio quotannis hominem maleficum, avium pennis, aut ipſis etiam avibus onuſtum, de ſublimiori ſpecula præcipitem dederunt, finibuſque ſuis cum imprecatione, ut peccata eorum auferret, ejecerunt. *Strabo.* Feſtus in Mamertini. *Cum inceſſiſſet peſtilentia, conſultus Apollo reſpondit, non eſſe perſolutum votum de vere ſacro, ab iis factum quod homines immolati non eſſent, quos ſi expuliſſent, certe fore, ut ea clade liberarentur, itaque ii patria decedere juſſi.*

Creon apud Sophoclem: in Oedipo Tyranno:

Ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
Μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
Ἐν τῇδ᾽ ἐλαύνειν, μηδ᾽ ἀνήκεστον τρέφειν.
Οι. ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ζυμφορᾶς;
Κρ. Ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν.
Λύοντας, ὡς τόδ᾽ αἷμα χειμάζον πόλιν.

Phœbus Rex clare mandavit nobis Piaculum regionis, ut in hac terra educatum, Expellere, neque inexpiabilem nutrire. Oed. *Qua expiatione? qua ratio calamitatis?* Cr. *Si in exilium ejiciatur, aut cede cædes rurſus Luatur, quoniam hic ſanguis quaſi tempeſtate aliqua.*

liqua vexat civitatem. Jul. Obſequens, de prodig. cap. 43. *Urbe luſtrata, capra cornibus ardentibus per urbem ducta, porta Nævia emiſſa, relictaque.*

Apud Athenienſes Archon quidem in publico, civium autem quivis domi ſuæ βυλίμυ ἐξέλασιν celebravit. Servorum aliquem viticeis verberantes ferulis per fores ejiciebant, additis his verbis: ἔξω βύλιμον, ἔσω δὲ πλῦτον, καὶ ὑγίειαν. *Foras bulimum, intro divitias ac ſanitatem.* Plut. ſympoſ. lib. 6. quæſt. 8.

Ritum univerſum luſtrationis ſolennis Athenarum, ex Meurſii lectionibus Atticis, *lib.* 4. *cap.* 22. hic habes: „Immolan„dis e collo caricæ ſuſpendebantur; nigræ, illi qui pro viris, „albæ, qui pro fœminis eſſet. Helladius Chreſtom. lib. 3. a„pud Photium, in Bibliotheca: Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις φαρμακὸς „ἄγειν δύο. Τὸν μὲν ὑπὲρ ἀνδρῶν, τὸν δὲ ὑπὲρ γυναικῶν πρὸς τὸν καθαρ„μόν. Καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν μέλαινας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε. Λευ„κὰς δ᾽ ἄτερος. Præterea in manus dabant caſeum, mazam, & „caricas. Deinde ſepties colaphis, ſcillis, ficubuſque agre„ſtibus, & aliis ejuſmodi verberantes, igne cremabant ex li„gnis infelicibus inſtructo, cineresque in mare ſpargebant. Joh. „Tzezes, Chil. 5. cap. 23.

„ Ὁ φαρμακὸς, τὸ κάθαρμα, τοιοῦτον ἦν τὸ πάλαι,
„ Ἂν συμφορὰ κατέλαβε πόλιν θεομηνία,
„ Εἴτ᾽ οὖν λιμὸς, εἴτε λοιμὸς, εἴτε καὶ βλάβος ἄλλο,
„ Τῶν πάντων ἀμορφότερον ἦγον, ὡς πρὸς θυσίαν,
„ Εἰς καθαρμὸν, καὶ φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης,
„ Εἰς τόπον δὲ τὸν πρόσφορον στήσαντες τὴν θυσίαν
„ Τυρόν τε δόντες τῇ χειρὶ, καὶ μάζαν, καὶ ἰσχάδας,
„ Ἑπτάκις καὶ ῥαπίσαντες ἐκεῖνον εἰς τὸ πέος
„ Σκίλλαις, συκαῖς ἀγρίοις τε, καὶ ἄλλοις τῶν ἀγρίων.
„ Τέλος πυρὶ κατέκαιον, ἐν ξύλοις τοῖς ἀγρίοις,
„ Καὶ τὴν σποδὸν εἰς θάλασσαν ἔρραινον εἰς ἀνέμους,
„ Εἰς καθαρμὸν τῆς πόλεως, ὡς ἔφην, τῆς νοσούσης.

„ [Hæc carmina ſic vertit Sanctius in Minerva ſua, lib. 4.
„ *Catharma quondam tale purgamen fuit,*
„ *Si peſtis, aut fames, vel alia calamitas*
„ *Vexaret urbem ira Deorum percitam,*

„ *Ad victimam deformis ante omnes homo,*
„ *Purgamen, atque pharmacus ductus fuit*
„ *Cum ventum ad aram eſt, caſeum, ficus, ador,*
„ *Ipſi in manum dabant: deinde ſepties*
„ *Pudenda ſcillis verberabant victimæ,*
„ *Caprifico, & aliis ſurculis agreſtibus,*
„ *Agreſtiumque urebant ramis arborum*
„ *Devota membra: tum ſacrum cinerem gravis*
„ *Levamen urbis ventilabant in mare.*]

„ Quæ ille omnia collegit ex variis Hipponactis locis, quæ ibi
„ repræſentat. De caricis, maza, & caſeo ſunt iſti verſus ejus:

„ Δεῖ δ' αὐτὸν ἐις τε φάρμακον ἐκποιήσασθαι,
„ Κ' ἀφῇ παρέξειν ἰσχάδας τε καὶ μάζαν,
„ Καὶ τύρον, οἷον ἐσθίουσι φαρμακοί,
„ Πάλαι γὰρ αὐτοὺς προσδέχουσι χάσκοντες,
„ Κράδας ἔχοντες, ὡς ἔχουσι φαρμακοί.

„ De colaphis, ſcillis & ficubus, ecce iſti:

„ Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
„ Κράδῃσι, καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ φαρμακοί.

„ Et rurſum de ficubus:

„ Πόλιν καθαίρειν, καὶ κράδῃσι βάλλεσθαι.

„ A ficubus autem, quibus inter alia ὁ φαρμακὸς petebatur, e-
„ tiam κραδησίτης nuncupatus fuit. Heſychius: Κραδησίτης, φαρ-
„ μακὸς, ὁ ταῖς κράδαις βαλλόμενος. Præterea veſte ornatiore induti
„ erant. Suidas in καθάρμα. ὑπὲρ γὰρ καθαρμοῦ πόλεως ἀνῄρουν ἐστολισμένον
„ τινὰ, ὃν ἐκάλουν κάθαρμα. Ac deducebantur ad tibiæ cantum,
„ cujus modulus κραδίης νόμος dicebatur. Heſychius: Κραδίης
„ νόμος νόμον τινὰ ἐπαυλοῦσι τοῖς ἐκπεμπομένοις φαρμάκοις. Hactenus
„ Meurſius.

In talem contemtum venerat Poëta Callimachus, propter o-
pus αἰτίων, in quod moroſa diligentia, hiſtorias ab omni cogni-
tione remotas digeſſerat, (*vid. C. Rhodig. lect. antiq. lib.* 12. *c.* 1.)
Propertius vocat *ſomnia Callimachi*, quia Muſas ſibi ſcripturo
per ſomnum affuiſſe finxit. Vide epiſtolam Criniti, quæ inter
epiſtolas Angeli Politiani legitur, *lib.* 12. *epiſt.* 20. Poëta ipſe
κάθαρμα vocatur in Anthologia Græc. epigr. lib. 1.

Digitized by Google

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὀξύλινος νοῦς,
Αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου.
Callimachus piaculum, ludicrum, ligneum commentum;
Auctor qui ſcripſit aitia Callimachi.

Κάθαρμα enim homo eſt nequam, & abjectis vilior algis Gloſſ. Græcolat. κάθαρμα, ἐπὶ ὕβρεως, *purgamentum*. Jul. Poll. lib. 5. cap. 46. Τῶν ἐν τοῖς τριόδοις καθαρμάτων ἐκβλητότερος. Lucianus: Καὶ ἐξονειδίζει ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. Philo Judæus: Καθάρματα, καὶ παρενοχλήματα, καὶ γῆς ἄχθη, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσι.

CAPUT XXXVII.

Luſtrationes quædam peculiares: Eorum, qui Trophonii oraculum conſulturi. Item circa Inſaniam: Fulmina: Somnia: Funera: Peſtem: Tempeſtates: χαλαζοφύλακες. monſtra.

TAndem ſpicilegium quorundam παραλειπομένων inſtituam. Fuerunt enim ritus quidam peculiares, qui a reliquis deviantes, quibuſdam caſibus fuerunt proprii.

Trophonii oraculum ſi qui peterent, antequam in ejus antrum deſcenderent luſtrabantur ritibus a Pauſania in Bœoticis, deſcriptis: „ Primum dierum certum numerum eſt ei in ædicula quadam commorandum, quæ Bono Genio, & Fortunæ „ ſacra. Illic & alia ſuſcipit expiationum genera, & interdum „ calidis ex Ercyna Fluvio ſe abluit. Carnes ei de victimis large „ ſuppeditant. Immolat enim Trophonio & filiis: Præterea A„ pollini, Saturno, Jovi Regi, Junoni Heniochæ, Cereri Eu„ ropæ, quam Trophonii nutricem fuiſſe perhibent. Aruſpex „ cæſarum hoſtiarum viſcera inſpectat, unde vaticinatur, num „ Trophonius placatus conſultorem admiſſurus ſit. Reliqua exta pro nihilo ducuntur, præter ea quæ ea ipſa nocte, qua quis „ deſcendit, mactantur, ariete ad foveam cæſo. Deſcendit au„ tem hoc modo: Sacrificuli noctu eum ad Ercynam Fluvium

„ dedu

„ deducunt, oleo perungunt pueri duo ex oppidanis annos fer-
„ me nati tredecim, quos Hermas, id eſt, Mercurios nun-
„ cupant, qui pro ſuo captu omnia ipſis miniſtrant. Hinc ad
„ duos amnis fontes ducto bibenda eſt Lethes aqua, quo ei cun-
„ ctorum contingat oblivio; deinde Mnemoſynes, ut ne effluant
„ ea, quæ intra penetralia viderit. Conſpecto ſimulacro, quod
„ a Dædalo factum, nulli niſi ad Trophonium acceſſuro, a Sa-
„ cerdotibus oſtenditur, votisque religioſe nuncupatis, ad ora-
„ culum progreditur tunicam indutus lineam, tæniis incinctus,
„ ſolcis popularibus in pedes inductis. Quomodo autem oracu-
lum audiatur, & conſultor egrediatur, tum apud Pauſaniam ipſum, tum apud Eraſmum in proverbio: *In antro Trophonii vaticinatus* eſt, legi poſſunt. De nomine autem *Trophonii* legendus Bochartus geogr. ſacr. part. 2. lib. 1. cap. 16.

Inſanorum luſtrationem ridet Diphilus, apud Clem. Alex. lib. 7. ſtrom.

Προιτίδας ἁγνίζων κόρας, καὶ τὸν πατέρ' αὐτῶν
Προῖτον Ἀβαντιάδην, καὶ γραῦν πέμπτην ἐπὶ τοῖς δε,
Δαδὶ μιᾷ, σκίλλῃ τε μιᾷ, πόσα σώματα φωτῶν!
Θείῳ τ' ἀσφάλτῳ τε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο.
Ἀλλὰ μάκαρ ἀὴρ, διὰ τῶν νεφέων διάπεμψον
Ἀντίκυραν, ἵνα τόνδε κόριν κηφῆνα ποιήσω.

Prætidas expurgans nempe, ipſarumque parentem
Præton Abantiaden, & anum quintam ſuper illis,
Scilla una, tedaque una, quot corpora dixi?
Jungitur & ſulphur pariter, pariterque bitumen,
Oceanique frementis & alti jungitur unda.
At tu, aer, has per nebulas mihi mitte precanti
Anticyram, ut cimicem hunc fieri faciam mihi fucum.

Et Menander apud eundem Clementem, dicto libro: Εἰ μὲν τι κακὸν ἀληθὲς εἶχες, φιλιάζειν ἀληθὲς φάρμακον, τούτου σ' ἔδει. Νῦν δ' οὐκ ἔχεις. Κενὸν εὕρηκας τὸ φάρμακον, πρὸς τὸ κενὸν, οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε. Περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ. Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ὕδατι περιρράναι, ἐμβαλὼν ἅλας, φακοῦς. *Si verus tibi morbus quis eſſet, pharmaco vero foret opus. Sed ecce reperiſti phar-*

macum

Digitized by Google

macum inane, inani, quod tibi fingis, malo. Jam profuturum crede, ſi te fœmina luſtrent in orbem; fontibus lavent tribus, jungantque lentem pariter & multum ſalem. Sophocles Ajace Maſtigoph.

Ἀλλ' εἶμι πρός τε λῦτρα, καὶ παρακτίους
Λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ
Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσομαι θεᾶς.
Sed abeo ad lavacra, & littoralia
Prata, ut poſtquam ſordes purgavero meas
Iram gravem effugiam Deæ.

Sacrificiis quoque luſtrati inſani. Plaut. Menæchm. act. 2. ſc. 2.

Adoleſcens, quibus hic preciis porci veneunt
Sacres ſinceri? Cy. nummo. Me. *eum a me accipe.*
Jube te piari de mea pecunia,
Nam ego quidem inſanum eſſe te certo ſcio.

Horat. lib. 2. ſat. 3.

Non eſt perjurus, neque ſordidus: immolet æquis
Hic porcum Laribus; verum ambitioſus, & audax
Naviget Anticyram.

Hinc *Lares Grundiles* dicti. Arnob. lib. 1. *Grundiles adorant Lares.* Veteres enim pro *Grunnio* dixerunt *grundio.* Lares autem grundiles in honorem porcæ, quæ triginta pepererat, Romæ conſtituti. *Non. cap. 2. §. 357.* Quoniam vero Diana ſive Hecate, quæ Luna eſt, inſaniæ cauſa videtur eſſe σεληνιαζομένοις, ideo illi *mena* piſce ſacrificatur, nec alia quam alludentis vocabuli ratio quibuſdam videtur. *Geſner. de piſcibus. pag. 522.* Cum Calydonios ebrietati ſimilis furor invaſiſſet, Bacchus Coreſi Sacerdotis, & Callirrhoes ſanguine placatus eſt. *Pauſan. in Achaicis.* Propter inſaniam quandam matronis Romanis injectam clavus a Dictatore fixus eſt. *Liv. lib. 8. cap. 18.* Propter nimiam ſiccitatem Lapis Manalis in urbem protrahebatur. *Non. Marc. cap. 15. §. 32. Feſt. Manalis.*

Fulmina procurabantur, vel antequam fierent, vel dum fierent, vel denique poſtquam facta eſſent.

Antequam fierent, ſollicite curabant, ut ejus incommoda prohiberent, quod vite alba, & ſuſpenſis bubonibus fieri putabant. Columell. de re ruſt. lib. 10.

Utque Jovis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe ſuas ædes præcinxit vitibus albis.
Hinc Amythaonius docuit quæ plurima Chiron,
Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit, & altis
Culminibus vetuit feralia carmina flere.

Fulmina præſentia vel poppyſmis vel piſciculis procurabantur.

De poppyſmis: Plinius, lib. 28. cap. 2. *Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.* Utrum vero ea voce notetur crepitus oris, quem labris coarctatis ac compreſſis, ſubitoque diductis edunt illi qui equis blandiuntur: an qui comploſis fit manibus, incertum eſt. Prius verum eſſe judicat Politianus, *miſcell. cap.* 32. Poſterius Turnebus, *adverſ. lib.* 4. *cap.* 15. qui vocem putat eſſe fictitiam ad ſoni expreſſionem. Cum tamen ποππύζειν & ποππυσμὸς e pura puta Græcia profluxerint, & ποππύσματα Heſychio κολακίσματα dicantur. *vid. Guther. de jure man. lib.* 1. *cap.* 3.

Piſciculis fulmina procurare docuit Numa Pompilius, teſte Plutarcho, lepidum autem ejus cum Jove colloquium deſcribit & Ovidius, 3. Faſt.

Cede caput, dixit, cui Rex, parebimus, inquit,
Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis.
Addidit hic: hominis ſumes, ait ille, capillos,
Poſtulat hic animam; cui Numa, piſcis, ait.
Riſit, & his, inquit, facito mea tela procures,
O vir, colloquio non abigende Deum.

Thraces autem, dum tonat fulguratque, Deo minitantes, ſagittas in cœlum excutiunt. *Herodot. lib.* 4. Similis fuit Caji Caligulæ impietas, quamvis enim aliquando ad minima tonitrua & fulgura tremeret, caput obvolveret, ad majora ſtrato ſe proriperet, ſub lectumque conderet, ut ſcribit Suetonius, *Cal. cap.* 51. Non ſemper tamen eum ita affectum fuiſſe colligere eſt ex Dione qui, *lib.* 50. narrat eum interdum auſum fuiſſe non ſolum vultum attollere, ſed etiam ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινὸς ἀντιβροντᾶν, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντιαστράπτειν, καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντακοντίζειν. *Ex machina quadam tonitribus obſtrepere, ac contra fulgura fulgurare, & quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculari.* Interim illud

illud Homericum addebat: *Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. Aut tolle me, aut ego te.* Claudius Pulcher apud Romanos inſtituit, ut ludis poſt ſcenam conjectus lapidum ita fieret, ut veri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. Nam antea leves admodum, & parvi ſonitus fiebant, cum clavi & lapides in labrum æneum conjicerentur. *Feſt. Claudiana tonitrua.* Non abſimilis Salmonei inſania Poëtis decantata.

Poſt fulmen fiebat expiatio & loci conſecratio.

Expiatio ſacrificio, & religioſa reliquiarum collectione fiebat, cui additæ preces & partium ignitarum ſepultura. Sueton. Galb. cap. 4. *Avo ejus fulgur procuranti, aquila exta de manibus rapuit.* Apud Lucanum, lib. 1. Aruns:

—— diſperſos fulminis ignes
Colligit, & terra mœſto cum murmure condit,
Datque locis nomen ſacris, tunc admovet aris
Electa cervice marem.

Scilicet, diſperſas ignis reliquias in unum redegit, deinde tacita ignotaque prece addita infra terram abſcondidit, atque hic uſitatum fuit, ut fulmina in lapides transfigurata, hoc eſt, lapides ſumtos pro fulminibus, ſepelirent. qui locus ſi accurate ſciatur, nefas eſt integi, ita ut ſemper foramine ibi aperto cœlum pateat, ut in ſchedis Feſti, a Fulvio Urſino editis, notatum eſt ad *Scribonianum puteal. vid. Scalig. ad Feſt. Navia. pag.* 96. 97. 98. *& pag.* 169.

Hinc tanta cura Arbores fulguritas, quas fanaticas vocabant (*Feſtus in Fanatica*) coinquire & procurare ſolebant. Plauti ſervus nequam, *in Trinummo*, cum ſenem ab agri herilis dominio avertere conaretur, eumque dominis maximo damno fuiſſe perhiberet: *Apage*, inquit, *Senex*, *a me iſtum agrum.*

Serv. *Magis apage dicas, ſi omnia a me audieris:*
Nam fulgurita hic ſunt alterna arbores.

Has collucare, coercere, coinquire neceſſe erat, id eſt ea parte ramos exſcindere, qua de cœlo tactæ: Ab eo *projecta* dicta, quæ Meſſala in explicatione XII. tab. ſcripſit, depellendorum malorum fulgurum, vel bonorum cauſa fieri. *Feſt. in Projecta.* Quod ex Catonis, *de re ruſt. cap.* 139. verbis apertius intelligi poteſt.

Lucum collucare Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si Deus, ſi Dea cujus illud ſacrum eſt, uti tibi jus ſiet porco piaculo facere, illiuſce ſacri coercendi ergo. Harumque rerum ergo, ſive ego, ſive quis juſſu meo fecerit, uti id recte factum ſiet. Ejus rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti ſies volens, propitius mihi, domo, familiaeque meae, liberiſque meis. Harunce rerum ergo, macte hoc porco piaculo immolando eſto. Quod dicit Cato, *ſi juſſu meo fecerit*, de ſtrufertariis intelligendum, de quibus ſupra, *cap.* 13. dictum eſt. Verba Catonis lucem veteri inſcriptioni afferre, & ex illa mutuam accipere poſſunt:

VII. ID. NOV.

SÆNIUS. DONATUS. L. FABIUS. FORTUNATUS. FRATRES. ARVAL. IN. LUC. D.D. VIA. CAMP. APUD. LAP. V. CONV. PER. C. PORC. PRISCUM. MAG. ET. IBI. IMM. QUOD. VI. TEMPESTAT. ICTU. FULMIN. ARBOR. SACR. L. D. D. AT-TACT. ARDUER. EARQ. ARBOR. ERUENDAR. FERR. PEN-DENDAR. ADOLENDAR. COMMOLENDAR. ITEM. ALIAR. RESTITUENDAR. CAUSA. OPERISQ. INCROANDI. ARÆ. TEMPORAL. SACR. D. D. REFICIEND. EJUS. REI. CAUSA. LUSTR. MISS. SUOVETAURILIB. MAJOR. ITEM. ANTE. ÆD. D. D. B. F. A. JUNCT. N. II. ITEM. AD. AR. TEMPOR. DIS. INF. S. S. JAN. PATR. ARIET. II. JOVI. VERBEC. II. MARTI. PATRI. ULT. N. ARIET. II. SIVE. DEO. SIVE. DEÆ. VERB. II. JUN. D. D. OV. N. II. VIRGINIB. DIV. OV. N. II. FAM. DIV. VERB. N. II. MATAI. LAR. OV. N. II. FONT. VERB. II. LARIB. VERB. II. FLOR. OV. N. II. SUMMAN. PATR. VERB. ATROS. II. VESTÆ. MATRI OV. II. VESCOR. DEOR. DEARQ. OV. II. ITEM. ADOLEND. COINQ. OV II. ET. ANTE. CÆSAR. GE-NIO. D. N. SEVERI ALEXANDRI. AUG. T. A. ITEM. DIVIS. N. XX. VERBEC. XX.

Quæ ſic extenduntur. : *Fratres Arvales in Luco Deæ Diæ, via Campana, apud lapidem quintum convenerunt; per Cajum Porcilium Priſcum magiſtrum, & ibi immolarunt. Quod vi tempeſtatis, ictu fulminis, arbores ſacri luci Deæ Diæ attactæ arduerint, earumque arborum eruendarum, ferrendarum, pendendarum, adolendarum, commolendarum, item aliarum reſtituendarum cauſa, operiſque incroandiara temporales, ſacra Deæ Diæ, reficiendæ. Ejus rei cauſa luſtrum miſſum Suovetaurilibus majoribus. Item ante ædem Deæ Diæ, bovem fœminam ambiegnis junctis nefrendibus duabus.*

Item

Item ad Aram temporalem Diis Inferis, ſupra ſcriptis. Jano Patri, arietes duo. Jovi verbeces duo. Marti Patri Ultori arietes nefrendes duas. Familiæ Divæ, verbeces nefrendes duo. Matri Larium oves nefrendes duas. Fontibus, verbeces nefrendes duo. Floræ oves nefrendes duas. Summano Patri, verbeces atros duo. Veſtæ matri oves duas. Veſcorum Deorum Dearumque oves duas. Item adolendarum coinquiendarum oves duas. Et Cæſaris Genio Domini noſtri Severi Alexandri Auguſti taurum auratum. Item Divis noſtris viginti, verbeces viginti. Inſcriptionem hanc notis illuſtravit Gutherius, *de jure man. lib.* 1. *cap.* 4. quem vide. Idem, *eodem libro*, *cap.* 5. aliud cujuſdam inſcriptionis fragmentum ſic explet:

C. VICTORIUS. GETA. ET. CAND. M. VALERIUS. JUNIANUS. VOLUSIUS. SATURNINUS. P. CORNEL. HERACLEO. OPTIANUS. ISDEM. COS. IN. LUCO. DEÆ. DIÆ. TI. JULIUS. JULIANUS. ALEXANDER. PER. PROMAGISTRUM. CONVENERE. CAUSA. LUCI. COINQUIENDI. ET. OPERIS. FACIUNDI. IBIQUE. VACCAM. HORNAM. IMMOLARUNT. IBIQUE. SACERDOTES. IN. TETRASTYLO. CONSEDERUNT. ET. EX. SACRIFICIO. SOLENNI. SPICIS. VITIATIS. LUCUM. DEÆ. DIÆ. SUMMOTO. ASCENDERUNT. IBIQUE. TI. JULIUM. JULIANUM. PRO. FLAMINE. MAGNAS. OPIMAS. IMMOLARE. DEÆ. DIÆ. FECERUNT. DEINDE. CORONIS. INLATIS. SIGNISQUE. UNCTIS. C. VICTORIUS. CUM. COLLEGIS. IN SATURNALIA. SECUNDA. MAG. ANNUUM. INTVLERVNT. IBIQVE. IMMOLARVNT.

Procuratio Fulminis ad Aruſpices rejecta, a quibus proditum eſt in ſingulis arboribus, quot genera inſita ſint, uno ictu tot fulmina fieri in illud, quod fulmen concepit. *Varro de re ruſt. lib.* 1. *cap.* 40. Item ad triumviros. Livius, lib. 25. cap. 7. *Comitia a Pretore Urbano de Senatus ſententia plebiſque ſcitu ſunt habita: quibus creati ſunt triumviri bini, uni ſacris conquirendis* (an coinquiendis?) *doniſque præſignandis: alteri reficiendis ædibus Fortunæ, & Matris Matutæ:* Quæ procuratio Fratribus Arvalibus com-

commiſſa in lucis aut arboribus attactis, cum arvorum ſacerdotes eſſent, ſacraque publica ambarvalibus facerent. Cum ædes Jovis & Minervæ de cœlo tactæ eſſent, Nero ex Aruſpicum reſponſo Urbem luſtravit. *Tacit. annal.* 13. *c.* 24. Statua Romæ in comitio poſita Horatii Coclitis de cœlo tacta cum eſſet, ob id fulgur piaculis luendum aruſpices ex Hetruria acciti, qui inimico in pop. Rom. animo, eam rem contrariis religionibus procurare cum inſtituiſſent, delati ad populum proditique cum de perfidia confeſſi eſſent, necati ſunt. *A. Gell. noct. attic. lib.* 4. *cap.* 5. Alias prodigia, ſpretis plerunque Aruſpicibus, ex libris Sibyllinis procurata aſſerit Varro, *lib.* 1. *de ſcenicis Originibus.*

Loci conſecratio in eo conſiſtebat, quod fieret ſtatim religioſus. Feſtus: *Fulguritum, id quod eſt fulmine ictum, qui locus ſtatim putabatur fieri religioſus, quod eum Deus ſibi dicaſſe videretur.* Quod Cæſarem Auguſtum impulit, ut aream in Palatio a ſe emtam conſecrarit, *Dio*, *lib.* 49. & Apollini conſecrarit, quod de cœlo tacta eſſet, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐς αὐτὸν κατέσκηψε. Bidental dictus eſt τόπος κεραυνοπλὴξ, κεραυνοβόλιον, quod bimæ pecudes immolentur. *Non. cap.* 1. §. 264. & *Feſt. in Bidental.* Obſtita & Fanatica quoque hæc loca dicebantur, quæ nec intueri nec calcari fas eſſe fulgurales pronunciant libri. *Amm. Marcell. lib.* 23. Plut. in Pyrrho: τὰ καταβαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένειν χωρία. *Loca quæ fulmine afflantur manere inacceſſa.* Ideoque ara ſuperimpoſita eſt, quæ Puteal, vel capitium, περιστόμιον, ἱεροῦ φραγμὸς, ἱερὸς τόπος περικεκλεισμένος. *Gloſſ. vett.* Operculum vocat Ulpianus; leg. 13. §. fin. & leg. 14. D. de act. emt. Adi Salmaſ. *exercit. Plin. pag.* 1135-1143. Colliculus ſepimine conſecratus. *Apul. Florid.* 1. Puteal Libonis exhibet denarius Gentis Scriboniæ, ita ut revera Aram potius, quam Tribunal, contra eruditorum opinionem, referat. *vid. Spanh. de uſu numiſ. pag.* 578. & *Torrent. ad Horat. lib.* 2. *ſat* 6. *v.* 35. Adde quæ notavit Lipſius ad Senecam de Clementia, *lib.* 1. *c.* 7.

Somnia expiaturi Diis ea narrabant. Propert. lib. 2. eleg. 29.

Ibat & antiquæ narratum ſomnia Veſtæ,
Non ſibi, neve mihi quæ nocitura forent.

Eurip.

Eurip. Iphig. in Tauris :

Ἃ καινὰ δ᾽ ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
Λέξω πρὸς αἰθέρ᾽, εἴ τι δὴ τόδ᾽ ἐστ᾽ ἄκος.
Jam quæ Nox attulit recentia viſa
Dicam ad ætherem, ſi quod hoc eſt remedium.

Sic ſolent qui in luctu ſunt, quos cum ipſa ſolitudine ſæpe loqui delectat. ut illa apud Ennium nutrix, de qua Cicero 3. Tuſcul.

Cupido cepit miſeram nunc me, proloqui
Cœlo atque terræ Medeæ miſerias.

Ex Euripidis Medea :

Ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ᾽ ἐκβέβηκ᾽ ἀλγηδόνος
Ὥς ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

Plaut. Merc. act. 1. ſc. 1.

Non ego idem facio, ut alios in comœdiis
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,
Aut Soli, aut Lunæ miſerias narrant ſuas.

Theognetus apud Athenæum, lib. 3. & 15.

Πεφιλοσόφηκας γῇ καὶ οὐρανῷ λαλῶν.
Philoſophatus es terræ ac cœlo loquens.

Inprimis autem narrabant SOLI. Euripid. Electr.

Τοιαῦτα γὰρ παρόντος, ἡνίχ᾽ ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.

Ad quæ Scholiaſtes : Τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν, ἀποτροπιαζομένους τῷ ἡλίῳ διηγεῖσθαι τὰ ὀνείρατα. *Veteribus mos fuit, ut Soli ſomnia narrarent averruncantes.* Sic egit Clytæmneſtra in eadem Sophoclis Electra :

Ἃ γὰρ προσεῖδον νυκτὶ τῇδε φάσματα διοσῶν ὀνείρων. &c.

Item, in eadem Tragœdia :

Τοιαῦτα γὰρ παρόντος, ἡνίχ᾽ ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.
Hæc ex præſente, quando Soli
Narravit ſomnium, indicante audivi.

Ratio hujus ſuperſtitionis hæc eſſe videtur, quod Solem vivere ex perenni motu colligerent, imo eum ratione præditum, plurimi etiam Deum eſſe crediderunt. Præterea quemadmodum Soli

Sol ſua luce tenebras fugat, mundumque illuminat: ita noctis ſpecies ſomniaque diſcutere, & irrita reddere putabatur. nox enim ſomniorum parens habebatur, cui radiatus & lucidus Sol contrarius eſt. *vid. Turneb. adv. lib.* 7. *cap.* 26. Alias autem ſacrificiis ſomnia procurabant, ut ſupra, *cap.* 9. probatum.

Funera expiabant tum abſentes, tum præſentes:

Abſentes ad os hominis mortui ſacra faciebant. Feſtus: *Membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus decidebatur, ad quod ſervatum juſta facerent, reliquo corpore combuſto.* Fiebat hoc ſi in bello, aut peregre quis eſſet mortuus. moleſtum enim fuiſſet ad eum locum amico exſequiarum cauſa evocare, ubi quis bello occubuiſſet, vel ubi civis Romanus inter peregrinos mortem obiiſſet. Legibus XII. tabb. ſic cautum fuit: *Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat: Extra quam ſi militia aut peregre mortuus ſit.* Hoc voluerunt Xviri; ut poſteaquam crematum corpus eſt, oſſa e cineribus legantur, ſtatimque loco proximo in terram condantur, ne ſi in alium locum ſepeliendi cauſa deportarentur, luctus & ſumtus duplicarentur. Excipitur autem hac lege, ſi quis in militia aut peregre ſit mortuus, ubi ſcilicet funus ei fieri non licuerit, tum enim neque luctus, neque ſumtus augetur. *Plutarch. quæſt. Rom.* 73. Itaque in Pandectis in ſumtus funeris probatur, cum peregre mortuus in ſuum transfertur. *l. etſi.* 24. *§. impenſa. & l. Divi fratres.* 39. *D. de religioſ. & ſumt fun.*

Præſentes funera tum ſanguine, tum cibis expiabant.

Sanguine vel alieno, vel proprio. Serv. ad 12. Æneid. v. 606. *Moris fuit apud veteres, ut ante rogos humanus ſanguis emitteretur, vel captivorum, vel gladiatorum; quorum ſi forte copia non fuiſſet, laniantes genas ſuum effundebant cruorem, ut rogis illa imago conſtitueretur. Tamen ſciendum cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem his verbis:* Mulier faciem ne carpito. De captivis & gladiatoribus ſupra cap. 22. dictum a nobis eſt. Idem Servius, ad 3. Æneid. v. 67. *Affirmantur animæ lacte & ſanguine delectari. Varro quoque dicit, mulieres exſequiis & luctu ideo ſolitas ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatiſfaciant. quare etiam inſtitutum eſt, ut apud ſepulchra & victimæ cædantur. &c.*

Cibis

Digitized by Google

Cibis; De lacte modo Servius: de Vino inferio, cap. 25. dictum. Celebre inprimis Silicernium. De vocis notatione vide Junium, ad Tertull. *apolog. cap.* 13 & Voſſium in Ætymologico. Uſum indicat Feſtus: *Silicernium erat genus farciminis, quo fletu familia purgabatur*. Varro Meleagr. apud Nonium cap. 1. §. 235. *Funus exſequiati laute ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus.* Arnob. lib. 7. adv. gentes. *Quid hac ſibi volunt, apexabones, ſilicernia, longavi? quæ ſunt nomina, & farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.*

Quid hodiernis Chinenſibus in more poſitum ſit, narrat Mendoza, *hiſt. chin. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6.

Propter Peſtem præter alias luſtrationes Clavus quoque a Dictatore fixus, Liv. lib. 7. cap. 3. *Cum medios forte ludos* (Deorum placandorum cauſa inſtitutos) *circus Tiberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet, id vero, velut averſis jam Diis, aſpernantibuſque placamina ira, ingentem terrorem fecit. Itaque C. Genutio, L. Æmylio Mamerco* II. *Coſſ. cum piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi afficerent, repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clavo ab Dictatore fixo ſedatam eſſe. Ea religione adductus ſenatus Dictatorem clavi figendi cauſa dici juſſit.* Iterum, *lib.* 8. cum de veneficiis primo Romæ quæreretur, ad hoc remedium, tanquam ad ſacram anchoram Patres confugerunt.

Contra Tempeſtates & grandines Luſtratio multiplex. Palad. de re ruſt. lib. 1. cap. 53. *Contra grandinem multa dicuntur. panno roſeo mola cooperitur, item cruentæ ſecures contra cœlum minaciter levantur. Item omne horti ſpacium alba vite pracingitur, vel noctua pennis patentibus extenſa ſuffigitur.* Senec. quæſt. natur. lib. 4. cap. 6. *Quoſdam peritos obſervandarum nubium eſſe affirmant, & prædicere cum grando futura ſit, & hoc intelligere uſu ipſo potuiſſe, cum colorem nubium notaſſent, quem toties grando inſequebatur. Illud incredibile Cleonis fuiſſe publice prapoſitos* χαλαζοφύλακας *ſpeculatores futuræ grandinis. Hi cum ſignum dediſſent, adeſſe jam grandinem, quid expectas? ut homines ad penulas diſcurrerent aut ad ſcortea? Imo pro ſe quiſque alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus*

autem illæ nubes alio declinabant, cum aliquid guſtaſſent ſanguinis. Hoc rides. Accipe quod rideas. Si quis nec agnum, nec pullum habebat, quod ſine damno fieri poterat, manus ſibi afferebat. Et ne tu avidas aut crudeles exiſtimes nubes, digitum ſuum bene acuto graphio pungebat, & hoc ſanguine litabat. Nec minus ab hujus agello grando ſe avertebat, quam ab illo, in quo majoribus hoſtiis exorata erat. Et cap. ſeq. addit, judicia conſtituta fuiſſe in eos, quibus delegata erat cura providendæ tempeſtatis, quod negligentia eorum vineæ vapulaſſent, aut ſegetes procidiſſent. Plutarch. ſympoſ. lib. 7. cap. 7. *Grando ab iis, qui ei obſervandæ ſunt præfecti, ſanguine talpæ, vel centonibus muliebribus avertitur.* Hos magos fuiſſe ait Clemens Alex. ſtrom. lib. 6. Αὐτίκα φασὶ τοὺς ἐν Κλεωναῖς Μάγους φυλάττοντες τὰ μετέωρα τῶν χαλαζοβολήσειν μελλόντων νεφῶν, ἀπείργειν τε ᾠδαῖς καὶ θύμασι τῆς ὀργῆς τὴν ἀπειλήν. Ἀμέλει καὶ εἴποτε ἀπορία ζώου καταλάβοι, τὸν σφέτερον αἱμάξαντες δάκτυλον, ἀρκοῦνται τῷ θύματι. *Ajunt Magos, qui ſunt Cleonis, obſervantes ſublimia nubium, quæ erant grandines ejaculaturæ, canticis & ſacrificiis irarum minas depellere. Quod ſi forte eis quandoque defuerit animal, cruento ſuo digito ſacrificant.* Apud Amm. Marcell. *lib.* 19. dum Tertullus apud oſtia in æde ſacrificat Caſtorum, tranquillitas mare mollivit. Horat. Epod. 10.

Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna tempeſtatibus.

Si autem monſtroſa fuiſſet tempeſtas, ut ſi lapidibus pluerit, novendiale ſacrum inſtituebatur, quod primo Tullo Hoſtilio Romæ regnante factum eſt. Utrum autem monitu vocis cœleſtis, an aruſpicum reſponſo ſuſceptum ſit, dubium eſt. *Liv. lib.* 1. *cap.* 31.

Monſtroſi partus e conſpectu hominum abjiciebantur, igne cremabantur: Aruns apud Lucan. lib. 1.

Monſtra jubet primum, quæ nullo ſemine diſcors
Protulerat natura, rapi ſterilique nefandos
Ex utero fœtus infauſtis urere flammis.

Jul. obſeq. *L. Furio, Attilio Sarrano Coſſ. puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, auribus, & duplici obſcœno natus, aruſpicum juſſu crematus, ciniſque ejus in mare dejectus.* Alibi idem ſæpe: *Andro-*

Androgynus natus in mare deportatus. Liv. lib. 27. cap. 37. *Liberatas religione mentes turbavit rurſus nuntiatum. Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo majorem: nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque ut Sinueſſæ biennio ante, incertus mas an fœmina eſſet, natus erat. Id vero haruſpices ex Hetruria acciti fœdum ac turpe prodigium dicere: extorrem agro Romano procul terræ contactu, alto mergendum, vivum in arcam condidere, provectumque in mare projecerunt.* Quid Chriſtianis tali occaſione faciendum doceant Danæus, *eth. Chriſt. lib. 2. cap. 13.* Schonbornerus, *lib. 1. Politic. cap. 6.* Voetius, *diſp. 8. de creat. vol. 1. diſpp. ſelect. pag. 751.*

CAPUT. XXXVIII.

Τελεστήριον. *Luſtrationes ſub dio. Porta piacularis. Manes ad ſepulcra placati.* Ψυχοπόμπειον. *Luſtrationis tempus. Februarius. Lupercal. Antheſterion. Noctu inferis fiebat. Dardanenſes.*

REſtant non adeo multæ loci ac temporis circumſtantiæ, quæ præcedentibus haud ſatis commode inſeri potuerunt. Τελεστήριον Græcis fuit locus in quo fiebat initiatio. *Heſych. & Plutarchus in Pericle.* Luſtrationibus is locus maxime idoneus viſus, qui nudo ſub æthere, ſive ſub dio eſſet. Plut. quæſt. Rom. 4. ubi de ὑστεροπότμοις. Καὶ γὰρ τοὺς καθαρμοὺς ἐπιεικῶς πάντας ἐν ὑπαίθρῳ ποιοῦσι. *Expiationes enim omnes ſolent fere ſub dio peragere.* ſic quæſt. Rom. 36. Διὰ τί τῷ ἱερεῖ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι.

Romæ fuit porta piacularis, ſic appellata, propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant; vel, ut ait Cloatius, cum ex ſacro per aliquem piaculo ſolvitur, ut aliqua piandi propitiandique cauſa immolatur. *Feſt.* Signum autem loci inaugurati, atque adeo ſacri, Romanis lamella fuit ærea, ſtellæ adſimilis,

 quod

quod ex P. Servilio augure tradit Feſtus. Stellam enim lætum & proſperum ſignificare docuit Atejus Capito. In Ægyptiorum etiam Hieroglyphicis Deus ſtella exprimebatur. Ἀστὴρ, inquit Orus, παρ' Αἰγυπτίοις γραφόμενος, θεὸν σημαίνει.

Si defunctorum manes placandi eſſent, eo loco luſtrationes inſtituebantur, ubi animæ his ſacris adeſſe poſſe judicabantur. Circa ſepulcrum eas hærere, donec duraret corpus, ſibi perſuaſerunt. Ideoque Ægyptii condita diutius ſervabant cadavera, ut anima multo tempore corpori obnoxia, non cito ad aliud tranſiret. Romani contra cadavera comburebant, ut anima ſtatim in generalitatem, id eſt, in ſuam rediret naturam. *Serv: ad.* 3. *Æneid. v.* 67. Opinabantur ſcilicet, illud quod in nobis divinum eſt, igneo veluti vehiculo, ad ſuperna ſubvectum cœleſtibus inſeri, ſubſidente quod terrenum eſt. Alii vero in eo purificationem quandam intelligere maluerunt. *C. Rhodig. Lect. antiq. lib.* 17. *cap.* 21. Ideoque apud ſepulcra hæc ſacra celebrata. Sic Polyxena Achillis defuncti manes placatura

Hoſtilem ad tumulum, Trojæ ſub mœnibus altis
Juſſa mori. Helena apud Euripidem in Oreſte:

Ὦ τέκνον ἔξελθ' Ἑρμιόνη δώμων πάρος,
Καὶ λάβε χοὰς τὰς δ' ἐν χεροῖν, κόμας δ' ἐμάς.
Ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον,
Μελίκρατ' ἄφες γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην.
Καὶ στᾶσ' ἐπ' ἄκρου χώματος, λέξον τάδε·
Ἑλένη σ' ἀδελφὴ ταῖς δὲ δωρεῖται χοαῖς,
Φόβῳ προσελθεῖν μνῆμα σὸν, ταρβοῦσά τε
Ἀργεῖον ὄχλον· εὐμενῆ δ' ἄνω γένιν
Ἐμοί τε, καὶ σοὶ, καὶ πόσει γνώμην ἔχειν,
Τοῖν τ' ἀθλίοιν τοῖνδ', οὓς ἀπώλεσο θεός.
Ἃ δ' εἰς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμὴν,
Ἅπανθ' ὑπισχνοῦ νερτέρων δωρήματα.

O filia Hermione exi ante ædes,
Et cape in manus has inferias, & meas comas:
Et veniens ad Clytamneſtræ ſepulchrum,
I mitte ibi mel cum lacte mixtum, & vini ſpumam;
I ſtans in ſummo tumulo dicas iſta:

Helena

Helena ſoror donat te his inferiis,
Cum non auſit ad tuum monimentum accedere, metuens
Argivam turbam: & jube ipſam propitiam
Mentem habere mihi, & tibi, & marito,
Et iſtis duobus miſeris, quos perdidit Deus:
Et quæ oportet me facere erga ſororem mortuam,
Omnia promitte dona inferorum.

Aliquando animæ placandæ ad certum locum evocabantur, qualis ψυχοπόμπειον, de quo Plutarchus, *lib. de ſera Num. vind. c.* 15. & 20. ubi Theſpecii fabula. Archilochi Poëtæ anima non quovis loco placanda, ſed homicida Tænarum petere juſſus: quomodo & Spartani manes Pauſaniæ, evocatis etiam ex Italia exorciſtis & ſacrificulis, placarunt. *Plut. ibid. Euſeb. de præpar. Euang. lib.* 5. *cap.* 18.

Temporis tantum impenderunt, quantum ad omnes ceremonias rite peragendas ſufficere dictabat ſuperſtitio. Itaque pro ſceleris expiandi gravitate aut levitate, breviatum aut productum. De ſacris Eleuſiniis, Tertull. adv. Valentin. cap. 1. *Epoptas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent; atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem.* Alceſtis per triduum purificanda. Eurip. in Alceſt.

Οὔπω θέμις σοι τῶν δὲ προσφωνημάτων
Κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖς νερτέροις
Ἀφαγνίσηται, καὶ τρίτον μόλῃ φάος.
Nondum fas tibi hujus compellationes
Audire, priuſquam diis inferis
Fuerit purificata, & veniat tertius dies.

Apul. lib. 11. metam. *Dies etiam tertius pari cæremoniarum ritu celebratus, & jentaculum religioſum, & teletæ legitima conſummatio.* Troezenii Oreſtem in cella quadam conſiſtere juſſerunt, ubi, qui luſtrationi præfuerunt cum eo epulati ſunt, donec rite expiatus eſſet. *Pauſan. lib.* 2. Integer aliquando menſis requirebatur. Lucian. Necyom. Πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα, καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξάμενος ἔλουε. De ceremoniis Denariis, & tricenariis ſupra, *cap.* 32. dictum eſt. Menſtruæ purificationes fuerunt

Digitized by Google

runt in ſacris Matris Deûm, quas Μητρωακὰς ἁγιςείας Græci appellarunt: eas obſervaviſſe Proclum Marinus Neapolitanus teſtatur in ejus vita, ſive περὶ εὐδαιμονίας, ubi ſic ſcribit: Τὰς δὲ Μητρωακὰς παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ καὶ πρότερον ποτὲ παρὰ Φρυξὶν σπουδασθείσας ἁγιςείας ἑκάςου μηνὸς ἦγνευεν.

Dici etiam tempus diverſum in ſacris ſuperorum, aliud in ſacris inferorum obſervatum. Scholiaſt. Apollonii, ad 1. Argon. Τοῖς μὲν κατοιχομένοις ὡς περὶ ἡλίου δυσμὰς ἐναγίζουσι. Τοῖς δὲ οὐρανίδαις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου. *Inferis quidem ſacra faciunt circa Solis occaſum: Cæleſtibus autem circa auroram ſole oriente.*

Statis & anniverſariis luſtrationibus apud Romanos ſacer fuit menſis Februarius inde nomen adeptus. Varro, lib. 5. de ling. Lat. *Ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februabatur populus, id eſt, Luperceis nudeis luſtratur antiquum oppidum, Palatium gregibus cinctum.* Id. ibid. *Lupercalia quod in Lupercali, Luperci ſacra faciunt. Rex cum ferias menſtruas Noneis Februarieis edicit, hinc diem Februatum appellat. Februum Sabini purgamentum, & id in ſacreis noſtreis verbum. Nam & Lupercalia Februario, ut in antiquitatum libris demonſtravi.* Eadem fere Feſtus, voce *Februarius.* ſubſcribit Ovidius, 2. Faſt.

Menſis ab his dictus, ſecta quod pelle Luperci
Omne ſolum luſtrant, idque piamen habent.

Lupercal enim ex *luo* & *caper* compoſitum eſſe judicat Quintil. *lib.* 1. *cap.* 5. & Servius, *ad* 8. *Æneid. v.* 343. qui addit veteres pellem ipſam capri *februm* vocaſſe. *vid. Voſſ. etymol. in* Luperci. Cenſorinus, de die nat. cap. 21. *In hoc autem menſe*, Februario, *Lupercalibus cum Roma luſtratur, ſalem calidum ferunt, quod Februm appellant, unde dies Lupercalium proprie Februatus, & ab eo porro menſis Februarius vocitatur.* Sic & Plutarchus in Numa. Alias & hic menſis ſic dictus, quod inferis tunc parentetur. Varro, lib. 5. de ling. Lat. Fuit enim & olim ultimus. Plut. quæſt. Rom. Τὸν δὲ Φεβρουάριον δωδέκατον, ἐν ᾧ καθαρμοῖς τε χρῶνται, καὶ τοῖς φθιμένοις ἐναγίζουσι, τοῦ ἐνιαυτοῦ τελευτῶντος. *Februarius duodecimus, quo luſtrationibus utuntur, & defunctis parentant, anno finiente.* Ovid. 2. Faſt.

Qui ſacer eſt imis manibus; imus erat.

Ab

Ab hoc more diſceſſit D. Brutus; qui menſe Decembri fecit. Cic. 2. de legg. *Venio ad manium jura, quæ majores noſtri & ſapientiſſime inſtituerunt, & religioſiſſime coluerunt. Februario autem menſe, qui tunc extremus anni menſis erat, mortuis parentari voluerunt. Quod tamen D. Brutus, ut ſcriptum a Siſenna eſt, Decembri facere ſolebat. Cujus ego rei cauſam cum mecum quærerem, Brutum reperiebam idcirco a more majorum diſceſſiſſe (nam Siſennam video cauſam, cur is vetus inſtitutum non ſervarit, ignorare: Brutum autem majorum inſtitutum temere neglexiſſe, non ſit mihi veriſimile, doctum hominem ſane, cujus fuit Accius perfamiliaris) ſed menſem credo extremum anni, ut veteres Februarium, ſic hic Decembrem ſequebatur.* Alias rationes vide apud Plutarchum in quæſtionibus Romanis.

Etſi autem Februarius menſis fere totus februis erat deſtinatus, & mortuorum procurationibus, illius tamen Kalendæ principem locum obtinebant. Tertull. lib. 5. adv. Marcionem, cap. 10. *Kalendæ ſi forte Februariæ reſpondebunt illi pro mortuis petere.* Eo enim die & Jovi Capitolino, & Junoni Soſpitæ ſacra fiebant. Audiamus B. Rhenanum ad dictum Tertulliani locum: *ceremonia ardentium cereorum, quos hodie Chriſtiani eo die qui purificatæ Mariæ dicatus eſt, circumferimus, a Februalibus Romanorum ſacris originem ſumſere. Pertinaci paganiſmo mutatione ſubventum eſt, quem rei in totum ſublatio irritaſſet.*

Hoc a Græcis ad Romanos tranſiiſſe obſervat Caſaubonus, ad *Athen. lib.* 3. *cap.* 19. in diverſis enim Græcorum urbibus, eadem ſacra, eodem tempore celebrari ſolita. De Athenienſibus, teſtis Heſychius: Μιαρὰ ἡμέρα τοῦ ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. Similiter Apolloniatas eodem menſe ſolitos τὰ νέμιμα συντελεῖν τοῖς τελευτήσασι, ſcribit Athenæus, *lib.* 8. Menſem autem Ἀνθεστηριῶνα Novembri Romanorum reſpondere, adeoque hybernum eſſe, colligit Gaza ex nominis etymo; quod ἀνθέων στερεῖ τὴν γῆν, *floribus terram nudet*: quem Hadr. Junius, *de anno & menſe*, *cap.* 4. ſequitur. At Caſaubonus, loco modo laudato, Februarii Romani & Martii partem complecti ait, quod etiam multis adſtruit Hoſpinianus, *de Orig. feſt. lib.* 2. *cap.* 3. ubi de Martio agit.

Majo

Majo etiam menſe multi Latinorum τοῖς κατοιχομένοις ἐναγίζουσι mortuis parentant, atque hinc forte Menſe malas Majo nubere vulgus ait. *Plutarch. quæſt. Rom.* Apud Athenienſes menſis Μαιμακτηριὼν, Septembri fere reſpondens, Latinis plane eſſet Februarius. quamvis enim, ut obſervavit Scaliger *lib.* 4. *de emendatione temporum*; Febuarius Romanus, & Maimacterio Atticus ſitu differant, tamen plane conveniunt in ritibus, ſacris, & ſolennibus quæ in utroque obibantur. Nam Μαιμακτήρια ad verbum Februa. & ut in Februario Feralia Deum Manium dies, ita in Mæmacterione πομπαῖα ei diei reſpondebant, ἀπὸ τοῦ πομπαίου ἑρμοῦ a Mercurio animarum & Manium deductore. Denique ut Lupercalibus cæſæ capræ pelle Urbs luſtrabatur, ac februabatur, ita etiam pelle victimæ luſtrabantur Athenæ. Eam pellem Διον vocabant, Locum ex Euſtathio huc facientem capite trigeſimo ſupra adduximus, ubi de Athenarum luſtratione agitur.

Nec interdiu tantum, ſed inprimis noctu myſteria celebrabant. Apoll. 3. Argon.

> Δὴ τότε μέσσην νύκτα διαμμοιρηδὰ φυλάξαι
> Ἀκαμάτοιο ῥοῇσι λοεσσάμενος ποταμοῖο.
> *Tunc mediam noctem æquatam obſervans,*
> *Magni fluentis lotus fluvii.*

Medea, 7. metam.

> *Fertque vagos mediæ per muta ſilentia noctis*
> *Incomitata gradus.*

Præſertim id tempus obſervatum, ſi inſeris ac lemuribus fieret. 5. Faſt.

> *Nox ubi jam media eſt, ſomnoſque ſilentia præbent,*
> *Et canis, & variæ conticuiſtis aves.*

Plura habet Saubertus, *de ſacrif. cap.* 4.

Ratio duplex occurrit. Prior quidem, quod animus eo tempore videatur intentior, quod in ſacris maxime decet. Clem. Alex. lib. 4. Strom. διὰ ταῦτ' οὖν καὶ αἱ τελεταὶ γίνονται νυκτὸς μάλιστα, σημαίνουσαι τὴν ἔννυχον τῆς ψυχῆς συστολὴν ἀπὸ τοῦ σώματος. *Propterea & ſacrificia noctu fiunt maxime, nocturnam animæ a corpore coarctationem ſignificantia.* Euripid. Bacch. Νύκτωρ τὰ πολλά, σεμνότητ' ἔχει σκότος. *Noctu plerunque, tenebræ habent reverentiam.* Altera ab ipſa

ipſa ſacrorum turpitudine jure petitur, quæ, ut opera tenebrarum, lucem ibique ſugerunt. Tertull. adv. Valent. cap. 1. *Nam & illa Eleuſinia, hæreſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quod tacent pudor eſt.* Syneſius, lib. de provid. Ἀγνωσία σεμνότης ἐστὶ τῶν τελετῶν· καὶ νὺξ διὰ τοῦτο πιστεύεται τὰ μυστήρια. *Ignoratio myſteriorum eſt illorum veneratio: propterea nocti creduntur myſteria.* Auguſtinus, in quæſtion. Vet. & N. Teſt. *Quambrem pagani myſteria ſua in tenebris celebrant, vel in eo prudentes. Erubeſcunt enim palam illudi: piacula enim, quæ illis vice legis aguntur, nolunt manifeſtare, ne qui prudentes ſe dicunt, hebetes his videantur, quos ſtultos judicant.* Hinc Demoſthenis in Æſchinem ἱερωνεία, orat. pro Corona. quia Æſchines & noctu & interdiu his ſacris operatus erat: Τὴν μὲν νυκτὰ νεβρίζων, καὶ κατηείζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους. *Noctu quidem hinnulorum pellibus, & aqua luſtrans, & expians eos qui initiabantur.* Et poſt: Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων, διὰ τῶν ὁδῶν. *Interdiu vero præclaram illoque cœtus per vias ducens, &c.*

Dardanenſes Illyrii ter duntaxat in univerſum, poſt partum, cum inibant nuptias, poſt mortem, lavabantur. *Ælian. var. hiſt. lib. 4. cap. 1.*

CAPUT. XXXIX.

Luſtrationes irritæ credebantur, per imprecationes vehementes: per deluſtrationes, lotium. Abolitæ per Chriſtianos doctores, concilia, Imperatores. Conſtitutio Conſtantini M. Luſtrationes in Eccleſia Romano-Catholica.

SAcra hæc vulgo quidem credebantur valde efficacia, illis tamen qui naris erant emunctioris ſubolebat fucus ſuperſtitionis, & ipſa peccati conſcientia ſacrorum levitatem facile arguebat, unde illud:

Ah! nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Ppp. Dioge-

Diogenes conſpicatus quendam ſe aquis luſtrantem, *Infœlix*, inquit, *quum erras in Grammatica, non abſolveris adſperſus: multo minus adſperſio te liberabit a vitæ criminibus.* Diog. Laërt. Idem, narrante etiam Diogene Laërtio ridiculum eſſe dicebat, ſiquidem Ageſilaus & Epaminondas in cœno degant, viles autem qui initiati ſunt, in beatorum inſulis eſſent.

Ipſi quoque vim Luſtrationum contrariis precibus retundi poſſe credebant, ſi illi qui injuria affecti, toto animo vehementer quid adverſario imprecarentur. Horat. lib. 1. od. 28.

Precibus non linquar inultis,
Teque piacula nulla reſolvent.

Et Epod. 5.

Diris agam vos; dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.

De quibuſdam abominationibus, ſupra, *cap.* 33. *circa finem*, egimus. Magicas incantationes, amuletis quibuſdam ſe munientes, avertebant. Rutam faſcinationis remedium eſſe ait Ariſtoteles, *Problem. ſect.* 20. §. 34.
Virg. lib. 7. ——*baccare frontem*
Cingite, ne Vati noceat mala lingua futuro.
Tibul. lib. 1. Eleg. 5.
Ipſeque ter circum luſtravi ſulphure puro.
Carmine cum magico præcinuiſſet anus.
Factas etiam incantationes reſolvebant, quod *deluſtrare* vocat Apulejus, de virtut. herb. cap. 84. *Si quis malevolus devotaverit hominem, herba aſparagi agreſtis radice ſicca, cum aqua fontana* deluſtrabis *eum*, *& reſolutus erit.* Græcis περικαθαίρειν Heſychius: περικαθαίρων ἀναλύων τὸ πεφαρμακευμένον, ἢ τὸ γεγοητευμένον.

Lotii etiam perfuſione maleficia atque incantamina averti ſolere gentes credidere. Unde harum rerum Apulejus peritiſſimus, *lib.* 1. *metam.* Ariſtomenem ſcribit a veneficis ſagiſque mulieribus lotio fuiſſe perfuſum. Id manifeſtius ex ſanctorum hiſtoriis colligimus: nam cum arte magica Chriſtiani miranda, quæ faciebant, patrare exiſtimarentur, Lotio inſpergi jubebantur; quomodo Numeriano Cæſare jubente, Chryſanthus, & Lucia Syracuſana virgo, item S. Iulianus, & ſocii martyres equæ urina

urina conſpergi juſſi. quod & ignominiæ cauſa factum.

Conſule rerum magicarum conſultiſſimum Delrio, *diſq. mag. lib.* 3. *quæſt.* 3. *ſect.* 3.

Hæ ſuperſtitionum vanitates, tam altas in hominum animis egerant radices, ut nonniſi maximo labore erui potuerint. Laborarunt hic multum eccleſiæ primitivæ Doctores, tum voce in homiliis ad populum, tum ſcriptis commentariis, ut paſſim in ſuperioribus indicatum. Concilium Elibertinum, in Hiſpania tempore Sylveſtri I. celebratum, plurima contra tales idololatras decreta condidit. In concilio Ancyrano, habito A. C. 308. can. 23. ſic decretum eſt: *Qui auguria, vel auſpicia, ſive ſomnia, vel divinationes quaſlibet, ſecundum morem gentilium obſervant, aut in domos ſuas hujuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte maleſica*, aut ut domos ſuas luſtrent, *confeſſi quinquennio pœnitentiam agant, ſecundum antiquitus conſtitutas regulas.* Præterea & *Saltationes* in feſtis gentilium vetitæ in Concilio Conſtantinopolitano VI. can. 62. Ne *rogi in novilunio* ritu gentili accendantur, eadem ſynodo, can. 65. prohibitum eſt. Luſtra quinquennalia jam deſierant cum Suovetaurilibus, A. C. 240. teſte Cenſorino, *de die nat. cap.* 13. qui eo tempore ſcripſit. Deſierant Cenſores luſtrum condentes, fruſtra eos reſtituere annitente Symmacho.

Laborarunt hic etiam Impp. Chriſtiani, quorum princeps Conſtantinus M. ſpectacula gladiatoria, horum ſacrorum non minimam partem, e toto orbe Romano ſubmovit: Anno U. C. pene 600. annis poſt ea inſtituta.

Agonas omnes a Conſtantino Magno ſublatos eſſe ſcripſerat Onufrius, ſed contrarium ſentit Joſ. Scaliger, *de emend. tempor. lib.* 5. quia Julianus in epiſtola pro Argivis perſpicue docet, etiam tunc Capitolinos agonas celebrari ſolitos: Et Auſonii ſæculo iidem obtinuerunt ut patet ex carmine de Delphidio Rhetore,

Tu pene ab ipſis orſus incunabulis
Dei Poëta nobilis,
Sertum coronæ præferens Olympiæ
Puer celebraſti Jovem.

Cum autem ea tempeſtate nulla fuerit alia nobilis corona Olympica præter Elidenſem & Capitolinam; hanc potius quam illam intelligendam eſſe judicavit Scaliger.

Quamvis autem ſub Conſtante, Theodoſio & Valentiniano, imo & ſub Honorio omnem lapidem moverit Diabolus, ut illos ludos ſuo loco & honori redderet: Honorius tamen eos plane abolevit, occaſione Telemachi cujuſdam Monachi, qui Romæ gladiatores pugnantes, pio Zelo diducere conatus, a populo lapidibus obrutus fuit.

Extat ſingularis Conſtantini M. contra hæc ſacra conſtitutio in codice Theodoſiano, *lib.* 16. *tit.* 2 *de Epiſcopis, Eccleſiis, & Clericis, leg.* 5. cujus hæc verba: Imp. Conſtantinus A. ad Helpidium: Quoniam comperimus, quoſdam Eccleſiaſticos, & ,, cæteros catholicæ ſectæ ſervientes, a diverſarum religionum ,, hominibus, ad luſtrorum ſacrificia celebranda compelli: hac ,, ſanctione ſancimus, ſi quid ad ritum alienæ ſuperſtitionis co- ,, gendos eſſe crediderit eos, qui ſanctiſſimæ legi ſerviunt, ſi ,, conditio patiatur, publice fuſtibus verberetur: ſi vero ho- ,, noris ratio talem ab eo repellat injuriam, condemnationem ,, ſuſtineat damni graviſſimi, quod rebus publicis vindicabitur. ,, Dat. VIII. Kal. Jun. Sirmi. Severo & Rufino coſſ. vide Briſſonium de ſpectac & feriis *pag.* 215. *& ſeqq.*

Horrendum eſt quod narrat Jovius, *lib.* 21. quod Romæ Græculus quidam Demetrius, graſſante peſtilentia, taurum placando numini, in amphitheatro, ethnico ritu immolaverit quæ inanis ſacrificii litatio, cum morbus ſua ſponte paulo poſt miteſcere cœpiſſet, a multitudine efficax habita fuit. Sic diabolus gentiliſmum in medio Chriſtianiſmo, quaſi poſtliminii jure reſtituere conatus eſt. Factum hoc ſedente Papa Adriano VI. Ultrajectino.

Sacra lupercalia Romæ, uſque ad Anaſtaſii Imptempora perduraverunt, Theodorico Amalo, Gothorum Rege in Italia regnante; quibus auctore Gelaſio Papa, circiter annum Chriſti DXXV. reclamantibus ſuperſtitioſis quibuſdam Romanis omnino abolita ſunt, fierique amplius prohibita ut ex antiquo S. R. regiſtro cognovit Onuphrius Panvinius, cujus regiſtri copiam ipſi

Digitized by Google

ipſi fecerat Marcellus II. Papa, tunc Cardinalis S. Crucis. *Panvin. deſcript. Rom. lib. 2. pag.* 158.

Luſtrationibus gentilium abolitis, aliæ in Eccleſia Romano-Catholica ſucceſſerunt, quod ex Durandi rationali divin. offic. lib. 7. cap. 7. Eckii homil. 3. de purific. B. Virginis. Rhenani annotat. ad lib. 5. Tertull. contra. Macron. aliiſque manifeſtum eſt. Sufficiet Beda, qui lib. de nat. rer. cap. 12. cum de luſtrationibus, menſe Februario celebrari ſolitis dixiſſet, addit: *Sed hanc conſuetudinem bene mutavit Chriſtiana religio, cum in menſe eodem, diem Sanctæ Mariæ plebs univerſa cum Sacerdotibus ac miniſtris, hymnis modulatæ vocis, per eccleſias perque congrua urbis loca procedit, datoſque a Pontifice cuncti cereos in manibus geſtant ardentes, & augeſcente bona conſuetudine, id ipſum in cæteris quoque ejuſdem B. matris & perpetuæ Virginis feſtivitatibus agere didicit, non utique in luſtrationem terreſtris imperii quinquennem, ſed in perennem regni cæleſtis memoriam. Quando juxta parabolam Virginum prudentium omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obviam ſponſo, ac Regi ſuo venientes, mox cum eo ad nuptias ſupernæ civitatis intrabunt.* Adde Bapt. Mantuanum in Faſtis:

Hic memorare libet quoddam grave temporis hujus
Crimen, & ipſius ſubjungere criminis ortum.
Roma Lupercales ludos antiquitus iſto
Menſe celebrabat. & quæ ſequuntur.

Apoc. I. *v.* 5, 6.

Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἈΜΗΝ.

ROMA VITTORIO EMANUELE

I N D E X.

Locorum S. Scripturæ, ſuccinctius aut prolixius in hoc opere illuſtratorum & *explicatorum.*

GENES.

CAP.	VERS.	PAG.
I.	2.	263
	8.	445
VI.	4.	78
	1 ſqq.	106
IX.	4.	6
XIV.	19.	353
XVII.	13.17.	413
XL.	1 ſq.	72

EXOD.

CAP.	VERS.	PAG.
III.	5.	429
IV.	25.	450
XII.	21.	440
XX.	20.	17
	26.	429
XXII	30.	8
XXII.	28.	62
XXIV.	7.8.	440
XXXIII.	22.23.	455
XXXIV.	6.	408

LEVIT.

CAP.	VERS.	PAG.
II.	13.	306
XIV.	52.	440
XVIII.	21.	245
XIX.	23.	311
XXI	5.	266
XXII.	2.3.	203

NUMER.

CAP.	VERS.	PAG.
XIII.	33.	78
XVIII.	19.	306
XIX.	5.	295
	6.	441
XXXI.	19.24.	382

DEUTERON.

CAP.	VERS.	PAG.
XIV.	1.	266
XV.	9.	203
XVIII.	10.	245
XX.	5.	434
XXI.	23.	353
XXII.	11.	263

JOSU.

CAP.	VERS.	PAG.
V.	8.	417
	15.	429

1. *SAMUEL.*

CAP.	VERS.	PAG.
I.	15.	447
VII.	6.	ibid.
XII.	12.	18
XIII.	1.	374
XXI.	14.	69

2. *SAMUEL.*

CAP.	VERS.	PAG.
VII.	18.	409
XXI.	10.	354
XXIV.	12.	65

1. *REGUM.*

CAP.	VERS.	PAG.
IV.	32.	441
XVIII.	26.	408. 415
	28.	266
	38.	93
XIX.	11.	102
	18.	418

2. *RE-*

Digitized by Google

BIBL. … ROMA … VITTORIO EMANUELE

I N D E X.

CAP.	VERS.	PAG.
2. REGUM.		
I.	2.	22
III.	26.	66
V.	10.	444
XII.	31.	246
XIX.	4.	409
1. CHRON.		
XXIII.	13.	203
2. CHRON.		
XXVI.	14.	39
JOB.		
II.	4.	8
XXVI.	7.	239
	13.	101
XXXI.	27.	418
XXXVI.	5.	44
PSALM.		
II.	6. 7.	374
XXII.	15.	447
LI.	9.	441
LXII.	9.	447
LXXXVI.	15.	409
CIII.	8.	ibid.
CVI.	37.	246
PROVERB.		
II.	18.	78
III.	8.	194
IV.	22.	ibid.
XIII.	8.	8
XXI.	16.	78
XXII.	15.	194
JESAI.		
XX.	2.	429

CAP.	VERS.	PAG.
XXVII.	1.	101
XXX.	33.	445
LIII.	10.	202
	17.	25. 202
LXVI.	14.	101
JEREM.		
VII.	18.	322
XXXII.	18.	409
XLI.	5.	266
XLIV.	17.	322
EZECH.		
XXI.	21.	170
DANIEL.		
II.	1 ſqq.	72
HOSE.		
VII.	5.	374
ZACHAR.		
XIII.	1.	4
MALACH.		
I.	8.9.13.24.	283
BARUCH.		
VI.	42.	303
2. MACHAB.		
XII.	42.	382
MATTH.		
V.	8.	194
IX.	17.	238
X.	28.	3
XII.	24.	23
XIV.	6.	374

CAP.

Digitized by Google

I N D E X.

CAP.	VERS.	PAG.
IV.	9.	18
XXIII.	19.20.	172.245
XXVI.	39.	413
XXVII.	24.	79.80
	25.	273
	MARC.	
III.	2.	23
	21.	67
V.	15.	ibid.
VII.	3.	332
	33.	317
X.	45.	3
XI.	16.	431
	LUC.	
VIII.	35.	67
IX.	62.	455
XI.	15.	23
XV.	21.	105
XX.	4.	ibid.
	JOHAN.	
I.	29.	4
III.	5.	224
V.	1 ſqq.	357
IX.	6.	317
X.	20.	67
	36.	203
XVII.	19.	ibid.
XIX.	29.	441
	ACTOR.	
XVII.	23.	40 ſq.
XXI.	11.	80
XXVI.	25.	67
	ROM.	
I.	32.	50
II.	5.	ibid.
	16.	336
	23.	50
III.	25.	5

	1. *COR.*	
CAP.	VERS.	PAG.
IV.	13.	275
XV.	29.	222
	2. *COR.*	
VII.	1.	72
	GAL.	
III.	13.	7
	EPHES.	
II.	12	19
V.	11.	219
	COLOS.	
II.	18.	32
	23.	20
	2. *THESSAL.*	
I.	6	50
	1. *TIMOT.*	
II.	6.	7
	HEBR.	
I.	3.	4
IX.	12-15 ſqq.	ibid.
X.	29.	202
	2. *PET.*	
III.	7.	243
	1. *JOHAN.*	
I.	7.	4
II.	2.	5
III.	8.	263
IV.	18.	17
	APOCAL.	
I.	5.	4

IN-

Digitized by Google

INDEX.
RERUM & VERBORUM.

A.

ABaſcantii in Priſcillam uxorem pietas. 299
Abel utrum Dei juſſu l. dictante ratione ſacrificaverit? 165. cur ejus ſacrificium Deo fuerit gratius quam illud Caini? 164. ex quibus ſignis hoc colligere potuerit. 169
Ablegmina l. albegmina, partes extorum quæ Diis immolabant. 292
Abominatio verbis factisque indicata, repulſione ſc: & deſputatione. 420 ſq.
Abſtinentia à neceſſitate 392. à certo ciborum genere 184. 393. à venere in ſacris Cereris 395. Iſidis &c. 396
Abujaafarus Grammaticus, quare in Nilum præcipitatus? 109
Academicæ depoſitiones, apud Athenienſes Germanos. 197
Acarnanes juvenes templum Cereris per errorem ingreſſi, quare interfecti? 199
Acheruſia lacus in quo Hecate luſtrata. 229
Accidentia homini præter intentionem in actionibus religioſis 127. 128. ſq. civilibus 130. & animalibus, ominoſa adeoque luſtranda. 131
Achilles aqua Stygia tinctus, ideoque toto corpore invulnerabilis 257. interfecto Strambelo fonte ſe luſtravit quem Achilleum vocarunt 211. ejus umbra apud inferos 77. anima Apollini viſa 78. vox è tumulo audita 115. quem Alexander M. circuivit 386. quare mortem in aqua reformidaverit. 354
Achiſi regis ſuperſtitio 1. Sam. 12. 69
Adam Saturnus. 12
Admeta Junonis ſtatuam à piratis raptam, purificatam, templo reſtituit. 326
Admirationem faciunt; ignoratio cauſæ & rei novitas. 125
Adoptivi in adoptantis familiam & ſacra tranſibant. 369
Adraſtus fratris cæde pollutus, à Craſo expiatus. 5. 210
Adrianus natalem imperii celebrandum conſtituit, & quando 375. quare Antinoum ſuum immolandum curaverit? 268
Æaci precibus Græcia a ſiccitate fuit liberata. 108
Ægri Gangeſianam cupiebant 226. lauri ramum ſuper fores ſtatuebant. 299. quare? ibid. v: morbus.
Ægeſtius pro patria ultro ſe devovit. 113
Ægyptus unde ſic dicta? 428
Ægyptii hoſtiis humanis Nilum placabant. 109, 110. ſi vel. tranſeundo ſuem attigiſſent, ſe lavabant. 218. poſt venerem à ſacris 216. profanis quoque non luſtrati abſtinebant 217 Metempſychoſin credebant. 190. in ſacrificiis ſeipſos vulnerabant. 266. minio quotannis oves & arbores inficiebant; quare? 294, 295
Ænigma Proſerpinæ. 103
Æmilio Paulo ſacrificante, fulmen

in aram delapſum ſacrificium perpetravit. 87
Æolus tempeſtatibus præfectus. 99
Æpytidæ qui & quare filias virgines ſorti committere juſſi? 116
Æpytus Neptuni templum ingreſſus quare & qua ratione ſubito excæcatus? 199
Aer 218. luſtrationes per aerem l. ventilatione 234. l. oſcillatione peragebantur. 235
Æs quare in luſtrationibus adhibitum? 307. ejus in ſacris uſus 308. vis, maxime in ſonitu 309. tinnitus in magicis & ecclipſi lunæ. 309, 310
Æſchines hinnuli pelle initiandos ſuccinxit 434
Æſculapius quare ἁγνὸς dictus? 397. Romam accerſitus 70. ſuo & ſerpentis Epidauri adventu peſtem diſpulit. 139
Æſopi manes placati. 64
Æthiopes per homines exteros regionem ſuam luſtrabant. 277
Ætna flammas eructans, prodigium, majoribus hoſtiis expiandum 110. 111
Agabus Actor. 21. 80.
Agamemnon contumelia non impune affecit Chriſen. 59
Agathocles, ecclipſium cauſas naturales demonſtrat. 81
Ἁγιάζειν 4. interdum idem, ac victimam offerre. 203
Agna nigra quando & quare immolanda? 103
Affectus num & quinam Deo tribuendi? 49. 50
Africani jocus. 151
Ageſilai ſtratagema. 170
Ἁγνὸς vitex & quare dicta? 397
Ἁγνίτης active & paſſive ſignificat. 156
Ἁγνίζειν. 6
Agri ambarvalibus luſtrati 345 ſq. v: ambarvalia.
Agraulus pro Athenienſium ſalute ſe devovit. 270
Ajax in mortuorum recenſionibus, quare nuſquam introductus? 354
Alauda peculiari quodam amuleto nidum ſuum luſtrat. 160
Albuti in luſtrationibus uſus. 304
Alceſtis per triduum purificanda. 477 ſe pro Admeto conjuge vicariam dedit. 268
Alcibiades publice devotus & reſecratus. 276
Alexander M. fœdum de Clito ſomnium expiavit 28. Tyrum obſidens, Herculem ex muro ſibi manus tendentem vidit. 39. poſteris fallax præparavit miraculum 78. ecclipſes expiavit 82. propter prodigia mortem portendentia Diis averruncis ſacrificavit 148. ſacrificaturus medicamento Aruſpicis manum inſcripſit quare? 170. non ut Rex, ſed ut Deus militibus a matre fuit commendatus 326. Achillis tumulum circuivit 386. natalis ipſi fatalis fuit. 359
Allii in luſtrationibus uſus. 299. 362
Almo Romæ, fluvius in quo mater Deûm lavabatur. 320
Alpheus amnis, quare Jovi gratiſſimus? 227. 295. ejus aqua ſacrificiis fuit accommodatiſſima. 227
Altare v: ara. In ipſo altari motus cum crepitu quare obſervatus. 171 172
Amazias, num Deos filiorum Sehiris evocaverit? 39
Ambarvalia, ſic dicta, quod victima ambiat arva 345. 436. privata, quæ patrefam: 346. publica

ea quæ à fratribus Arvalibus porcâ fiebant, quare? 347. 348
Ambiegni, bos & vervex & quare appellati 291
Ambiluſtrum idem ac luſtrum conditum quid ſit? 151
Amphiarai oraculum conſulturi prius luſtrandi & quomodo? 204
Amphiarai fons vid: fons. 225
Ἀμφιδρόμια dicta Nominalia & quare. 328
Amburbialia urbium luſtrationes unde ſic dicta? 359. 436. v: urbium luſtrationes.
Ambuſtanea avis v: avis.
Amor, Deus libertatis amicitiæ concordiæque procurator, a quibus cultus? 28
Androginus in mare projiciendus? 475
Androtion, quare ſe luſtrare juſſus? 202
Angelici Hæretici damnati. 32
Angelorum corpus. 181
Anienis aqua, ſacra fuit atque luſtalis. 228
Animalia luſtrationibus adhibita 280-286. quæ l. unius erant ſpeciei 287. l. plurium 287, 288. Animalium etiam partes adhibitæ: pelles, lingua 291. os, carnes 292. ſanguis. &c. 292. 293
Animalia marina num & quare omnium ſint fœcundiſſima? 306
Animarum apparitiones 77. circa ſepulchrum 184. Gigantea apud inferos forma. 78. tunica ſ: corpus 181. quale? 182. alæ, ſunt lumem intellectus & integritas voluntatis 184. quæ confractæ per contemplationem eriguntur. 185
Animæ humanæ divini ſunt originis 192. in hoc ſuum principium rurſus convertendæ. ibid.
Animæ non ſepultorum in campos Elyſios quare non admiſſæ? 350. eorum qui mari ſuffocantur quare interire creditæ? 352
Animi vera tranquillitas. 193
Annibal. à ſacrilegio abſterritus & retardatus 60, 61. in ſomniis belli calamitates vidit 66. & miſſum ſibi à Jove divina ſpecie juvenem 77. Tib: Graccho exequias celebravit quomodo? 386
Annulum in ſacris geſtare nefas 430, 431
Annus ſacer quo nata omnia vovebantur 58 ſq. Platonicus. 244
Anni principium quatenus in votorum nuncupationibus obſervatum. 54, 55
Antalcidas Myſtagogo peccata confitetur. 399
Antheſtereon menſis februis apud Græcos deſtinatus. 479
Ἀντίλυτρον quid? 7. egregia ejus vocis ἀείφεγγος Gal: 3. ibid.
Antiochus Epiphanes, unde ſic dictus? 45. inſanos ludorum pompas inſtituit. 449
Antinous ab Adriano quare immolatus & deinceps inter Deos relatus? 268, 269
Antiphontis lepidum reſponſum. 125
Antonius Lupercus. 157
Antiſtrophe quid? 412
Ἀντίψυχοι 7. qui? 267. vid: vicarius.
Antonius philoſoph: Romam omni genere luſtravit 66. lectiſternia per ſeptem dies celebravit. 67
Ἀνθρωποθυσία gentilium varia 267-278
Antrum Trophonii vid: Trophonius
Anus quid volt ſomniat 205
Ἀπαρχὴ quid denotet? 336

Digitized by Google

Aper ſuper quo Agamemnon juraverat quare in mare dejectus? 457
Apes, modo læta, modo triſtia portendebant. 141, 142
Apii in luſtrationibus uſus. 299
Ἀποκαταπιλάσειν. 5
Apollo, ἀποτρόπαιος, ἀλεξίκακος. 24. liberator 25. Delphicus, non impune violatus 62. Culicianus 141. Cumanus, quatriduo flevit 144. quare Phœbus? 252. Genitor. 297
Apollinis ſimulachrum, aurea catena vinctum 39. ara in Delo, pura atque inviolata. 297, 298. 362
Apolloniatæ quando februa peregerint? 479
Apollonius Thyanæus animam Achillis e tumnlo excitatam vidit 78. homicidam rite expiatum dimiſit 210. perunctus lotuſque ad templum acceſſit 198, 199. peſtem depulſurus, ſpectrum lapidibus obruere juſſit. 380
Ἀπολύτρωσις v: Redemptio.
Apotheoſis luſtratione peracta. 318, 319
Apparitiones animarum 77. 184. vid: animæ Deorum Gentilium 117, 118. ex quo & à quibus cognitæ? 119. ſemper efficaces habitæ. 120
Appius Clodius quare cæcus factus? 153
Apulejus Iſidis ſacris initiandus prius luſtratus eſt. 196
Aqua luſtrationibus adhibita: ſimplex & limpida 224. 334. unde Ibis biberat 224, 225. ſacra, quæ I. naturâ ſalis, fontana fluvialis 225-229. & marina 229, 230. vel ritibus quibuſdam conſecrata 231. interdum etiam ſale mixta 230. quin & ſimulata. 231
Aqua virgo vel virginea, qua pulverem & ſudorem abluebant qui in campo Martio exercebantur. 227, 228
Aqua Mercurii, qua mercatores ſe luſtrabant 228. roſacea Feguani 230. ex lacu averno quare in inferorum ſacris adhibita. 228, 229
Aqua igni juncta in nuptiis 255. poſt funera 256. quare ibid. melli juncta 257. ſanguine expiandi mixta, quando & quare? ibid.
Aquæ effuſio luſtrantibus uſitata 247, 248. ex aqua generatio & regeneratio 223, 224. in aqua mori miſerum, 354. quod etiam generoſiſſimi reformidarunt. 354, 355
Aquælicium, cum aqua pluvialis remediis elicitur 109. quibus? 108, 109. horrendum ejus rei exemplum. 91
Aquarum inſolitæ inundationes v. inundationes.
Aquaria, in templis erant, in foro 437. & in compitis. 438
Aquaria provincia quæ & unde dicta 216
Aquarioli mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ, unde dicti? 216
Aquila in ſomniis viſa, malum omen 75. callitricho nidum ſuum luſtrare ſolet. 160
Ara ignoti Dei apud Athenienſes 40. integra ejus inſcriptio 41, 42. junonis Laciniæ miraculis clara 60. Jovis ἀστεροπαίου 85. ventorum 102. Jovis idæi aurea, lapidea 113. Apollinis Genitoris pura atque inviolata 297. Miſericordiæ. 418
Aræ ſine nomine per Athenienſium pagos quare erectæ? 156. Aræ ſolenniter dedicatæ atque luſtratæ quomodo? 341
Ara-

Digitized by Google

Arabes poſt venerem à ſacris 216. profanis quoque non luſtrati abſtinebant. 217
Arborum in luſtrationibus frequens uſus 300. ſacrarum luſtratio 343, 344. fulguritarum l. fanaticarum procuratio. 467
Arbuti in ſacris uſus 304.
Arca fœderis 13. ad imitationem ejus ciſtas inter ſacra habuerunt gentiles. ibid:
Archidamo fulgura ac tonitrua ſecunda intonuerunt. 88
Archilogi Poëtæ manes placati 64. quo loco. 477
'Αρδάνιον vas aqua luſtrali plenum quod pro foribus mortui ponebatur. 222
Areimanius Deus malus 30. 259. eſt ipſe Diabolus 260. quem Perſæ colunt. 293
Ariſtæus Rex eteſias deficientes revocavit. 100
Ἀριστερεὼν verbena eſt 300. ejus in ſacris uſus. 299
Ariſtides inter imprecationes mydros in mare conjecit, quando & quare? 230
Ariſtinus ὑστερόποτμος qſ. renatus. 331
Ariſtippus imminentem in mari mortem quare metuit? 355
Ariſtodemus ultro filiam immolandam offert 116. occidit 117. ejus & Cratini interitu terra expiata eſt. 269
Arma hoſtibus erepta, Diis dicata & quibus? 28. arma ante templum depoſita. 431
Armiluſtrium h.e. armorum luſtratio poſt pugnam 384. ad placandos cæſorum manes inſtituta 385. decurſione fiebat & ſacrificio 386. ſq.
'Αρνίδες feſtum in honorem Lini inſtitutum. 290
Arnuphis magicis quibuſdam artibus pluviam elicuit. 94
Arvales qui de agrorum terminis cognoſcebant. 346, 347
Aruſpices v. Augures.
אזוב herba cujus in Hebræorum luſtrationibus frequens uſus 440. num ſit hyſſopus v. Hyſſopus.
אשם quid denotet. 8, 9
Aſcodromitæ hæretici notati. 238
Aſcolia quæ & quomodo celebrata apud Athenienſes 237. Romanos. 238
Aſellus ignominia levatus. 151
Aſini caput Robigini immolatum. 290
Aſperſionis ritus, ad luſtrationem pertinens, 437. præſertim in nuptiis 255. poſt funera 256. inſtrumenta aquam continentia 437. applicantia 438. numerus. 442-446
Aſpergilla ex lauro 438. oliva 438, 439. rore marino 440. hyſſopo. 440, 441
Aſſyrii quomodo venerem coluerint? 433, 434
Atejus Craſſum in Parthos profecturum publice devovit. 276, 277
Athamas hæreditarium piaculum in ſuam familiam attraxit, quo facto? 273
Athenarum laus 153. Rex & Regina ſacrorum 158. ſtudioſi ſolenniter luſtrati 197. luſtratio menſe Thargelione, quo duos viros immolabant 359. ejus origo 359, 360. ritus 461. alia, circa Delia in honorem Theſei 360. alia menſe Mæmacterione, quæ pelle fiebat. 360, 361
Athenienſes, θεὺς ξένους coluerunt quamplurimos 29. 34. etiam ignotos 40-43. famem placarunt. 66.

Demetrium tanquam Deum coluerunt 90. Boreæ ſacrificarunt 101. peſte laborantes Epimenidem ex Creta advocarunt 156. quo etiam ſuadente contumeliæ & impudentiæ fanum fecerunt 214. Metragirtæ cujuſdam injuſte occiſi manes expiarunt. 211
Atia quaſi à concubitu viri ſe purificat. 216
Atila ex avolantibus ciconiis Aquilejæ capiendæ augurium capit. 39
Attilius prætor menti ædem vovit. 57
Attributa quibus ſancti Deum 408 Gentiles Deos Deaſque nuncuparunt. 409
Avernus lacus quare inferis ſacer? 228. quare etiam ἄορνος dictus? 229
Avis incendiaria, alias ſpinturnix & ambuſtanea, malo augurio apud Romanos viſa 134. quænam ſit? 135. ex avium volatu & cantu auguria ibid. à cordatioribus deriſa, & eluſa. 136
Aves Diomedis aqua ſe qſ. luſtrant. 160
Augures auſpicia captantes 121. ſedebant 410. Hetruſci hac arte clariſſimi 121. 158. aliquando perfidi, necati ſunt. 121
Auguria ex avium volatu, cantu & tripudio ſoliſtimo 134, 135. ex apibus, formicis, muſcis. &c. 142
Auguſti ſomnium 75. natalis biduo ſemper celebrata 373. oraculum Auguſto datum, maris 203. & orbis fore dominum. 173
Aurelium mortuum quare nemo lugendum cenſuerit? 351
Aurium tinnitus ſuperſtitioſe à Gentilibus obſervatus. 131
Aurum Toloſanum, quod multis excidii cauſa fuit 62. aurum ante templum depoſitum. 431
Auſpicia caduca quæ? 129, 130
Αὐτοχειρία damnata 353. αὐτόχειρες inſepulti abjiciendi. ibid.
Azazel quid notet? 459, 460

B.

Baal Peor, num Gentilium Jupiter Tonans. 85
Baal Sebub i. e. Dominus muſcæ 22. per appoſitionem Dominus muſca 23. quare Jupiter ita dictus? 22. 142. hinc princeps Dæmoniorum, Palæſtinis & Cyrenaicis 22, 23. Eleis quoque cultus. 142
Baalitæ ſeipſos vulnerantes 266. Balem Sidonium invocantes 408. circa aras ſaliunt & tripudiant, 415. quare? ibid.
Babylonius Magus quare & quo ritu locum ſacrorum luſtraverit. 206
Babylonii poſt Venerem templum non ingrediuntur niſi luſtrati. 216, 117
Bacchus eſt Moſes 12. Μειλίχιος i. e. mitis blandus 26. λιχνίτης 235. πυριγενὴς 404. Ἄττης ſ. Ἄττις 404, 405. cum ſerpentibus ſuis & omni apparatu luſtratus 324, 325. ejus myſteria. ibid.
Bacis Bœotius quomodo Lacedæmoniorum mulieres fanaticas luſtraverit? 68
Baptæ? qui? Cotyttia celebrarunt. 161
Baptiſmus lavacrum regenerationis. 224
βαπτισμὸς ἀπὸ νεκροῦ, qualis? 222 ſq.
Baptiſmi Gentilium v. lotiones Judæorum

INDEX.

dæorum & Phariſæorum ſuperſtitioſi. 202
Battologia, in qua gentiles ſummam precum laudem collocabant, damnata. 408, 409
Bau ex Bohu, quid notet. 262 ſq.
Bellonæ ſacra 266. ſacerdotes, non alieno ſed ſuo cruore ſacrificabant. ibid.
Bellum peccatorum pœna 65. cui avertendo laborarunt gentiles 66. quomodo, ibid. Marcomanicum, ſeditionis cauſa 67. civile Cæſaris & Pompei, ſeu prodigia hoc denunciantia. 146, 147 ſq.
Bellerophon à Rege Proeto expiatus. 212
Berenice ante tribunal Flori. 429
Biblia S. magna cum religione olim tractata. 197
Bidental, locus à fulmine tactus, quare ſic dictus? 470
Bidentales fulminum procuratores & quare ita dicti? 158
Bidentes oves quænam? 285
Bigois fulguritarum artem ſcripſit 83. ejus libri una cum Sibyllinis ſervati. ibid.
Bilcam num artem Deos evocandi ſciverit. 39
Bilem victimæ in ſacris nuptialibus juxta aram defodiebant, quare? 378
Binarius numerus v. numerus
Bitumen in luſtrationibus adhibitum. 310 ſq.
Bohu quid notet.? 262, 263
Bos locutus 136. fictus ex farina 231. pomo ibid. e myrrha, thure &c. 232. in Diipoliis ſacram pultem comedens 279. ambiegna unde dictus? 291. de bove Dianæ immolando feſtiva hiſtoria. 202
Bomilcar de ſumma cruce concionatur. 353
Bonus ſine Deo nemo 179. in unoquoque virorum bono Deus habitat. 179, 180
Boreas Helleniſtis Judæis eſt Diabolus 101. filius ejus Calain 102, pedum loco ſerpentes habet. ibid.
Βορεασμοὶ feſta in honorem Boreæ inſtituta. 101
Brachmanes templum ingreſſuri fœtenti aqua ſe lavant 198. populum aquâ ſanguine mixta expiant 258. etiam Deos ſuos aquâ luſtrant 327. eorum fabulæ, de Dite 264. v. Ditis de ovo mundi principio. 265. v. ovum.
Branchus quomodo Mileſios à fame expiaverit. 398
Bronton num Jupiter Tonans? 84
Bruto, cui ſpectrum horrendum ante aciem Philippicam viſum 76. apes quoque triſtia portenderunt 141
J. Brutus Regibus pulſis capitibus allii & papaveris ſupplicari juſſit? quare. 362
D. Brutus decembri menſe mortuis parentari, voluit. 479
Bubo, dirum mortalibus omen. 134
Buphonia, in quibus popanon pro bove oblatum 232. quomodo celebrata? 279
Buplagus è mortuis excitatus, Jovis iram Romanis denunciavit. 385
Buproron ſacrificium ex centum ovibus & bove uno. 233. 288
Buris & Spergius pro ſalute populi ſe immolarunt. 214. 269
Buſiris, hoſtiis humanis Nilum placavit, 109. ejus aræ? 277

Digitized by Google

C.

Cabiri Dii, quinam ſint & unde dicti 44. 46. eorum myſteria 45. numerus 45, 46. ordo 47. cultus 47, 48
כביר veri Dei epitheton quid notet? 44
Cadavera igne luſtrata, 333. condita quare Ægyptii ſervaverint, Romani combuſſerint? 476
Cæa quædam, ſacra domeſtica majori filiæ tradit. 367
Cædes v. Homicidium.
Cæſarum familia, unde appellata? 366. ejus ſacra privata. ibid.
J. Cæſar Caſſio poſt obitum viſus 78. malum omen in melius vertit 133. nulla religione ab incepto unquam fuit abſterritus 220. quo die interfectus eſt, ne centum quidem hoſtiis perlitare potuit 168. monſtra quæ circa mortem ejus contigerunt. 145, 146
Caini ſacrificium 164. v. Abel.
Calanus mori certus, capillos pyræ impoſuit, quare? 336
Calaſiris apparitionum divinarum interpres. 118
Calcei quare immundi? 429. ſine calceis ſacrificandum & adorandum, quare? ibid. calceatis ſanctuarium ingredi non licuit. 13. 429
Calecutani aquâ ſanguine mixta. ſe expiant 258. idolum ſuum Deumo aqua luſtrant. 327
Caligula illos qui pro ſalute principis ſe devoverant, ſerio perire voluit 269. habitu triumphali templum Auguſti dedicavit 340. ex machina quadam tonitribus obſtrepuit. 466, 467
Callimachus hymno decimas Apollini miſit 336. propter opus *aliud* in contemptum venit. 462, 463
Callirrhoe fons, cujus aqua in ſacris nuptialibus adhibita. 227
Calvitii religio 427. calvi in ſacris Iſidis. 427, 428
Camillus Vejos obſidens, Junonem evocavit 36. ejectis Gallis Romam luſtravit, quomodo. 380
Camœnarum fons Veſtalibus ſacratus 228. unde Rhea Silvia aquam petiit. ibid.
Campanæ ſtrepitus etiam apud Gentiles in uſu fuit. 309
Campi Elyſii unde appellati? 191. Poëtarum de illis fabulæ. ibid.
Canaile, unde? 281
Candidæ veſtes ſacræ, quia puræ 422, 423. recens baptizatorum in prim. Eccleſia. 424
Caniculæ ſydus frugibus inimicum, placatum 295. ortus obſervatus. 65
Canis locutus 138. canes quare & quando obſervati? 138. 420. in luſtrationibus quando adhibiti? 280. quare Robigini immolati? 289, 290. luſtrati. 345
Canis vinculi genus, quod ut furcam geſtabant facinoroſi. 281
Canis Icarii quare inter ſidera collocatus. 241
Caper victima Bacho peculiaris 236. quare? 237. ſuperſtitionibus diabolicis adhibitus. 238
Capilli quare foribus domus funereæ appenſi? 222
Capilli votivi. 59
Capitolium de cœlo tactum 96. clypeus in Capitolio Genio urbis conſecratus. 31
Caput in ſacris jactatum 417. velatum 425, 426. raſum. 427 ſq.
Caput loco totius corporis luſtratum. 332
Captivi pro victimis immolati? 277

A. Ca-

INDEX.

A. Caracallus publicas acclamationes repudiavit, quare & quando? 54
Carmanor Apollinem de Pythonis cæde purgavit. 214
Carmina luſtralia 68. 402. vatum 123. Lyrica per ſtrophen, antiſtrophen & epodum canebantur. 412
Carolus M. Mathematico prodigiatori ſapienter reſpondet. 82
Carolina inſula, cujus incolæ vivos homines comburebant. 248
Carrenones quomodo Lunam coluerint? 434
Carthaginenſium contra peſtem ſacra cruenta. 70
Caſſius Cæſarem à ſe interfectum vidit humano habitu auguſtiorem 78. Huic apes mali aliquid portenderunt 141. exercitum luſtranti infauſtum omen oblatum. 384
Caſſio Parmenſi Athenas confugienti ſpectrum apparuit. 76, 77
Caſtitas v: abſtinentia à venere.
Caſtores ex ovo geniti. 264
Caſtus quid? 393. v: abſtinentia.
Catalogus Deorum. 20
L. Catilina poſt commiſſum & fratris & Marii cædem manus abluit. 212
Caudæ in ſacrificiis adhibitæ 283. uſus. 292
Cauſarum ignoratio & rei novitas admirationem faciunt. 125
Cantilius propter ſtuprum cum Floronia Veſtale inter verbera expiravit. 60
Cei ortum caniculæ ſervantes, ex eo præſagiebant. 65
Cenſores ſingulis quinquenniis Romam luſtrabant 151. quod luſtrum conditum, item ambiluſtrum appellarunt. 151. 362
Ceres 25. in honorem Herculis parva myſteria inſtituit 212. à Neptuno compreſſa in Ladone lavit 216. unde Luſia dicta ibid. Triptolemum luſtravit 319. num & quare porca ipſi fuerit ſacra? 346, 347. in ſacris ejus ab omni cibo abſtinuerunt 393. & à venere 395, 396. ejus templum magnificentiſſimum 26. nuptiæ quales? 312
Cerriti vel larvati qui? 68
Ceryces apud Athenienſes ſacrorum antiſtites. 150
Cervus ex farina aliiſque in Elaphebollis oblatus 232. cervaria ovis quæ pro cerva immolabatur. ibid.
Chabrias ex fulmine auguratur. 87
Chaldæi duabus tunicis animam induunt 180, 181. Chaldaicum Oraculum, de purgatione animæ 193. de morte violenta 352, 353
Chamus fuit Gentilium Jupiter Hammon. 12
Chanaam Mercurius. 313
Chaon pro ſociis immolandum ſe obtulit. 270
Chaos unde dictum? 262. ex eo omnia ſunt genita ibid. tanquam ex ovo. 259-261
Chariclis ſomnium. 75
Charilæ imaginem in Delphorum luſtratione Rex colapho excipiebat, quare & quo ritu? 300
Χαριστήρια ſacrificia quænam? 282
Charondas milites ſuos pro concione ſtolatos deſtituit, quare? 435
Χερνὶψ quid ſit? 231. 437
Chorinæus ſacerdos everriator. 155
Chriſtus v: Jeſus Chriſtus.

Chriſtiani quare per calumniam dicti cœlicolæ 105. καθάρματα & piacula mundi 275. verſus orientem quare oraverint? 412. martyres quare lotio conſperſi 482,483. eorum natalis quadruplex 375, 376. preces. 400. 401
Chriſtiani ἡμεροβαπτισταὶ qui ad omnem orationem corpus lavabant. 202
Cicero inſignis ſuarum virtutum præco 96, 97. à Lactantio caſtigatus 15. ſq. ejus uxor in cinere flammam vidit quæ marito conſulatum portendit. 176
Cilleo pro moveo. 239
Cimonis ſomnium. 75
Cinctus Gabinus qualis? 432
Cinis in ara Junonis Laciniæ immobilis 60. Cineres imprimis combuſtorum vitulorum luſtrationibus adhibiti 296. per cineres placandi ratio. 435. 450
Circe triſte ſomnium expiat 75. Jaſonem & Medeam porco expians manus abluit 332. quare. ibid.
Circumciſio Ægyptiorum aliarumque Gentium 13. apud Hebr: ſponſus dicitur puer quando circumciditur, quare? 453
Circumgyratio orantium quæ dextrorſum fiebat. 410
Circumlatio omnium eorum quæ rei luſtrandæ applicabant.
Claſſes luſtratæ. 387-390
Claudia veſtalis inceſtus accuſata, miraculo ſe purgavit. 321
Claudius Imper: Jovi averrunco aram poſuit, quare? 133. manus pro ſalute ſua edi prohibuit. 269
P. Claudius tripudia ſoliſtima eludit 136. publice damnatus, damnationem voluntaria morte prævenit. 387
Clavus quando & quare à Dictatore fixus? 465. 473
Cleomenes ſeptingentas Athenienſium familias tanquam piaculo contaminatas luſtravit.
Clitemneſtræ corpus poſt mortem luſtratum. 333
Clitorius fons purgandi & abſtemios faciendi vim habuit, unde? 457
Clitumnus fons ſacer. 225
Clodius ſacra paterna neglexit. 369
Cluacina Venus & unde ſic dicta? 26
Clypeus in Capitolio Genio urbis conſecratus. 35
Cochinenſes mundum credunt ovum quoddam fuiſſe. 261
Cœlum Deus 46. pro Deo 105. aëreum Jovis nomine invocatum. ibid.
Cœleſtis Dæmon. v: Dæmon. Virgo. 321. v: virgo.
Cœli Regina v: Regina cœli, cœli diviſio. 81, 82
Cœlicolæ Judæi & Chriſtiani per calumniam dicti 105. quare. ibid.
Coi Junoni ſacrificantes ſervos non admittebant 153. muliebri veſte amicti Herculi ſacra faciebant. 434
Colonias quando & quare deduxerint Romani? 273. 274
Coloſſus quid? 78
Columbæ pullos excluſos qſ. luſtrant 160. in luſtratione Claſſium quare emiſſæ? 390
Colpia ventus ex quo & muliere Bau ſeculum natum 262 Spiritus S. eſt. 263
Collegium Arvalium 346. v: Arvales.

Coma

Coma in ſacris jactata 417. hæc ſibi reſecata Deos Manes placabant. 315
Cometa ſidus terrificum, quomodo expiatum. 83
Commodus Imper: 39. prodigia mortem ejus portendentia. ibid.
Compitalia inferis ſacra, à Servio inſtituta 362. quomodo celebrata. 363
Conciliare quid notet? 4
Conciliorum Elibertini Ancyrani Conſtantinopolitani &c. contra idololatras decreta. 483
Conciones luſtratæ. 343 ſq.
Concubitus 208. 216. v: conjuges. mulier in concubitu mariti exanimata. 352
Confeſſio peccatorum. 399
Conflagratio mundi ultima. 243 ſq. v: mundus.
Conjuges olim ſicut ante 208. ſic & poſt concubitum ſe purificabant 216,217. à ſacris, profanis quoque non luſtrati abſtinebant ibid. Hoc ad Chriſtianos quoque derivatum ibid. quid de eo ſtatuendum? 218
Conjugum natales celebratæ. 373
Conjugium menſe Majo contractum quare infauſtum? 275
Conſilium qſ. conſidium 410. malum conſultori peſſimum. 121
Conſtantinopolis expugnata 39. memorabilis hiſtoria quæ in obſidione ejus contigit. ibid.
Conſtantinus M. ſpectacula gladiatoria, reliquaque Gentilium ſacra abrogavit. 483,484
Conſules luſtratoriis ſacris adhibiti. 151,152
Contemplatio eſt prima pars purgationis interioris 185. contemplativa vita eſt mors pretioſa. ibid.
Contumeliæ fanum. 214
Converſio ad ſolem orientem 411. occidentem. 412
Convivia ſacrificiorum appendices. 204. lotionibus inchoanda. ibid.
Coptus unde dicta? 427
Corinthi luſtratio. 360
Cornix in nuptialibus auſpiciis malum omen 134. verbenaca ſupina nidum ſuum luſtrat. 160
Coronarum in ſacris uſus. 129,435
Corpus homini tributum unum mortale 180. alterum ſpirituale. 181. animæ v: anima. Angelorum v: Angeli.
Cortina Delphica quid? ejus forma 207
Corvus a dextra ratum faciebat. 135
Corylus vitibus nocet. 237
Cotyttia ſacra impudica. 161
Craſſus quare ab Atejo publice devotus? 276 ſq.
Cratinus pro patria ultro ſe devovit. 269
Crepitus ventris inter Peluſiacas religiones numeratus. 114
Creta in qua ruinoſum templum cum notabili inſcriptione. 198
Cretenſes exercitum ante pugnam luſtrabant. 383
Crines in ſacris effuſi. 426
Crœſus Adraſtum 22. 210 & hoſpitem ſuum fratris cæde pollutos expiavit. 214
Crucifixi inſepulti linquebantur, volucribus dilacerandi. 353 ſq.
Culices Oetei conopas vocant. 142
Cultri ſacrorum 336. ænei 308. luſtrati. 342
Cultus quinam Deo acceptus? 18. 177 ſq.

Cuninæ lacte faciendum ſine vino. 314
Curiæ, ubi ſacerdotes res divinas curabant 364 Fordicidiis expiabantur 365. hinc.
Curionia ſacra ibid Curiones curiarum ſacerdotes 364. Curiales menſæ in quibus immolabatur Junoni ibid. Curionum æs quod dabatur Curioni. 365
M. Curtius pro ſalute patriæ ſe devovit 113. à quo lacus Curtius appellatus. ibid.
Curtio Rufo in Africa verſanti ſpectrum apparuit immanis corporis. 76
Cybele mater Deûm, Romæ ſolenniter luſtrata 320. ejus ſacerdotes atque cultores ſeipſos vulnerabant ibid. quomodo 266. quando & quamdiu. 320, 321
Cygnus poſtquam iniit fœmellam vivo ſe fonte abbluit. 160
Cylon quare ab Athenienſibus in fugam conjectus? 215. ejus etiam Socii in templo interfecti? ibid. quod ſcelus deinde Epimenides expiavit. ibid.
Cynicorum cibi. 459
Cynoſarges, gymnaſium Herculis apud Athenienſes, ubi nothi ſacra faciebant, quare? 370
Cypreſſus mortis ſymbolum 221. ideoque foribus domus funereæ appoſita ibid. quæ Veſpaſiano imperium pontendit. 222
Cyrus poſt ſomnium Jovi, Soli aliiſque Diis ſacrificavit 75. precanti fulgura & tonitrua illi ſecunda intonuerunt. 88
Cyriſorus hæreditarium piaculum in ſuam familiam attraxit. 273
Cyziceni Proſerpinæ quotannis nigrum bovem immolarunt. 232. à Mithridate obſeſſi ex frumento illum effinxerunt. ibid.

D.

Dagon eſt Venus. 450
Dardanenſes ter duntaxat in univerſum lavabantur & quando? 481
Darii legati Athenas Spartamque miſſi terram & aquam petitum 214. in puteum conjiciuntur. ibid.
Dæmon cœleſtis quem Afri coluerunt. 322 ſq.
Dæmones ſunt Dii Medioxumi 32. eorum apparitiones 76. hos quidam coluerunt ne nocerent. 163
Δαιμονίζεσθαι ſæpius opponitur τῷ σωφρονεῖν. 67
David coram Domino ſaltans Deo placuit, non propter ſaltum ſed propter affectum. 413
December quare februis deſtinatus? 479
Decemviri luſtratoriis ſacris adhibiti 152. libros Sibyllinos inſpiciebant. 122
Decimæ Herculi ſacræ. 59
Decius Mus ſpectrum in quiete vidit, quale 76. unà cum filio pro exercitu Romano ſe devovit. 272
Defunctorum animæ v: anima. à Lithuanis cum pulvere ejiciuntur. 156
Delus inſul: ubi ara nulla cæde polluta 297. quam ſolam Pythagoras adoravit ibid. & ſq. in honorem Theſei navis quotannis in Delum miſſa, & quare? 360. Deli luſtratio à Theſeo inſtituta, 361. ab Athenienſibus repetita & reſtituta ibid. ſaltationes in ſacris Deli. 416

Delphi ventis ſacrificarunt 100. eorum luſtratio quæ ſingulis novenniis fiebat. 300

Delubra primus erexit Epimenides. 156

Deluſtratio & deluſtrare quid? 482

Demetrius ſe καταβάτην appellari paſſus 90. ſub quo nomine etiam cultus. ibid.

Demetrius quidam Græculus, Romæ graſſante peſtilentia taurum, Ethnico ritu immolavit. 484

Denarius numerus v: Numerus.

Denecales feriæ annuatim celebratæ, quænam & unde dictæ? 379

Depoſitiones Academicæ apud Athenienſes, Germanos. 197

Deſputatio quid? 411

Determinata fulmina quænam? 97. v: fulmina.

Derketo Syris eſt Venus. 450

Deus juſtus vindex 50, 51. cur per miracula Atheos non convertat? 82. eſt pura mente colendus 177. principium rationis, virtutis & ſanctitatis in homine 178, 179. in Ægyptiorum Hieroglyphicis ſtella expreſſus. 476

Dei adverſus homines σχέσις 48. ira quid v: Ira. nomen יהוה quare Judæis ineffabile? 34. φιλανθρωπία ex ipſius natura 133 & hominis conſcientia demonſtratur 162. Proprietates tredecim quas ipſe ſibi impoſuit. 408

Deo omnes affectus Epicurus ademit 49. iram Stoïci negarunt neceſſario ipſi tribuendam 48, 49. v: ira.

Deum ἀνδρόγυνον ſomniavit Orpheus. 434

Deorum Gentilium copia, catalogus 20. nomina ignota & occulta 33, 35. Numina incerta 34. Epiphaniæ vid: apparitio. Inceſſus qualis? 118-120

Deorum evocatio quomodo facta? 35-40. num Bileamo & Amaziæ fuerit nota? 39. migratio 36-39. luſtratio 318. ſtatuæ luſtratæ 326. veſtibus ornatæ 450. attributa. 409

Deorum reſponſa per ſomnia petentes prius luſtrabantur. 204

Dii in luſtrationibus culti: certi qui? 21. vel ſuperi 22-30. vel inferi 29-32. vel Medioxumi i. ſ. Genii 32. Incerti & ignoti; quorum vel nomina occulta 32, 33. vel numina incerta 34, 35. His Arabes 40. Athenienſes 40, 41. 156. Romani ſacra fecerunt 42. Penates qui, & unde dicti? 46. Indigetes quorum nomina non vulgabantur. 133

Dii ipſa etiam impudicitia & ſcortatione placati 449. mendici, quibus ſtipem offerebant. 449, 450

Deumo idolum apud Calecuthanos, luſtratum. 327

Devotiones privatæ 268. publicæ 269 ſqq. exercitium 271. 274. urbium 272. 274. devotorum carmen. 274

Dextra quia numeri imparis, Deorum eſt immortalium 411. hinc dextrorſum circumagebantur adoraturi 410. & per dextram templa ingrediebantur. 411

Diabolus Dei æmulus: æmulatus; Dei nomen 12. opera 12. 93. ſacra, ſacrariique apud Hebræos inſtrumenta, ceremonias ſacrificia & lotiones 13. imitatus quoque ſacramenta V: & N. Teſtamenti 14. Hiſtoriam ſacram fabulis involvit. 12-

Diabolus ſerpens 139. v: ſerpens muſca 22: v: Muſca. Num ſecundo creationis die fuerit lapſus. 445
Diagoras ſuperſtitioſæ multitudini ſalſe reſpondet. 56
Dies pandiculares ſ. feſtum θεοξενίων. 28
Diana ἡμερήσια h. e. placabilis dicta 25. Trojanis irata, immolatâ Iphigeniâ fuit placanda. ibid. quare in catenas aureas conjecta? 38. Laphria 290. Taurica 294. Cœleſtis. 322
Dialia in honorem Jovis Melichii celebrata. 231
Dido quando ſacrificat, vinum in ſanguinem convertitur 173, 174. quod cædem futuram ſignificavit. 143
Dies luſtricus, puellis fuit octavus pueris nonus 327. ejus ratio 328. ſolennitas. 328, 329
Dies creationis ſecundus ejuſque opera 445. num & illi ſolennis benedictio ſit addita. 444 ſq.
Diipolia quæ, & quomodo celebrata? 279. inter alia ſecuris fuit damnata. ibid.
Dimiſſio initiatorum 452. populi per *i licet.* ibid.
Diogenes religionem gentis ſuæ ridet. 454
Diluvium Noachicum univerſale fuit 106. ejus fama ad omnes gentes pervenit. ibid. cauſas etiam Gentiles agnoverunt. 106, 107
Diomedes hoſpites immolavit 277. hinc prov:
Diomedea neceſſitas. ibid.
Diomedis aves 460. v: aves.
Dion in quiete tragicam conſpexit mulierem 76. cui deinde apes triſte augurium fecerunt. 141
Dionyſius, cui apes fauſta portenderunt 141. inſcriptionem, bonorum Deorum, riſit 162. Jovi Olympio aureum amiculum detraxit, eique laneum dedit, quare? 450
Ditis fœmina ſanctiſſima 264. Brachmanum fabula de Dite. 264, 265
Dominica in albis 424
Domitianus, num & quare edicti de excidendis vineis gratiam fecerit? 236
Dormio unde dictum? 204
Dorpiorum feſtum. 236
Domus ſæpiſſime luſtratæ. 381
Draco arcis apud Athenienſes cuſtos 38. Dracones Bacho fuerunt ſacri. 324
Druſus in ſomno ſpeciem barbaræ mulieris vidit 76. cui poſtea apes victoriam portenderunt. 141
Duronia, quare filio decem dierum caſtimoniam injunxerit? 394
Duumviri Sibyllinos libros inſpiciebant. 122

E.

Eclipſium cauſæ naturales 82. expiatio. ibid.
Effuſio aquæ v: aqua.
Εἰρηνοπόιειν quid denotet? 4
Ἔκστασις vaticinantium quid & qualis? 67. Pythiæ. 68
Elaphebolia ſacra quæ & quomodo celebrata? 232
Elefantos aqua ſe luſtrare, & orientem ſolem adorare quinam tradant? 60
Elyſium qſ. ἀλύσιον 191. v: campi Elyſii.
Emendatio ſacrificiorum quid? 233

Empe-

Digitized by Google

Empedocles è mirrha aliiſque fictum bovem diſtribuit. 232
Empuſa quæ & qualis fuerit? 154
Entellus hoſtiam animalem Eryci perſolvit. 281
Epaminondas ex tonitru augurium capit & quale? 88
Epebolus vates. 116, 117
Epheſii peſte laborantes ſpectrum lapidibus obruunt. 380
Epicurus Deos finxit μονοχράμμυς & humana non curantes 49. omnes affectus Deo ademit ibid. natalem ſuam etiam poſt fata celebrari voluit. 372
Epidaurius ſerpens Æſculapio comes 126. vid: ſerpens.
Epilepſia morbus num inſputetur? 69. quare divinus ſit appellatus ibid. hac ſæpe Hercules correptus. ibid.
Epimenides vates, non de futuris ſed præteritis vaticinatus 156. primus delubra erexit ibid. num & primus ignoto Deo ſacrificaverit? 40, 41. Athenas luſtravit 156. 359 denuo expiavit. 214
Ἐπιφάνεια v: apparitio.
Epitheta quibus ſancti Deum 408. Gentiles Deos Deaſque nuncuparunt. 409
Epizelus qua ratione fuerit exccæcatus? 77
Epodus quid? 412
Epulones viri quinam? 370
Equi luſtrationibus adhibiti 292, 293 Equus October, qui menſe octobri Marti quotannis immolabatur 292. equorum hinnitus quando obſervatus. 137
Equus in inſignibus Ducum Saxoniæ qualis? ibid.
Equites Rom. Auguſti natalem biduo ſemper celebrarunt. 373
Eraſinides eos qui pugnantes in mari perierant inſepultos reliquit. 356
Erechteus oraculo monitus filiam Proſerpinæ immolavit 269. ſicque victoria potitus eſt. ibid.
Erigone Icarii filia, fabula de illa 240. inter aſtra virgo eſt. 241
Erichto ululanti voce precatur. 405
Ervum in luſtrationibus uſurpatum. 300
Ἐθελοθρησκεία quid? 20. media q. ſ. inter ἀσέβειαν & εὐσέβειαν 48. fœcunda idololatriæ mater 20. 163. ſuperſtitionis filia 19. damnata. 20. 166.
Ευα אישה Iſis 12. Syris ſerpens fœmina 403. omnium viventium matris ſymbolum 404. hinc.
Εὐάζειν in ſacris Bachi, eſt Evam celebrare. 404
Evangelii potentiam qua ratione Diabolus retundere voluerit? 14. codicem, veteres Chriſtiani magna cum religione tractarunt. 197
Everriatores dicti, qui domos funeſtas luſtrabant. 155. 378
Εὐκταῖα ſacrificia, triplicia. 282
Eumolpidæ Athenis celebres, ab Eumolpo Muſæi filio denominati, qui? 150
Ευα quid & unde derivatum? 403
Εὐοῖ Σαβοῖ in ſacris Bachi ingeminatum, quid ſit? ibid.
Evocatio Deorum quid? & quomodo facta? 35. 39 ſq.
Euripides morbo implicitus, num maris aqua ſit reſtitutus? 229, 230
Exclamationes in ſacris Bachi. 404
Execrati urbibus ejecti 460. ſcillis, colaphis &c. petiti. 461

Exercituum devotio 271. 274. luſtrationes, ad placandos cæſorum manes inſtitutæ. 382-390
Exſir purgamentum, unde dictum? 459
Eximium, in ſacrificiis vocabulum quale? 284
Expiatio religioſa quid? 11. politica quid? maxima. ibid. 274
Exploratio per ignem, qualis? 337
Exta animalium in ſacrificiis quare & quomodo obſervata? 170, 171
Exules apud gentes barbaras execrati. 277

F.

Fabarum eſum prohibuit Pythagoras 183. quare 302. uſus in luſtrationibus. ibid.
Fabii Luperci. 157
Fabius M. Veneri Erycinæ ædem vovit. 57
Fabius Ambuſtus v: Faliſci.
Fabula de ovo ex quo mundus excluſus. 259-262. de Oromaſde & Arimanio 259 ſq. de Dite. 265
Fæſulani fulminum interpretes. 83
Faliſci, quâ arte Fabium Ambuſtum prima acie fuderint? 140
Falx ænea ſacrorum inſtrumentum. 308
Fames peccatorum pœna 65. piaculis avertenda, virgis ejicienda 66. famis campus. ibid.
Familiarum devotio 273. ſacra 366 ſq.
Fanare quid. 340
Fanatici à Fauno dicti, quinam? 67. eorum ἐπίληψις quid? 67, 68
Farina in Delphorum luſtratione adhibita 301. in mola ſalſa quare uſurpata? 305. absque farina non eſt lex. 306
Faunus à quo fanatici denominantur 67. conſultus Fordicidia poſtulavit. 365. quibus ambagibus? 365
Fata ſcribundo advocare quid? 329
Februa ſ. piamina. 7
Februari i. e. luſtrari. 5
Februariæ Kalendæ Junoni ſacræ? 24
Februarius menſis à Februo h. e. Plutone nuncupatus 31. quare olim fuerit ultimus? ibid. & 478. anniverſariis luſtrationibus ſacer? ibid. Diis Manibus conſecratus. 31. 479
Feles in luſtrationibus adhibiti. 280
Feralia ad placandos Deos Manes inſtituta. 312
Fertum l. ferctum genus quoddam libi. 157
Feriæ ſtultorum quænam? 365
Ferrum ante templum depoſitum. 431. probatio innocentiæ per ferrum candens. 248, 249
Feſtum θεοξενίων communiter omnibus Diis. ſacrum 28. Athenis potiſſimum celebratum. 29
Ficus in luſtrationibus uſurpata. 298
Fidejuſſores pro reditu Deorum. 326
Filii emancipati, quomodo abſolvebantur, & è ſacris paternis dimittebantur. 370
Flamines hederam neque tangebant, neque nominabant & quare? 430. infibulati ſacrificabant. 431
Flaminius Coſ. ſolennem votorum nuncupationem fugit 54. exercitum luſtravit. 220
Flaminius, legatus Scipionis, ſacrilegus, miſere periit. 62
Floralia, in honorem proſtibuli alicujus inſtituta. 164
Flumina quomodo à Muſcovitis luſtrentur? 357
Fluvii naturaliter ſacri 225. Majore

Digitized by Google

res 225 ſq. Minores. 227
Foci luſtrati? 342
Fœminæ in idolorum Phœniciæ templis ſe publice proſtituebant 449. apud Roman. in luctu ſolutis erant comis. 417
Fœmellæ quare citius quam maſculi luſtrabantur? 328
Fœnum in Paſtorum luſtrationibus adhibitum. 254
Fons Achilleus miræ naturæ. 211
Fontes naturaliter ſacri. 225-228
Fontinalia fontium ſacra. 363
Fordicidia curiarum ſacra à Numa inſtituta, unde appellata? 365
Forda bos prægnans. ibid.
Formicæ relictum à Dracone locum purgant 160. Chriſtieno II. exilium portendunt. 142
Fortuna Tuſculana 75. Muliebris, cujus ſimulachrum bis locutum 116. virilis 331. fortunæ inconſtabilitas. 410
Fraxineus, Bajonn: Epiſcopus fulguris interpres felix. 89
Fruges in ſacrificiis & luſtrationibus adhibitæ. 297. 312
Fulgura v: Fulmina; Caligula contra fulgura fulguravit. 466. v: Caligula.
Fulguritarum artem ſcripſit Bigois 83. v: Bigois.
Fulguritos condi terra religio vetuit. 352
Fulmina 83. ſymbola divinæ providentiæ 90. dubia, certa, diurna nocturna 84. quæ Jovi, quæque Junoni aliiſque Diis tributa ibid. proſpera 83. 97. adverſa 98. quorum expiationem Jupiter Numam docuit. 117, 118
Fulmina à Jove ſolo miſſa oſtentatoria, peremptoria 85. præſaga. &c. 86. e Conſilio Deorum emiſſa duplicia 86, 87. oblativa triplicia; conſiliaria 88. Auctoritatis 89. ſtatus 90. Impetrativa duplicia; hoſpitalia 91. & auxiliaria 92. Bruta, ſignificantia; quæ vel publica ſ. Regalia 96. vel privata 97. determinata ibid. media 98. futura 465. præſentia, l. popyſmis, l. piſciculis procurata. 466
Fulminum interpretes 83. expiatio 467. procuratio ad Triumviros & Aruſpices rejecta. 158. 469
Fulmine icti, quibus juſta nulla fiebant, ab Aruſpicibus ſepeliebantur 350. l. quia ſancti 351. vel quod inter prodigia habebantur. 352
Fulvius Flaccus Fortunæ Equeſtri templum vovit 61. poſt commiſſum ſacrilegium amens expiravit. 61, 62
Fumus ejuſque motus in ſacrificiis obſervatus 174 ſq. luſtrationes per fumum 245. ſulphuris 249. tædarum 250. verbenarum, roris marini, præſertim lauri 252 ſq. Kiphi, thuris, fœni, ſtipularum & ſtrobi. 254
Funiculus laneus, quo homines ab aditu ædis Neptuni prohibebantur. 199
Funera ſacra erant 219. propter funera luſtrandi: qui erant ex familia mortui 219, 220. qui funus vidiſſent 221 in illud forte incidiſſent ibid. quique in eodem cum cadavere loco verſati 221, 222. qui proſecuti eſſent 223. quare, & quo ritu ibid. & 256
Funera quoque expiabant, tum abſentes tum præſentes 472. & quidem ſanguine, l. alieno l. proprio ibid. & cibis. 473
Furfures in luſtrationibus adhibiti. 303
Furius Dictator, inter dimicationem ædem Junoni Monetæ vovit 56. voti damnatus dictatura ſe abdicavit. 57
Futurorum ſcientiam per ſomnia petituri prius luſtrabantur. 404 ſq.

G.

Gabinus cinctus qualis? 432
Gallus & Galla quare vivi ſub terram demiſſi? 60
Galbus triſte ſomnium expiat 35. 168
Galli gallinacei poſtquam fœminas impleverunt, ſeipſos qſ. luſtrant. 160
Galli vivos homines comburebant 242. pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant 269. quando? ibid. in auſpicia pugnæ hoſtias cædebant. 383
Galli ſacerdotes unde dicti 417. in ſacris Cybeles ſe ipſos vulnerarunt 266. teſta ſibi genitalia ſecuerunt? 396
Gallina ſe & ovum recens editum feſtuca purificat 160. ejus cantus infelix 135. contra.
Gallorum cantus felix fuit Thebanis 135. Joachimo II. Brandenburgico exercitum contra Turcas educenti. 135,136
Ganges fluvius ſacer 225. hunc Indi de cœlo deſcendiſſe adeoque expiatorium eſſe putant 226. quin neminem niſi hoc flumine ablutum ſalvum fieri volunt ibid. moribundi eo deferri cupiunt, mortuorum cineres in eum conjiciunt ibid. ejus & reliquarum ſuperſtitionum origo ibid. num è Paradiſo egrediatur? nunque ejus incolæ reliquis mortalibus vivaciores? 226
Gæmoniæ ſcalæ v: ſcala.
Gauri vaccæ urina ſe luſtrarunt. 295
Genii ſunt Dii Medioxumi 32. quibus olim hoſtiis incruentis factum 285. deinceps etiam cruentis 286. eorum luſtratio. 326,327
Gentiles quare ἄθεοι vocantur Apoſtolo. 19
Gentilitia eadem ac familiaria. 366
Genuflexio geſtus precantium. 419
Geſtus orantium, quorum alii totius corporis habitum, alii quandam ſignatè corporis partem ſpectabant. 418,419
Γεραιραὶ apud Athenienſes quæ? 158, 159
Gerairarum juramentum. 159
Germani olim metempſychoſin crediderunt 190. Terram matrem, quam Herthum appellarunt ſecreto lacu abluerunt. 321
Germanicus honori patris cum legionibus decucurrit. 383
Gigantes quinam & quales fuerint? 78. pro monſtris habiti, quare נפלים dicti? 126
Glauci ξενθέωσις luſtratione peracta. 319
Glaucothea quæ, & unde Empuſa dicta? 154
Gracho, cui triſtia prodigia facta erant, 132. 176. à Numidis circumvento & interfecto 384. Annibal omni honore exequias celebravit. 386
Græci famem virgis ejiciunt 66. oraculo moniti ventos deficientes placant 100. victores ex tumulo Achillis vocem audiunt. 115
Græcia Æaci precibus à ſiccitate & ſterilitate liberata. 168
Græci pueros quinto à nativitate die luſtrarunt 328. ſeptimo nomina illis impoſuerunt ibid. quando exercitum luſtraverint? 383
Græcus & Græca quare vivi ſub terram demiſſi? 60
Grammateus in ſacris Ægyptiis præco. 400

Gran-

Grandinis futuræ ſpeculatores 473. luſtrationes contra grandines. 474
Grundiles Lares qui & unde dicti? 465
Grus ſaltationis genus, quale? 414
Guinenſes ſe aqua, cui innatat lacerta, luſtrant. 158
Gymnaſium Herculis. 370

H.

Hæreditas ſine ſacris proverb. unde? 10
Hannibal v: Annibal.
Harundines quare luſtrationibus adhibitæ? 228
Haſtæ Martiæ ſua ſponte motæ. 144
Hecate in Acheruſia lacu luſtrata. 229
Hecatombe ſacrificium ex multis, unde dictum 287. ex quibus inſtitutum? 288
Hecatombe ψευδωνύμως ſic dicta quid 233
Heçubæ ſomnium. 74
Hectoris luſtra quid ſit? 27
Hederæ fuga. 430
Helena ex ovo genita quid notet? 264
Hellebori in ſacris uſus. 304
Ἡμεροβαπτισταὶ quinam? 202
Hercules eſt Samſon 12. quare dictus ἀποκτόνος, κονοπίδης 23. ἀλεξίκακος, Defenſor 27. epilepſia ſæpe fuit correptus 69. quare Conopius 142. Pomarius 231. mulierum oſor ejuſque templum 396. & ſacerdotes, qui toto anno à venere abſtinebant ibid. Gaditanus ibid luſtratur. 319
Hercules fauſtiorem ſacrificandi ritum indicavit 240. interfecto Caco, aquà cædem expiavit 112. ejus ſtatua ſudavit 144. Gymnaſium 370. Ceres in honorem ejus parva myſteria inſtituit Lindii 212
Herculi ſacrificantes, conviciis ac execrationibus utebantur. 421
Heraclea reſolutis crinibus in ſacrarium ad Penates confugit 418. quare? ibid.
Herbæ in luſtrationibus adhibitæ. 251
Herennius ſereno die fulmine ictus. 352
Hermaphroditi cujuſdam ſingulare fatum. 356
Hermunduri victores aciem Cattorum Marti & Mercurio ſacraverunt. 385
Herodis natalis Matth. 14. 374
Heroum Gentilium fabuloſa hiſtoria ſacræ hiſtoriæ corruptela eſt. 12
Hetruſci vates v: augures.
Hilaria dicta dies, quo lavatio Cybeles ſolenniter celebrata, quare? 321
Hilarius qua ratione de ſucceſſore Imperatoris per Magicas artes quæſiverit? 207
Hinnuli pellis initiandorum veſtimentum. 432 ſq.
Hippiæ excuſſus dens augurium fecit calamitatis futuræ. 132
Hircus Azazel quid notet? 459, 460
Hirpini l. Hirpiæ per ignem ambularunt. 247
Hiſpani olim morti ſe pro, iis in quos erant propenſi, devoverunt. 268
Hiſtoria memorabilis quæ in obſidione Conſtantinopol. contigit. 39
Hiſtriones eorumque laſcivi motus. 414
Homicidium voluntarium, imputatum 63. ex imprudentia commiſſum 64. expiabile. 63 ſq.
Homicidium etſi inhumanum & abominan-

Digitized by Google

minandum 209. aquâ tamen fluvii expiari potuit 11, 12. vel extremitatibus cadaveris reſectis 13. & ſanguine 14. cædis accuſati ad probandam innocentiam ſacra faciebant. 215
Hoſtiæ animales 6. quænam? 281, 282. humanæ? 240. ſuccidaneæ 168. integræ 283. lectæ, eximiæ ac puræ 284. majores, minores 285. caviares 292. mundæ 337. quare & quomodo igne exploratæ? ibid.
Hoſtium legiones Romani devovebant, quo ritu? 271, 272. hoſtibus eveniat prov: unde? 420
Hoſtilius Mancinus, cui triſtia prodigia facta erant 116. 140. devictus mox Numantino fuit deditus. 140
Hyems à priſcis ſicut Dea culta. 388 ſq.
Hyſſopi in luſtrationibus uſus 140. vis 141. Species ibid.
Hyſteropotmi v: ὑστερόποτμοι.

I.

Janus eſt Noachus. 12
Junuarius menſis Diis ſuperis conſecratus 31. num ipſis Calendis jan. vota ſuſcepta? 55
Japhet eſt Gentilium Japet. 12
Japonenſes mundum credunt ex ovo prodiiſſe. 261
Jarchas perunctus lotuſque ad templum acceſſit. 198
Jaſon quomodo à cæde Abſyrti ſe expiaverit. 213
Ibis quieti ſe tradens cubile lavat 160. aqua unde Ibis biberat quare in luſtrationibus adhibita? 224, 225
Icarius cur à ruſticis interfectus? 240 ejus filia quare inter aſtra relata? 240, 241
Idæa mater Peſſinunte Romam tranſportanda. 117
Idololatriæ primus fons κακοζηλία Diaboli 12. alter eſt ſuperſtitio. 15
Jecur in ſacrificiorum mactatione obſervatum. 170 ſq.
יהוה veri Dei verum nomen quare Judæis ineffabile 34. lectionem Jehova primus Galatinus docuit ibid. Græci ſcribere nequeunt ibid. Latinis ſonat Jěhova & Jehövi 35. hinc. Jupiter ibid. & 12
Jeſus Chriſtus λύτρον pro multis 3. καθαρισμὸς 4. ἱλασμὸς & ἱλαστήριον 5. num ſit Jupiter ille liberator cui Seneca ſanguinem ſuum libavit? 25. ſacerdos & victima. 202, 203. ſputo quoſdam ſanavit 317. quod Diabolus in Idolorum myſteriis imitatus eſt. ibid.
Jejunia Gentilium in honorem Cereris 392. alia. 393
Ignes è terra erumpentes luſtrationibus repreſſi. 110
Ignis inter ſacrificandum obſervatus 172-174. & poſt ſacrificium 176. terræ ſubeſt 242. per totam terram ſe diffundit 243. mundi noviſſima purgatio per ignem ibid. & ſq. de cœlo delapſum, Symbolum Spiritus S. 244, 245. animæ purgatio per ignem Spiritus Sancti ibid. luſtrationes per ignem quæ l. flamma fiebant 245-249. l. fumo 249, 250 ſq. quare per ignem & aquam ſimul? in nuptiis 255. poſt funera 256. quare per ignem & mel? 257. victimarum luſtratio per ignem 336. & exploratio. 337
Ignoratio cauſæ v: cauſarum ignoratio.
Ignotus Deus Athenienſium. 43 ſq.
Ἱλασμὸς & λύτρον quandoque coinci-

Digitized by Google

I N D E X.

incidunt. 4
Ἱλάσκεσθαι ibid.
J. licet dimiſſionis formula v: dimiſſio.
Iliſſus amnis ſacer. 228
Impudentiæ fanum. 214
Impudicitiæ quoque Deos placari credebant qui in templis ſcortabantur. 449
Impar v: numerus.
Imperatorum & Imperii natales, quo modo celebratæ? v: Natales.
Inauguratio Pontificum per ſanguinem. 293 ſq.
Incantationes Magicas quomodo l. avertebant, l. reſolvebant. 482
Incendii Sodomitici memoria. 110
Incendiaria avis v: avis.
Inceſſus Deorum qualis. 119, 120
Incruenta mors etiam fuit expiatoria. 394
Indi quomodo Solem adoraverint? 416
Indigetes Dii quorum nomina non vulgabantur. 33
Infantes recens nati apud Romanos octavo l. nono 327. apud Græcos quinto die luſtrabantur 328. ipſa ſolennitas deſcripta. ibid. 329
Inferium vinum, Diis conſecratum, unde dictum? 311
Infernus num ſecundo Die creatus? 445
Inferos demiſſis ad terram manibus invocabant. 418
Initiandi prius luſtrabantur 195, 196 non initiati à ſacris prohibebantur 199. Initiatorum veſtimenta templis dicata 432. ex quibus ſuperſtitioſi puerulorum faſcias conficiebant ibid. eorum dimiſſio 452. felicitas. 453
Innocentiæ probatio per ferrum candens. 248 ſq.
Inſania duplex, vaticinantium quæ eſt ἔκστασις 67. & larvatorum, quæ furor eſt & Dæmon ibid. luſtrationibus olim ſananda & quibus 68. has ridet Diphilus. 464
Inſepulti abjiciebantur αὐτόχειρες, ſuſpenſi 353. ſacrilegi & proditores. 354
Inſtrumenta ſacrorum luſtrata, 341 eorum in ſacris uſus. 402
Intentio v: accidentia.
Interpretes, LXXII. antequam ad opus interpretationis ſe accingerent, manus ex mari lavabant & quare? 197
Inundationes inſolitas inter ominoſa prodigia numerabant 107. quare? 106, 107
Fl. Joſephi error. 62, 63
Iphigenia quare Dianæ immolata? 25. mactanda prius luſtratur. 334, 335
Ira hominum quid? Dei quid? 50. hanc Stoïci negarunt 49. quam Deo tribuunt S. Scriptura, recta ratio, & ipſi Gentiles. 50, 51
Iſidis ſacra 13. in quibus à certo ciborum genere abſtinebant 393. & à Venere 396. lineis utebantur veſtimentis 423. ſacerdotes depilabantur & quare? 427
Judas Maccabæus exercitum ſacrilegio pollutum luſtravit. 302
Judæi num & quare poſt funera manus lavent? 81. per calumniam dicti cœlicolæ? 104. ſe & poſteros coram Pilato devovent 273. oraturi etiam in lecto manus lavant 202. cur uſus ovi illis ſit interdictus? 265
Judices olim ex legibus aliquem damnaturi manus lavabant, quare? 80, 81

Julianus & ſocii martyres quare equæ urinâ conſpergi juſſi? 482,483
Julii Luperci. 157
Julius Cæſar v: Cæſar. ejus mortis præſagia. 145
Junianus Majus ſomniorum Interpres. 71
Juniperi in luſtrationibus uſus. 438
Juno irata, cauſa pugnæ apud Cannas 23. Februa, Soſpita 29. cujus ſimulachrum lachrymavit 144. Vejis evocata 36. Romam ſe migrare velle reſpondit 37. Magna 46. Moneta 112. cui Furius templum vovit 56, 57. Lacinia ejuſque templum miraculis clarum 60. à F. Flacco non impune violatum 61. fulmine ictum 96. luſtratur 318. quotannis in fonte Canatho lotæ virginitas redditur ibid. ejus ſtatua luſtrata 319 ſq. à Tyrrhenis rapta, ab Admeto reſtituta. 326
Junonia celebraturæ quomodo ſe luſtraverint? 204
Jupiter, primus inter Superos, dictus καθάρσιος, ἀλεξίκακος, prodigialis, φύξιος, ἀπομύιος quod idem ac Baal-Sebub 22, 23. liberator 25. q. Jovis pater 26. Stygius 29. Capitolinus Tonans 84. ejus in Capitolio templum ab Auguſto inter fulmina dedicatum 84, 85. fulmine ictum 96. reſtitutum 338. terminatum 338. luſtratum 340. tres ejus manubiæ & varia fulminum ab ipſo miſſorum genera 85. ejus ſimulachra adverſus Theodoſium conſtituta deponuntur, 84. ἀστραπαῖος ejuſque ara 85. Elicius & καταιβάτης 90. Meilichius 231. Olympius cujus ſtatua luſtratur. 320
Jupiter Liberator cui moriens Seneca ſanguinem ſuum libavit, num ſit Jeſus Chriſtus? 25
Juramentum Gerairarum. 159
Jus naturale quid? 165, 166
Juſtitia Dei punitiva. 49, 50, 51
Juturna fons, à juvando dictus 227. ex quo Romam ad omnia ſacrificia aqua afferebatur 228. Juturnæ feriæ. 227

K.

Kaddrouwa à quo Ditis in ſervitutem aſſerta. 264
Καιάδας apud Lacedæmonios, ubi damnatorum corpora ſepeliebantur. 354
Kalendæ omnes, imprimis Februariæ Junoni ſacræ 24. ipſis kalendis Jan. quare vota ſuſcepta. 55
Καθαρισμὸς & λύτρωσις interdum coincidunt 4. Καθαρίζειν. ibid.
Καθαρταὶ illi qui templa intrantes aſpergebant. 156
Καθαροὶ Chriſtiani. 193. Hæretici. 194
Καλλιερεῖν quid?
Καταιβάσια ſigna cœlitus demiſſa. 90
Καταπλάσσειν quid? 4
Καθάρματα ſ. devoti apud Leucadios erant malefici 275. 460. apud Temeſſenſes, Virgines 275. Maſſilienſes, pauperes anno integro ſaginati ibid. & 460. apud Athenienſes, ignobiles 275. & deformes 461, 462. tales etiam Paulus, Chriſtiani 275. v: purgamenta.
Κόιης quid & unde ſit? 158
Κωδίον quid? 291
Kyphi quid? 214. ejus in luſtrationibus uſus. 25[illegible]

Labrum

Digitized by Google

INDEX.

L.

Labrum v: aquarium.
Lac in ſacris Cereris 312. & Magicis adhibitum 313. ejus in luſtrationibus uſus. 415
Lacedæmonii equum ventis immolant 101. Darii legatos in puteum dejiciunt 214. Pauſaniam in templo Palladis fame necant ibid. utrumque ſcelus deinde expiant 214. ante inſtructas acies exercitum luſtrant. 383
Laco, Deo potius quam ſacerdoti confiteri maluit. 399
Lacrymis ad Miſericordiæ aram Deos placabant. 418
Lacus Curtius v: Curtius. Romani ſtipem pro ſalute Cæſaris in hunc lacum jaciebant 113. Vadimonis ſacer 225. ſternus 228. v: avernus, Acheruſia in quo Hecate luſtrata. 229
Lana immunda 423. carnale aliquid ſignificat 424. quare ibid. ideoque in ſacris non laneis uſi ſunt, ſed lineis. ibid.
Lapis Manalis propter ſiccitatem in urbem Romam protractus. 465
Lares, quibus dietim fiebat, vitæ non mortis auctores. 378
Lares Grundiles, qui & unde dicti? 465
Latinus Rex, cui apes Æneæ adventum ſignificarunt 144. Jupiter factus Latiaris. 239, 240
Lavacrum initiationis. 195 ſq.
Larvati furentes & quare ita dicti? 68. eorum luſtratio. 68, 69
Lavatio Cybeles 320. v: Cybele.
Laviniæ quale oſtentum oblatum? 172
Laurus quare Phœbo ſacra? 252. ejus in luſtrationibus uſus 252, 253. aſpergillum ex lauro 438. laureum baculum geſtare, & laurum mordere quid? 252 ſq.
Lauri folia noctu pulvino ſubjiciebant & quare? 206. ramum in morbis graviſſimis pro foribus ſuſpendebant 299. quare ibid. ramulus quem gallina alba ab aquila rapta in Liviæ gremium demiſit. 439
Lebes ſacrorum æneus. 308
Lectiſternium primum Romæ inſtitutum 28. lectiſternia quomodo celebrata. 67. 70. 451
Legio Chriſtianorum fulminatrix ſub Aurelio. 95, 96
Lemuralia deſcripta. 302
Lens in luſtrationibus adhibita. 313 ſq.
Lones adhibiti. 281
Leotychidas Philippo luſtrationis felicitatem jactanti illudit. 454
Leucadii quotannis hominem maleficum devovebant. 275. 460
Leus cur filias immolaverit? 69
Liba in ſacris Bacchi quare oblata? 237. 335
Liberatio loci per evocationem ſacrorum. 339
Liberi tum naturales, tum adoptivi ad ſacra privata admiſſi. 369
Libri Sibyllini, quando, à quibus & quo ritu inſpiciebantur? 122, 123
Licinius everriator. 155
Ligna, quorum in ſacris frequens uſus 300. qua ratione luſtrata? 342
Λίκνον in ſacris Bachi quid? 234. num vannum cunas l. caniſtrum ſignificet? 235
Limus ſacra veſtis, qualis? 425
Lindiorum ſacra nefanda. 421
Lineæ veſtes, ſacra, quia pura. 425, 426

Lin-

Lingua quibus Diis fuerit ſacra? 291
Linus à canibus laniatus, quare & qua ratione ab Argivis placatus? 290
Litare, antiquis lutare, quid? 167
Lithuani ſuperſtitioſi 155. defunctorum animas ſcopis ejiciunt. 156
Lithurgia Satanæ. 409
Locutio quare templum Romæ factum. 115, 116
Locus ſacrorum luſtratus 206, 207. purus in quo nec ſacrum nec ſepulchrum 339. de cœlo tactus, quare religioſus, inacceſſus & luſtrandus? 470. loci inaugurati ſignum, quale. 475 ſq.
Locum defanare i. e. ſacra inde evocare. 339
Lotiones Leviticæ quæ Chriſtum reſpiciebant 13. in ſacris Gentilium. ibid. Initiandis 195, 196. templa ingreſſuris 197, 198. oraturis 200, 201. ſacrificaturis 201, 202. luſtrantibus quoque uſitatæ. 437 ſq.
Lotii contra incantationes uſus 482. Chriſtiani quare lotio conſpergi juſſi? 482, 483
Lucanus Judæorum Deum maluit incertum, quam nullum Deum dicere. 34
Lucia Martyr, quare equæ urina conſperſa? 482
Luci luſtrati. 342
Ludi Deorum placandorum cauſa & quando inſtituti? 448. Apollinares, Taurii ibid. Circenſes 449. Seculares ibid. quomodo celebrati 153. ſpectatores luſtrati? 204
Lua mater non eſt luna, ſed Bellona cui arma conſecrata ſunt. 27
Λύα, Λυάζειν. ibid.
Lues à Λύειν quid? 1. pro ſcelere? 2
Lunæ laboranti diſſono ſtrepitu opem ferre ſtudebant 82. 309. quia inſaniæ cauſa videtur, ideo illi mœna piſce ſacrificabant 465. inopes apud Ægyptios aſſimilatos ſues immolabant 232. quidam in ſacris ejus ſexum veſtibus mentiebantur & quare? 434. hinc.
Lunus pro Luna. 434
Luo à Λύω l. Λύω quid? 1
Luperci quinam 157. nudi pellibus ſaltem caprinis cincti diſcurrebant 432. tria eorum collegia 157. lupercum agere turpe fuit. ibid.
Lupercalia quando celebrata? 478. abolita 484. lupercalis luſtratio quænam? 157
Lupi quando obſervati? 138
Luſia Ceres & unde ſic dicta? 216
Luſtrago herba ejuſque in ſacris uſus. 251
Luſtratio quid? 2. 11. ritus apud Muhamedanos 391. apud Gentiles variæ 392. finis & fructus. 452, 453
Luſtrare i. e. expiare, à pœna liberare 3, 4. μεταληπτικῶς circumire, circumſpicere. 3
Luſtrationes peractæ per Pontifices 149 Ceryces, Eumolpidas, Prophetas 150. Flamines, Veſtales, Augures 151. per Cenſores, Conſules, Decemviros, matronas, virgines, pueros, patrimos & matrimos. 152
Luſtrationes præcedaneæ quænam & quare fiebant? 195. ſuccedaneæ 209. ruſticæ 345. irritæ credebantur, per imprecationes deluſtrationes & lotium 382, 383. abrogatæ per Chriſtianos doctores, Concilia 483. Imperatores 483, 484. luſtrationes in Eccleſia Romano-Catholica. 485
Luſtricus Dies v: Dies luſtricus. 327

Digitized by Google

Luſtrum ſignificat vel tempus quinquennale l. lacunam in ſylvis l. etiam luſtrationem i. e. expiationem 2, 3, 4. luſtrum quando, a quibus 151. & quomodo conditum? 362. quando ſublatum? 483. luſtrum miſſum h. e. purgatio facta.
Λύθρον immunditie differt à λύτρον quod pro captivis datur. 2
Λύτρον quid contra Socinum. 3, 4
Λύτρωσις & καθαρισμὸς interdum coincidunt. 4. 7
Λυτροφόρος in nuptiis quis? 156
Lyciſcus filiam immolandam clam ſubdicit. 116
Lymax fluvius in quem Rheæ purgamenta abjecta. 457

M.

M. Aurelius fulmen contra hoſtes, ſuis pluviam impetravit 93. idque Chriſtianorum precibus 95. quorum legio hinc fulminatrix, poſtea Militene dicta. 96
Macaria Herculis filia pro Athenienſibus ſe inferis devovit. 270
Maccabæus v: Judas Maccabæus.
Macedonum exercitus luſtrati. 383
Machiavellus caſtigatus. 384
Magi qua herba in evocatione Deorum ſint uſi? 39. facta peracturi prius ſe ipſos & incantandos 206. locum item ſacrorum luſtrabant 207. apud Perſas erant ſacerdotes 158. quos lunam credebant è cœlo poſſe detrahere. 309, 310
Mæna piſcis quo lunæ ſacrificatur 664.
Magiſtratuum vota publica pro ſalute principis, & populi 53. abrogata. 130
Maimacterio menſis februis apud Athenienſes deſtinatus. 480
Majus quoque. ibid.
Malluvium quo aqua luſtralis continebatur, unde dictum? 437
Manes, v: Dii Manes. ad ſepulchra placati 64. 476. quomodo? 315. aliquando ad certum locum evocati 477. manes cæſorum Pſychagogi ſollicitabant. 158
Manichæorum ſomnia. 395
Maniæ effigies quare & quando ſuſpenſa? 233
Manlius Torquatus ſpectrum in quiete videt, quale? 76
Manubiæ tres quare Jovi datæ? 85.
Manus loco totius corporis luſtratæ 232. manuum lotio apud Phariſæos ibid. manibus ad terram demiſſis inferos 417. ad Cœlum levatis ſuperos 418. ad mare porrectis marinos invocabant. ibid.
Marcellus quare ſolem adoraverit? 410
Mare Veneti deſpondent 103. ſimile quid factum Syracuſis ibid. mari hoſtiam immolarunt Romani ibid. totum Gentilibus ſacrum fuit 229. & aqua marina luſtrationibus adhibita 229, 230. Virtutis ſimulachrum aqua marina luſtratum 230. purgamenta in mare projecta 457. mortem in mari etiam generoſiſſimi reformidarunt & quare? 354 355
C. Martius quare magiſtratum depoſuerit? 128
Martyria Chriſtianorum pretioſa. 352

Digitized by Google

Maſſilienſium ſacra contra peſtem. 69. 275
Matrimi luſtratoriis ſacris adhibiti. 152
Medea ſe & incantandum luſtrat 266 ad Circem ſupplex confugit & expiatur 213. ejus liberi à Corinthiis interfecti. 360
Medioxumi Dii 32. v: Dii.
Μείλιχα & μειλίχιος v: Bacchus.
Mel in luſtrationibus adhibitum 257. in ſacris Cereris 312. Magicis 313. Mercurii ibid. aquæ loco uſurpatum. 315
Melampus καθάρτης 156. Prœti filias inſania liberavit 25. purgamenta in fontem Clitorium projecit. 457
Melampodion hellebori genus nigrum 304. ejus in ſacris uſus. 305
Meles Sardium R. primus leonem per murum urbis circumtulit 281. quare. ibid.
Membrorum ſectio in ſacris Bellonæ. 266
Memphitæ homicidam in patriam non recipiebant niſi expiatum. 210
Meneceus pro Thebarum ſalute ſe devovit. 270
Menſtruæ purificationes in ſacris Matris Deûm. 477, 478
Mercatores ſe ipſos & merces aqua mercuriali luſtrabant 208. 228. preces quas addebant. 399, 400
Mercurius fuit Chanaan, cui mel & lac libarunt 313. χθόνιος, viſo ſpectro placatus 32. hunc dormituri invocabant & quare? 27
Mercurii aqua v: aqua.
Meretricum natalis celebrata. 373
Meſa Moabitarum R. quare filium ſuper murum immolaverit? 66
Meſſeni quare virginem immolare juſſi? 66. in æde Curetum cujuſvis generis animalia immolarunt. 290
Metempſychoſis Pythagorica, animæ purgatio triplex eſt 189, 190. v: purgatio animæ.
Metragirtæ cujuſdam ab Athenienſibus injuſte occiſi manes placantur. 211
Metroclis ridicula ſuperſtitio. 114
Mevii votum. 56
Migratio Deorum. 36
Minerva πυροφόρος 294. ejus ſtatua ſanguinem expuit 144. luſtratio 323. quare inſtituta? 323, 324. v: Pallas.
Minucius Dictator quare magiſtratum depoſuerit? 129
Miracula Deorum Gentilium duplicia, quædam manifeſta 126. quædam occulta. 127
Miſeni cadaver totam Æneæ claſſem polluit. 221
Miſericordiæ ara ſanguine indelibata. 418
Mithridates victor exercitum luſtrat. 385
Moderamen inculpatæ tutelæ cædem reddit juſtam. 215
Mola ſalſa ex farina ſale mixta 305, 306. ejus in luſtrationibus uſus ibid. & 335
Molochi imago 247. nefanda ſacra 245 ſq. cultus ibid. qui in ſolo tranſitu per ignem non ſtetit 246. ſed vivicomburium fuit 247. quæ ſuperſtitio etiam ad Hirpinos 247. Gallos aliaſque Gentes tranſiit. 448
Monitores ſacrorum qui? 400, 401
Monſtra quid & unde dicta 126. varia 133. monſtroſi partus abjecti, igne cremati 474, 475. monſtroſa tempeſtas ibid. v: tempeſtas.

Monta-

I N D E X.

Montani, qui Romæ in iiſdem montibus habitabant. 363
Montaniſtæ χηρόφαγοι. 393
Morbi peccatorum pœna 67. Perſæ eos qui ex morbo convaluerant abominabantur 331. v: ægri.
Moribundi Gangeſianam cupiebant & quare? 226. v: Ganges.
Morientes tanquam Orci victimæ ſunt. 337
Mors quare alibi neglecta, alibi culta? 90. pretioſa ſanctorum 185. Philoſophorum 185, 186. mors fontium 267. Vicariorum 267, 268. v: Vicarii. Violenta quare & quo ſenſu puriſſima? 352. immatura quare miſera? 352, 353. mors in aqua, tetra, quam etiam generoſiſſimi reformidarunt 354, 355. quare ibid. eorum qui partim in aere, partim in aqua pereunt 356, 357. mors incruenta m. fuit expiatoria. 394
Moſes qui Bachus 12. juſſu Dei calceamenta removet. 429
Moſollamus Judæus, auguria ex avibus captata eludit. 136
Muhamedani Meccam verſus orant 412. eorum luſtrationes. 391, 392
Mula quæ peperit 133. mulus tripes natus. ibid.
Mulier in concubitu viri exanimata. 352
Mulieres ſacerdotio functæ 154. luſtrationum ſacra frequentantes ibid. Piatrices, ſimulatrices, Sagæ quænam? 155. citra virilem operam gravidæ 306. mulierum luſtrationes peculiares. 331, 332
Mulſum in ſacris Cereris adhibitum. 312
Mundus ex ovo genitus 259-262. v: Chaos. Oſcillum univerſitatis 239. per ignem noviſſime purgandus. 243 ſq.
Municipalia ſ. municipiorum ſacra. 362.
Mus inter februa adhibitus. 291
Muſæ lotæ. 324
Muſca in palatio Toletano unica, in Veneto nulla conſpicitur & quare? 23. Dominus muſcæ vide Beelzebub & Jupiter. Muſcæ mali aliquid portendebant 142. in ædem Herculis non intrabant. ibid.
Muſcovitæ flumina luſtrant. 357
Muſica Diis grata 417. ejus in ſacris uſus. 403
Muſtela obſervata 138. muſtelam habes proverb: unde? ibid.
Mures modo læta, modo triſtia portendebant. 137
Murmure parvo Deos precari uſitatiſſimum fuit. 407
Murrina quid? 311. ejus in ſacris uſus. ibid.
Myrtus Veneri ſacra. 301
Myſi ante aciem equum immolabant. 383
Myſteria parva ſ. luſtrationes in honorem Proſerpinæ inſtituta. 333
Myagros Deus quis? 142. vid: Jupiter.

N.

נפר quid? 8
Natales celebrati: proprii 371, 372. aliorum; conjugum; 373. Regum & Imperatorum, tum vitæ ibid. tum imperii 374. à quo annos ſupputabant 374, 375. quare? ibid.
Natalis Chriſtianorum quadruplex. 375, 376

Digitized by Google

Navis Theſei quare & quamdiu aſſervata? 360
Navium luſtratio 387. Nautica vota 56. v: vota.
Naziræi inter Gentiles. 13
Nebriſſa. oppidum Andaluſiæ unde appellatum? 433
Nebucadnezar exta conſulit. 170
Neleus tempeſtatibus in mari agitatus, qua arte ſanguine pollutos detexerit? 212
Neptunus ἀλεξίκακος, cui piſces immolabantur 26. Aſphalius 113. Neptuni equeſtris ædes à cujus aditu homines laneo duntaxat funiculo prohibebantur. 199
Nero à ſacris Eleuſiniis prohibitus 64. occiſa matre ſomnio perterritus 72. fontem aquæ Martiæ nando non impune inceſſit 225. prodigia ipſi mortem denuntiantia 168. modulata Neronis carmina. 403
Neſtor Agamemnonis ſomnium præprimis obſervandum cenſet 72. quare? 73
Nidor quoque in ſacrificiis fuit obſervatus. 175
Nilus fluvius ſacer 225. ex cujus potu mulieres fœcundiores fuerunt 226. ejus incrementa ſtudioſe ſunt obſervata 109. quare? 110. Nilus deficiens omnibus modis etiam humanis hoſtiis fuit placatus. ibid.
Noachus eſt Janus. 12
Noctua Athenienſibus erat fauſta. 135
Nomen τελεσχεάμμαῖον. v: יהוה
Nomina Deorum ignota 32,33. unde hoc. 34.35
Nominalia quæ & Amphidromia dicta, ſemel tantum celebrata 371. quomodo & quando apud Romanos? 327. apud Græcos? 328
Nothi lege Moſaica à ſacris arcebantur 370. lege Solonis à materna hæreditate excludebantur ibid. apud Athenienſes in Cynoſarges coibant ibique ſacra faciebant. 370
Novenarius numerus v: numerus.
Novendialia ſunt parentalia, unde dicta. 378. 444
Novitas rei admirationis cauſa eſt. 125
Nox num & quare à nocendo dicta? 218. ovum generaſſe dicitur 263. ſacrificia quare noctu maxime Inferis facta? 480, 481
Nubium cultores ἀθεότητος inſimulati 103. quod Socrati & Judæis 104. Chriſtianis quoque per calumniam impegerunt. 105
Nudipedes in ſacris Gentilium 428. Hebræi, Chriſtiani, Hæretici. 429
Nudipedalia ſacra 428. apud Lacedæmonios primum acta. 429
Numa fulmen à Jove impetravit 90. fulminum expiationem didicit 117. Veſtæ ædem fecit in cujus medio ignis eſſet æternus 242. tempore ſterilitatis Fordicidia inſtituit 365. lepidum ejus cum Jove colloquium 466. lex; ne juſta ei fierent qui fulmine occiſus 350. ratio legis 351. quæ poſtea fuit immutata. 352
Numerus cui Gentiles maximam virtutem tribuerunt 441. par, quare finitus, infauſtus, imperfectus? 442-445. impar, perfectus infinitus immortalis, eſt vel ſimplex 442 q. Ternarius, perfectiſſimus, primus, in ſacris uſitatiſſimus 442, 443. vel compoſitus 443. religioſus, quare? Novenarius, in luſtrationibus uſitatus, Septenarius in

luſtrationibus quoque obſervatus, ſacer ibid. Denarius in luſtrationibus celebris ibid. Binarius in expiationibus uſitatus ibid. num infauſtus & myſtice malus 445. Quaternarius, Pythagoricis quidem fuit myſticus, 446. in luſtrationibus autem non obſervatus. ibid. & ſq.
Numen vidiſſe periculo erat plenum. 454, 455
Numicus fluvius celeberrimus 227. in quo Æneas cœlo receptus fuit 319. Numici fons v: Juturna.
Numina Deorum incerta 34. Socratis v: Socrates.
Nummi fulminis figuram gerentes. 90
Nundina Romanorum Dea à luſtrico ſ. nono naſcentium die nuncupata. 327
Nuptiæ divini & humani juris communicatio 368. à lotionibus inchoandæ. 208. Luſtrationes in nuptiis aqua fiebant & igne ſimul 255. quare? 256. reliqua ſacra 377, 378. nuptiarum omen in fulmine. 89
Nuptiæ Cereris 312. orci in memoriam raptæ ab orco Proſerpinæ celebratæ. ibid.

O.

אוב OB. Dæmon 206. ſacris ejus initiandi, quomodo luſtrati? ibid.
Objurgatio quomodo inſtituenda. 194
Ochus eſt Typhaus. 12
October equus 292. v: equus.
Oculorum geſtus precibus additi. 418
Oës ſ. Oën ex primitivo ovo prodiiſſe dicitur 263. quis & qualis fuerit? ibid.
Oetei quare Herculem Conopium coluerint. 142
Offa penita quid? 292
Oleaſter infelix. 440
Olenus uxoris crimen in ſe tranſtulit. 268
Oliva pacis eſt ſignum 439. felix 440. ejus in ſacris uſus. 438, 439
Olympias quare cicuratos angues Thyrſis intortos geſtaverit 325. dum cum magno angue volutatur Alexandrum concepit. 326
Πημονὴς quatenus opponitur Μειλίχω. 26
Ὀνειροκριτικὴ ſ. ars ſomnia interpretandi unde nata? 71
Ophiophagia feſtum Bachi, quomodo celebratum? 296
Oracula Diabolica, conſulta à Græcis 116. Romanis 117. Oraculorum interpretes. 120
Oraculum Athenienſibus & Auguſto datum. 203
Oraturi prius luſtrabantur 200. ut loti ad preces puri accederent 201. quæ & Judæorum & Hæreticorum quorundam fuit conſuetudo. 202
Orationes Gentilium luſtrationibus additæ 308. v: preces. Orantium geſtus & habitus 309. v: ibid.
Orci nuptiæ in memoriam raptæ ab orco Proſerpinæ celebratæ. 312
Orelius Dux ſepulturam eorum qui pugnantes in mari perierant curavit. 355, 356
Oreſtes ſanguine matris pollutus, luſtratur 212, 477. nondum expiatus à ſacris Bacchi arcetur 64. mactandus denuo luſtratur 334. noctu ad patris ſepulchrum cœnam præfectam libat. 336
Ornatus utriuſque ſexus non perver-

Digitized by Google

tendus aut confundendus. 434, 435
Orpheus Deum ἀνδρόγυνον ſomniavit. 434
Oromaſdes mundi opifex 259. Deus eſt. 259, 260
Os ſacrum quid & unde dictum? 292
Oſcillatio purgationis genus maximum 235. unde appellata? 238. luſus erat & qualis? 239. ejus ratio tum ex Latio 239, 240. tum ex Græcia adducta. 240, 241
Oſculum geſtus orantium, qualis? 418
Oſtenta, quid ſint? 126
'Οςεχον quid? 222
Ovis quare Robigini immolata? 289 cervaria quæ pro cervo immolabatur 232. oves bidentes ſacrificiis aptæ 285. ovium luſtratio. 345
Ovum in luſtrationibus adhibitum 258. quare? 259, 260. quare myſtice mundum ſignificet ibid. mundi ex ovo geneſis 261. v: mundus; Ovum ex nocte genitum 263. quare etiam in Pompa Cereali & ludis Circenſibus primo loco fuit 264 hinc uſus ovi Judæis eſt interdictus 265. ovi encomium. 259
'Οξύθυμια quid? 459

P.

Paganalia ſacra quæ in urbe à paganis fiebant. 363
Pagani qui ſunt ejuſdem pagi. ibid.
Pagorum luſtratio. 357. 363
Paleæ in luſtrationibus adhibitæ. 303
Palla ſuccincta quid? 431 ſq.
Palladium clam ab Ulyſſe ſublatum. 37
Pallas luſtrata 318. v: Minerva.
Palpitatio obſervata. 131. tres ejus ſpecies, ſaliſatio, tinnitus auris & ſternutatio. 130, 131
Pandicularis dies ſ. feſtum Θεοξενίων. 28 ſq.
Panis in luſtrationibus adhibitus. 300
Paraſiti qui? 376
Parentalia quando & quomodo facta? 378
Partus monſtroſi quare expiati? 133, 134. abjecti & igne cremati? 474, 475
Paſtophori Ægyptiorum 150. Iſidis ſacra miniſtrabant. 158
Paſtores fœni ac ſtipulorum fumo ſe luſtrabant. 254
Patrimi luſtratoriis ſacris adhibiti. 152
Patrenſes cujuſvis generis animalia & arborum fructus Dianæ immolarunt. 290
Patrocli funus quibus ſacris decoratum? 386
Peccata quare opera tenebrarum appellentur 218, 219. expiabilia & inexpiabilia 190. in perſonas & res Diis ſacras. 59, 60
Peccatorum pœnæ temporales 65 ſq. infernales 190. quibus avertendis Gentiles laborabant 65 ſq. confeſſio. 399
Pedes in ſacris vinculis i. e. calceis ſoluti 428. ſq. Orantes pedibus terram percutiebant 418, 419. pedum offenſio infauſti ſemper ominis fuit. 132
Πηγαῖον quid? 222
Peguani ſe aqua roſacea luſtrant. 231 258
Πηλώσεις Gentilium & Hebræorum. 435
Pelles animalium luſtrationibus adhibitæ 291. Athenæ pelle luſtratæ 360. pelli indormiebant qui Amphiarai oraculum conſulebant, quare? 204 ſq.

Penates

Penates qui & unde dicti? 46. valvæ in æde Penatium ſua ſponte adapertæ. 144
Pecunia votiva. 57
Peripoli qui cuſtodiæ cauſa circumibant munimenta. 157
Περιῤῥαντήριον tria ſignificat; aquarium, aſpergillum & aſperſionem ipſam. 447
Periſtiarchi qui urbes luſtrabant, unde dicti? 157
Perſæ nudi circa pedes & brachia templa ingrediebantur 198. trifolio in luſtrationibus utebantur 299. eos qui ex morbo convaluerant, abominabantur 331. ex omnibus diebus præcipue natalem celebrabant tum proprium, tum Regum 375. ſexta dies menſis Thargelionis ipſis fatalis fuit. 359
Peſtis peccatorum pœna 69. ſacra contra peſtem Maſſilienſium ibid. Athenienſium 70. Romanorum 70. 465. 473. Carthaginenſium. 70
Phariſæi num metempſychoſin docuerint? 190
Φάρμακοι quinam appellati? 267. 359 ſq
Phydiæ poſteri quare purgatores dicti? 320
Phigalenſes fame vexati Cererem placarunt. 66
Φιλανθρωπία Dei v: Deus.
Philoſophia quatenus eſt organon interioris purgationis 180. hanc Socrates è cœlo vocavit & in urbibus collocavit 188. ejus finis. 192
Philoſophus non eſt Φιλοσώματος. 185. ideoque mortem non timet. 186
Phocenſes bello ſacro ut ſacrilegi demerſi. 354
Piare & piacula quid proprie, quid improprie ſignificent? 6, 7
Piaculum hæreditarium. 273
Pietas Dea pacis & tranquillitatis mater. 439 ſq.
Pila quare & quando prohomine poſita? 233
Pinarii apud Romanos qui? 150
Piſces à Græcis & Romanis ſunt immolati 295. fulmina piſciculis procurata. 466
Πιτύρον & incendium τῶν πιτύρων quid? 303
Pilatus quare manus abluerit? 79, 80. Uxoris ſomnium. 72
Placare quid. 47
Platanus Theocriti Helenæ ſacrata. 264.
Pluto quandoque mortis nomine deſignatur 30. quare Februus dictus? 31 ejus ſacra à Valeſio reſtituta. 30 ſq.
Pluvia quibus mediis olim elicita & impetrata? 108, 109. horrendum ejus rei exemplum 91. ſanguinea 143 larga num magnis fere prætiis ſuccedat, & quare? 385
Pœnæ peccatorum temporales 65. infernales earumque gradus 190 ſq. in utilitatem peccantis. 194
Polyxena quare Achillis manibus immolata? 115
Πολυθεότης revera ἀθεότης 19. ex ſuperſtitione orta. 19, 20
Pomeria quando terminata? 340
Pompejus M. diſciplinam ſuperſtitione deludit. 19
Pontifices ſacrorum antiſtites 120. 149. eorum collegium 120. quando à ſenatu conſultum? 120, 121. fulminum procuratores etiam Bidentales dicti 158. Pontificum inauguratio per ſanguinem in ſcrobe.

EMANUE

be peracta 293. Pontificiâ dignitas quibus familiis fuerit propria? 150

Poppiſmis fulmina procurabantur 466. ea voce quid notetur? ibid.

Populi vota pro ſalute magiſtratuum 54. v: vota. pro ſalute populi multi ſe devoverunt, tum apud Græcos 269. tum apud Romanos. 270, 271

Porca inter februa 291. aurea & argentea ſacrificio adhibita 232. ad avertendas Striges cæſa 282. Ambarvalis hoſtia, quare Cereri ſacra 346, 347. præcidanea dicta? 348, 349. præſentanea & contracta quænam? 349. porcæ laus. 348

Porcelli in luſtrationibus maxime adhibiti. 280. 287. 343

Porci in luſtrationibus uſus. 299

Porphirion avis non prius cibum capit, quam in pulvere volutatus laverit. 159

Porphirii deſputatio de theurgia. 187

Porta piacularis Romæ unde dicta? 475

Portentum quid ſit? 126

Poſteri devoti. 273

Poſtumii Cos votum. 57

Potitiorum familia quare extincta? 153

Præcidanea porca v: porca.

Præliis ferè magnis largæ ſuccedunt pluviæ. 385

Prænomina quando pueris, quando puellis impoſita 327. cur his citius quam illis? 328

Præſagia ex bubus, equis 136. muribus & ſoricibus 137. ex lupis, muſtelis & canibus 138. imprimis ex ſerpentibus 138, 139. v: Auguria.

Præceptores quare olim monitores dicti? 400

Preces Gentilium luſtrationibus additæ, elata voce prolatæ 398. præter Deorum encomium confeſſionem & petitionem continentes 399. vel diſtincte recitabantur 400. tum proſa, tum ligata oratione 401. adhibitis etiam inſtrumentis muſicis 402. vel confuſe per inſanas exclamationes; quæ vel articulatæ erant 403. vel inarticulatæ q. ulatio. 405

Preces ſubmiſſa voce prolatæ 404. diſplicuerunt Pythagoræ 405 ſq. interim parvo murmure Deos precari uſitatiſſimum fuit 407. precibus geſtus ſunt additi 409. v: Geſtus.

Priapus iter ad fontem monſtraſſe dicitur 216. quibus? ibid. ejus ſacra. 315

Primitiæ ſi ſanctæ, & maſſa. 336. v: ἀπαρχὴ

Principis boni nota 162. pro ſalute ejus olim multi ſe devoverunt. 269

Principium virtutis τὸ Θεῖον in homine 178, 179. boni 259. mali. 260.

Privata ſacra quæ non niſi publica auctoritate inſtituebantur 366. perpetua manebant & ad hæredes tranſibant 367. duplicia erant; familiarum ſ. Gentilitia 366-370. & perſonarum ſ. ſingularum 370 ſq. ad ſacra privata admittebantur uxores 368. liberi naturales & adoptivi. 369

Probatio innocentiæ per ferrum candens. 248 ſq.

Prodigia quid? 126. Commodi Imper. mortem Conſtantinop. expugnationem 39. Caſſii, & Bruti cædem 128. Cæſaris mortem & bellum civile

Digitized by Google

civile 145 ſq. Neronis mortem &c. denunciantia 168. prodigia in ſole, luna, ſideribus & ſtatuis Deorum obſervata 143. in nubibus & aere viſa & audita. ibid.
Proditores quare inſepulti abjecti? 354
Prophetæ apud Romanos quinam? 150
Propudianus porcus 366. v: porcus.
Proſerpina inferorum Regina 30. Ariſtagoræ in ſomniis apparet 103. Cyzicenorum ſervatrix 232. ejus theſaurus, bis à Q. Flavio ſpoliatus. 58
Providentiæ divinæ Symbolum. 91. 410
Provorſa fulmina ſ. dubia 84. v: fulmina.
Prytanes Athenis albis induti & coronati ſacra faciebant. 424
Pſychagogi animarum curatores. 158
Ψυχοπόμπειον animæ placandæ ad certum locum evocatio 477
Pudicitia plebeja cui Virginia aram dedicavit. 368, 369. quare. ibid.
Pueri quoque luſtratoriis ſacris adhibiti. 152
Purgatio animæ 177. ejus principium τὸ θεῖον in homine 178. ſq. Organon Philoſophia 180. Purgatio in hac vita 182. ejus gradus apud Muhamedanos quatuor 183. προόδοι juxta Pythagoræos ibid. ipſa purgatio 184. intellectus qualis 185-188. voluntatis qualis? 188. poſt hanc vitam: 182. extra infernum per Metempſychoſen 189. quæ triplex 189, 190. in inferno 190, 191
Purgationis genera tria per aquam 223-233. per aerem 234 ſq. per fumum 249 ſq. gradus 192. finis 192 ſq.
Purgatio Chriſtianorum vera, per ſanguinem Jeſu Chriſti 193 ſq. per ignem Spiritus S. 245
Purgamenta vel in aquam 457. vel in terram ſ. trivia projiciebantur 458 ſq. in ipſa projectione vultum ſollicite avertebant. 454, 455 ſq.
Purgatoria Gentilium. 190, 191
Purificare i. e. luſtrare. 6
Purpurea veſtis quare ſacra? 424 ſq.
Pylades mactandus luſtratur. 334
Pythagoras κυάμυ nomine ovum intellexit, quale? 260. clara voce oravit 405. per quaternarium juravit 446. num Dei nomen τετραγράμματον & a quibus didicerit? ibid. Ejus ſymbolum 102. 429. uxor Theano ſapienter reſpondit. 218
Pythagoræi clara voce orabant 405. per dextram templa ingrediebantur, & quare? 411. ſine calceis adorabant 429. eorum purgationes antecedentes 183. ſequentes. 184 ſq.
Pythiæ ἱκετεία. 68

Q.

Quaternarius numerus 446. v: Numerus.
Quinquatria feſtum. 286
Quintili Luperci. 157

R.

Rahmanthas vox quid notet? 86
Redemptio quid proprie & improprie ſignificet? 7. ejus ſynonima. 7, 8
Regeneratio ex aqua & Spiritu. 224
Regina Cœli ab idololatris culta quænam fuerit. 322

Regum natales quomodo celebratæ? 373 ſq.
Religio à quo dicta? 15, 16. hujus à ſuperſtitione diſcrimen 15-18. frænum geſtat in manibus 17. deſcribitur. 18
Religioſi quinam dicti? 18
רפאים quid denotet? 78
Revelationum Diabolicarum varia genera. 115 ſq.
Rex & Regina apud Athenienſes & Romanos ſacra obibant. 158
Rex & Regina ſacrorum in civitate libera. 159
Rhamni contra triſtes noxas uſus. 304
Rhea Sylvia num aquam ex Camœnarum fonte petierit? 228
Rhenia inſula catena Delo annexa 278 quando & quare? ibid.
Ritus à Moſe traditi, num ab Ægyptiis derivati? 14
Robigini canis & ovis, ut ſegeti parceret, immolabantur. 289
Robur in luſtrationibus adhibitum. 301
Roma quotannis 361. & ſingulis quinquenniis à Cenſoribus luſtrata. 362
Romani num & quamdiu Numina ſine ſimulachris coluerint? 105. quare ſtipem pro ſalute Cæſaris in lacum Curtium jecerint? 113. Regibus exactis, Regem & Reginam ſacrorum crearunt 159. exercitus ſuos ante & poſt pugnam luſtrarunt. 383, 384 ſq.
Romulus poſt obitum auguſtiore forma viſus. 77
Roſa in luſtrationibus adhibita. 299
Ros marinus in ſacris adhibitus 251. præprimis antequam thus ſciretur 298. aſpergillum ex rore marino. 440
Rufus ſe & poſteros devovit. 273
Rumina inter ſuperos quænam fuerit. 314
Ruſtici luſtrationes 345. ruſticorum in illis precationes. 346
Ruſtica vota v: Vota.
Ruta, num libidinem reſtinguat? 396. unde πήγανον dicta? 396, 397. num ſit hyſſopus 441 Faſcinationis remedium. 482

S.

Sabina herba luſtrationibus adhibita. 251, 252
Sabini annum ſacrum voverunt 57, 58. Sabinus quid volt ſomniat, prov: unde? 205
Sacco operti Syri Venerem placabant. 450
Sacer homo v: homo ſacer.
Sacerdotes, quorum contumeliam ulti ſunt Dii 59. integro debuerunt eſſe corpore 152. καθάρϛαι 156. κοίαι qui homicidas luſtrabant 158. luſtrati 333. eorum veſtitus. 422 ſq.
Sacerdotes Galli ſamia ſibi teſta genitalia ſecuerunt, 396. quando & quare? ibid. v: Cybele. Herculis mulierum oſoris toto anno Venere abſtinuerunt. 396
Sacerdoti ſummo quid Judæi acclamaverint? 374
Sacra Gentilium non impune violata 59, 60. eorum ſcopus 10. fons 12. 14, 15. antiſtites 120 ſq. 149 ſq. monitores quinam? 400, 401. inſtrumenta luſtrata 341. ſacris initiandi prius luſtrati 195. quo ritu? 196. ſacris peractis etiam luſtrabantur 219. per *J. licet* demittebantur 452. ſacra privata v: privata ſacra.

Sacra-

Sacrani quinam & unde dicti? 289

Sacrificia num ſint juris naturalis? 164. an ex hominum ἐθελοθρησκείᾳ primitus inſtituta? 165. an vero ipſius Dei verbo mandata? 165, 166. quam ob cauſam? 164. improborum cur Deo ſint abominationi? ibid. ſigna quædam l. iræ l. gratiæ inter ſacrificandum obſervata. 169

Sacrificia Gentilium à Diabolo Dei quippe æmulo inſtituta 13. 164. Heraclito animæ pharmaca nuncupata ibid. ut quibus Deorum placationem magno cum ardore ambiebant 167. eaque ſæpius repetita 167, 168. in quibus Diabolus quoque ſigna edidit. tum iræ, tum favoris 168-170. quæ colligebantur, vel in mactatione: ex apparatu, ex ipſa hoſtia ibid. præprimis ex animalium extis 170. vel in combuſtione; in altari 171. ex fumo 174 igne 172-174. nidore 175. quædam, etiam in ſacrificantibus, quædam poſt ſacrificium obſervabant. 176

Sacrificia ἱλαστικὰ, ἁγνιστικὰ, καθαρτικὰ 5. alia quibus Deorum voluntatem exquirebant 267, 268 ſq. alia quibus Deos placabant 281, 282 ſq. χαριστήρια & εὐκταῖα, triplicia 282. In ſacrificiis tum corporis integritas 283. tum ætas ſpectabatur 283, 284. quin etiam ſexus 285. alia unius erant ſpeciei 287. alia plurium 288. pura quænam? 297. quare ſale condienda? 306. vino aſperſa vel puro, l. unguento temperato 311. pro peccato; pro noxa 8 ſq. ſacrificiorum appendices erant convivia 204. v: convivia. emendatio quid? 233. luſtratio per aquam 334. molam ſalſam 335. per ignem. 337

Sacrificantes in quibus bonum omen erat ſternutatio 176. durante ſacrificio ſtabant 409. prius luſtrabantur 202. etiam peracta religione. 219

Sacrificium Abelis. v: Abel.

Sacrilegii pœna 60, 61. expiatio. 61, 62

Sacrilegi inſepulti abjiciebantur. 354

Sagæ quænam & unde dictæ? 155

Sal num & quare fuerit luſtralis? 229, 230. putredini reſiſtit, ideoque æternitatis Symbolum 306. vim quandam giguendi habet, ideoque in luſtrationibus adhibitum. ibid.

Sale & ſole nihil divinius. ibid.

Sal fœderis Num. XVIII. 306

Salii, Martis ſacerdotes, quare ita dicti? 415

Saliſatio quid? 131

Saliva luſtralem vim habuit, ad avertendum faſcinum 315. ad expiandas cædes, morbos abominandos, &c. 316. hujus ſuperſtitionis origo. 316, 317

Saltatio in ſacris Gentilium frequens. 413. 415. non laſciva, ſed rudis & ſimplex 413. ipſa pompa 414. rationes. 416

Samael Spiritus ſerpenti inequitans. 139

Samothracia & Samothracum ſacra. 45, 46 ſq.

Samſon eſt Hercules. 12

Samnites peſte laborantes, ver ſacrum voverunt. 58

Sanguis pro anima 6. in ſupplicum expiatione adhibitus 257. luſtrationes per ſanguinem humanum, vulneribus fiebant 265. 320 ſq. quæ aut

ipſi ſibi infligebant 266. aut ab aliis excipiebant. 266 ſq. vel morte, quam l. ipſi fontes 267. vel vicarii pro aliis ſubibant 267-277. per ſanguinem animalium; equi 292. lupi 293. Pontificum inauguratio per ſanguinem 293, 294. ſanguine quoque funera expiabantur 473. ſanguinea pluvia. v: pluvia.
Sancta ſancte tractanda. 199
Sanctitas animi etiam apud Gentiles præcipua fuit religio 177. ejus principium & organon. v: purgatio animæ. Sanctitas interna externis ſymbolis notata. 199
Sanctus vir v: Vir Sanctus. ſanctorum dies mortis quare natalis dicta? 375
Saul filius anni. 374
Scalæ Gæmoniæ ad quas Romæ corpora damnatorum ſepeliebantur. 354. Græcæ, quas ſolas Flaminica aſcendebat 429. quales fuerint? 430.
Scillæ in ſacris uſus. 301
Scipio Naſica quare magiſtratum depoſuerit? 128. Africani jocus. 151
Scortatio in templis 449. v: impudicitia.
Scrotæ fœtus mandunt 125
Securis Athenis damnata. 279
Sedentes orabant Judæi & Gentiles 409. quare? 410. etiam peractis ſacris. ibid.
Selenetides mulieres contra naturam aliarum fœminarum ova dicuntur parere. 264
Semones Dii quibus lacte fiebat, non vino, quinam fuerint? 314 ſq.
Sempronius Tellurem Deam placavit. 112
Senatus quare ſedeat? 410 ejus conſilia qſ. conſidia. ibid.
Seneca moriens, ſanguinem ſuum Jovi liberatori libavit 25. v: Jupiter.
Senes coëmptionales quinam? 368
Senex ſaltat, prov: unde? 415
Sentes in luſtrationibus adhibiti. 304
Septimontium feriæ, propter ſeptimum montem Romæ additum. 363
Sepulchrorum ſanctitas 349. manes ad ſepulchra placati. 476
Sepulturæ religio 349. ejus cauſa 350. ſepultura fulmine ictorum 350, 351. ſuſpenſorum 352. ad ſupplicium datorum 354. aqua ſuffocatorum. 355
Serapis Nilo præfecta. 110
M. Servius ut debilis à ſacris arcetur. 152
Serpens Diaboli inſtrumentum variis modis à Gentilibus cultus 139. fœmina Syris ἔυα dicta 403. Evæ ſymbolum 409. Epidaurius Æſculapio Romam naviganti comes 127. v: Æſculapius.
Serpentes modo fecunda, 139. modo adverſa portenderunt. 140. Bacho ſacri 325. immolati & dentibus lacerati 295. ſæpe victimas libarunt. 176
Servi à ſacris prohibiti 153. propter ſervum homicidam domus luſtrata. 381
Servius Tullius luſtrum condidit 362. compitalia ſacra inſtituit. ibid.
Sextus Pacuvius pro ſalute Auguſti ſe devovit? 269
Sexus in ſacris Veneris veſtibus mentitus 433. utriuſque ornatus non pervertendus. 434
Sibyllini libri quando & à quibus inſpecti. 122 ſq.
Siccitates inſolitæ, & ſacra contra

illam

illam Græcorum, Arcadum 108. Romanorum, Siculorum aliorumque. 109
Signa in cœlo gloriæ divinæ ſpecula. 81, 82
Signa quædam vel placati vel irati numinis inter ſacrificandum obſervata; ab ipſis Adami filiis 169. à Gentilibus. 168-175
Sicyonii Demetrio aram erigunt. 90
Silicernium genus farciminis 473. ejus in ſacris uſus. ibid.
Silius Virgilii natalem religioſius quam ſuum celebravit. 373
Silvani vox audita. 116
Simoetha Delphidem juvenem magicis carminibus ad ſe trahere conatur. 303
Simulachra Deorum locuta 116. de loco in locum migrarunt 122, 123. ſudarunt 143, 144. ſanguinem expuerunt & lachrymarunt. ibid.
Simulata aqua 231. v. aqua. Victima 231 ſq. loca ſacra 233. homines ſimulati. 232
Simulatrices mulieres quænam? 155
Sinenſes metempſychoſin Pythagoricam credunt 190. mundum tradunt ovum quoddam fuiſſe. 261
Sinon à Calchante devotus. 275
Socrates Philoſophiam è cœlo devocavit 188. ejus numina 104. Genius. 176. dies nativitatis 359. mortis. 360
Sodomæ incendium 110. ejus memoria Gentilibus quoque metum injecit. 110, 111
Sol luſtrationibus à Judæis idololatris cultus 25. converſio ad ſolem orientem 410. & occidentem 412. ſoli narrabant ſomnia 470. quia ſolem ratione præditum, plurimi etiam Deum eſſe credebant. 470, 471
Somnia divinationis aliquid habere credita 71. eorum natura, interpretatio & interpretes 71, 72. male conſciorum, Neronis 72. Regum, quæ imprimis obſervata 72, 73. privatorum, læta triſtia 73. Hecubæ, Auguſti, aliorum 74, 75. eorum expiatio 73. 79. futurorum ſcientiam per ſomnia petituri 204. luſtrabantur 205. ſomniorum veritatem lauri folia conciliare putabantur 206. ſomnia expiaturi Diis ea narrabant 470. imprimis ſoli 471. ſacrificiis quoque ſomnia procurabant. 472
Somnus inter noctis filios cenſetur 219. inquinat ibid. ideoque poſt ſomnum luſtrabantur 218. ratio ibid. quæ luſtratio in honorem ſolis facta videtur. 219
Sonubium tripudium 111. v. Tripudium.
Sonus adorandus. 102
Soricis ſtridor quando obſervatus? 129. 137
Soſpita Junonis cognomen. 24
Spartani Pauſaniæ manes placarunt 64
Spectra humana ſpecie auguſtiora 76, 77. viſo ſpectro luſtratio inſtituta 78. Epheſii peſte laborantes ſpectrum lapidibus obruunt. 380
Spergius & Buris pro ſalute populi ſe devoverunt. 214. 269
Spina alba in ſacris adhibita. 304
Spinturnix v. avis.
Spiritus S. amor eſt & Spiritus Domini 263. qui ferebatur ſuper aquas ibid. & 224. igni aſſimilatur 245. per viſibile ignis ſymbolum

lum in V. & N.T. ſe manifeſtavit. ibid.
Spolia hoſtium Diis dicata. 28
Sponſalia ſacra quomodo celebrata? 397
Sponſus apud Hebræos dicitur puer quando circumciditur quando? 452
Spuere & Sputum 315 ſq. v: Saliva.
Spurii v: Nothus.
Statuarum ordines quales? 78. ſtatua Horatii Coclitis de cœlo tacta 121. ſtatuæ Deorum ſudarunt &c. v: ſimulachra. Luſtratæ, ut Junonis 319. Cybeles 320. Jovis olympii ibid. Virginis cœleſtis 321. Dianæ 322. Veneris 322. 324. Minervæ 323. Virtutis. 230. 324
Stella loci inaugurati ſignum 475. in Hieroglyphicis Deus ſtella exprimitur 476. ſtella crinita 83. v: cometa.
Sternutatio 131 ſq. in ſacrificantibus præprimis bonum omen. 176
Stipularum acervi in luſtrationibus accenſi. 254
Stoïci gratiam Deo tribuentes iram negarunt 49. omnes in homine affectus damnarunt. 188
Strepſiades Theſſalonicæ mulieris opera lunam è cœlo trahere conantur. 309
Strobus in luſtrationibus adhibita. 254
Strophe quid? 412
Strufertarii quinam, & à quo dicti? 157
Stultorum feriæ. 365
Succidanea hoſtia 168. v: Hoſtia.
Sudor ſtatuarum. 143 ſq.
Suetonius ſomnio perterritus. 72
Sueſſanorum facinus horrendum. 81
Sulphur in luſtrationibus adhibitum 449. ratio. 250
Q. Sulpitio quare ſacerdotium ademtum. 128
Suleimannus hoſpitem interfici, domumque ſolo æquari juſſit & quare? 381
Suovetaurilia, unde nomen ſortita? 288. in luſtrationibus mactata 151. quando? 289. quando deſierint? 483
Superſtitio unde dicta? 15. hujus à religione diſcrimen 18. quid? ibid. duæ ejus filiæ, πολυθεότης & ἐθελοθρησκεία. 19
Supplicum luſtratio per aquam & ſanguinem. 257, 258
Supplicationis ritus. 450, 451
Sus quare Bacho immolata? 236. luſtrationibus adhibita? 287. ſues aſſimilatæ. 232
Suſpendio necati inſepulti relinquebantur, volucribus dilacerandi. 353
Sybaritæ cæde poluti, à ſacris prohibiti. 63
Sylla felix angurium capit ex fulmine 83. ex angue. 139
Syracuſis calix fictilis quotannis in mare demiſſus. 103
Syri Venerem Derketo & Dagon vocabant 450. quam in ſtercore & ſacco operti placabant. ibid.

T.

Tabella marmorea in qua vetus ſacrificantium mos expreſſus. 204
Tabernaculum Oreſtis. 212
Tabulæ votivæ, poſtmodum in numiſmata tranſmutatæ. 53
Tædæ in luſtrationibus adhibitæ 250. quare? 251

Tar-

Tarquinii horribilibus ſpeciebus in ſomniis perterriti. 76. 140
Tarentum in campo Martio, ubi ara Diti ac Proſerpinæ conſecrata infra terram demiſſa. 30 ſq.
Taurobolium, Dianæ & Minervæ ſacrum quid? 294
Taurus fugiens. 129, 130
Τελετή i.e. expiatio. 10
Τελεστήριον locus ſub dio in quo initiatio fiebat. 475
Telluris Dea à Sempronio placata 112. v: Terra.
Temeſſenſes quotannis virginem devoverunt formoſiſſimam. 275
Tempeſtatis ædes à quo dedicata? 99. luſtrationes contra tempeſtates. 473. monſtroſas 474. tempeſtatibus etiam ſacrificarunt. 99
Templa Deorum non impune violata 60, 61 ſq. jus aſylorum habuerunt 214. templa ingreſſuri prius luſtrabantur 197. aurum atque arma deponebant 431. calceamenta removebant 428, 429. per dextram ingrediebantur, & quare? 411. ingredientes aſpergebantur 156. templorum neglectum magnis cladibus Dii vindicarunt. 338
Templa recenter ædificata l. reſtituta ſolenniter inaugurabantur. & luſtrabantur 337. quare? ibid. ipſa ſolennitas 339, 340. quædam orientem ſpectabant, quædam occidentem 412. templa liberare, ſiſtere, determinare quid? 339
Templum Jovis Capitolini 84 ſq. Tonantis 91. fulmine ictum 96. Junonis Laciniæ miraculis clarum 60. à F. Flacco non impune violatum 61. de cœlo tactum 96. Herculis mulierum oſoris 396. Gaditani. ibid.
Tenebrarum filii in tenebris myſteria celebrarunt. 481
Terminatio loci quid? 339 ſq.
Terminus Deus cui frugum primitias immolabant. 298
Ternarius v: Numerus.
Terra mater à Germanis ſecreto lacu abluta. 321
Terræ motus apud Celænas graviſſimus 112. apud Romanos 113. ejus cauſa feriæ & alia ſacra imperata. 112, 113
Terreæ luſtrationes quare ab igne denominatæ? 243
Teſſelæ uſtiles. 242 ſq.
Τετράγωνος Philoſopho dicitur vir bonus 193. quare? ibid.
Τετρακτύς, num Pythagoræ ſit nomen Dei Τετραγραμμάτου? 446
Teuth ab Ægyptiis cultus 262 à quo Teutates, & Teutones. ibid.
Thalthybii ira ex triſtibus animadverſa & expiata. 214
Theano Pythagoræ uxor ſapienter reſpondit. 218
Theatra luſtrata. 343
Themiſtoclis oſſa quare clam ab amicis ſepulta? 345
Theodorus Cyrenæus Lyſimacho, crucem minitanti, illudit. 353
Theodoſius Jovis Tonantis ſimulachra depoſuit 84. Ægyptiorum ſuperſtitionem extinxit. 110
Theoxenia omnibus communiter Diis ſacra 28
Theſeus occiſo Pallante Trœzene expiatus 214. feſtum ὀσχοφορίων anniverſarium 360. & Deli luſtrationem inſtituit 361. Apollini ſacra faciens, tripudium ſaltavit cum impuberibus 414. Athenarum luſtratio,

Digitized by Google

ſtratio in honorem ejus inſtituta & quare? 360
Theſmophoria Cereri ſacra, quomodo celebrata? 312. 393. 397
Theurgia Magiæ ſpecies 187. purgatio animæ per theurgiam. 187, 188
Thraces dum tonat Deo minitantes ſagittas in cœlum excutiunt. 466
Thus quare in ſacris adhibitum 254. antequam thus ſciretur ros marinus uſurpatus. 298
Θύειν quid proprie? 249
Θυνναῖα ſacrificium ex thynnis Neptuno immolatum. 26
Tiberius cui aræ ſubito collucentes ignibus imperium portenderunt 174. ſemper lauream coronam geſtavit, quare? 252. Servatorem noſtrum in numerum Deorum referri voluit. 367
Tibiæ in ſacris uſus. 402, 403
Tibicines, qui aliquando offenſi diſceſſerant, magna cura revocati 403. Tibicinum collegium. ibid.
Timor Dei duplex. 17
Tinnitus auris ſuperſtitioſe obſervatus 331. æris in Magicis & eclipſi lunæ. 309, 310
Tireſias Vates triſti augurio obſervato ſacrificat 134. Regem Thebarum vaticinia petentem purgat 207. Pallada nudam conſpexit 324. qua occaſione? 323. propterea oculis captus, vaticinandi facultatem accepit. 324
Togæ puræ ſolennitas quando celebrata? 371
Tophet vallis à tympanorum ſono denominata? 245
Tonitribus obſtrepuit Caligula 466. dicens: *aut tollito me, aut ego te.* 467
M. Torquatus viſo in quiete ſpectro ſacrificat. 76
Trifolium in luſtrationibus adhibitum. 299
Triptolemus à Cerere luſtratus 319.
Tripudium ſonubium quid? 111. Soliſtimum quid? 134. ex eo auguria 135. à cordatioribus eluſa. 136
Tripus apud Delphos qualis? 207
Τριττὺς Græcorum, ſacrificium ex tribus animalibus. 289
Trivia purgamentorum receptacula. 458 ſq.
Trophonii antrum 204. ejus oraculum conſulturi prius luſtrabantur ibid. quibus ritibus? 463, 464.
Trojani Dii evocati 37. vox apud Trojam audita. 115
Tryphænæ ſomnium. 73
Tubal-Kain eſt Vulcanus. 12
Tubiluſtria, feſtum quo tubæ ſacrorum luſtrabantur 342. Tubicines qui luſtrationes has peragebant. ibid.
Tullus Hoſtilius quare fulmine ictus? 91. caſtra luſtravit. 385
Turdus myrto nidum ſuum luſtrat. 160
Tuſci cœlum in ſedecim partes dividebant 83. Diis fulmina tribuebant. 84
Tutelaris Romæ Deus. 35. 40
Tyberis inundatio prodigioſa. 107, 108
Tympana in ſacris Bachi. 403
Typhœus eſt Ochus. 12
Typho Oſiridis interfector, Ægyptiis magno fuit odio. 294 ſq.
Tyrii obſeſſi, ingenuum puerum Saturno immolaturi 66. Apollinem aurea catena vinciunt. 39

Vac-

Digitized by Google

V.

Vaccæ urinâ ſe luſtrarunt Gauri 295. quare Chriſtiani ea conſperſi? 482, 483
Valerius Poblicola urbem peſte liberavit 30,31. Soranus quare perierit? 35. Meſſala ecclipſes deprecatus eſt 82. Conſul quare in veſtibulo templi interfectus? 340
Valeſius poſtea Tarentinus dictus, Plutonis ſacra reſtituit. 30
Vannus inter inſtrumenta ceremoniarum Bacchi 234. & Minervæ 235. à quo Vannifer. ibid.
Vates Hetruſci clariſſimi 121. vatum carmina ſæpiſſime conſulta. 123
Vaticinantes dicti fanatici, à Fauno 67. eorum ἔκστασις qualis? 67, 68
Vegetabilia in luſtrationibus uſurpata. 296, 297 ſq.
Vehiculum animæ quid? 181, 182
Vejens vates. 117
Ventris crepitus v: crepitus.
Veneti mare deſpondent 103. ſimile quid Syracuſis factum. ibid.
Ventilabrum v: Vannus.
Venti deficientes revocati 100, 103. ſævientes ſacrificiis & magicis carminibus placati 102, 103. Ventorum ara ibid. Ventibus ſpirantibus ſonus adorandus 103. Ventus colpia v: Colpia.
Ventilatio per vannum quid? 234
Venus eſt Naema 12. Derketo & Dagon, in piſcem mutata 450. Cluacina ſ. expiatrix 26. Ericina, cui Q. Fabius ædem vovit 57. poſtquam cum Vulcano & Marte concubuiſſet aqua ſe lavit 216. ex qua deinceps lychnis nata ibid. cœleſtis 322. popularis ibid. ejus ſtatua quando & quare lota? 324. in ſacris ejus ſexum veſtibus mentiti ſunt & quare? 433 ſq. luſtrationes ante venerem 208. poſt venerem 215, 216 ſq. abſtinentia à Venere. v: ſupra.
Verbena in ſacris uſus. 251
Ver ſacrum quid? 57. à quo dictum? 289. Populi injuſſu voveri non potuit 57. eo etiam homines continebantur. 58
Veſta 24. magna 46. terram & ignem veteribus notavit 242. huic Numa ædem fecit, in cujus medio ignis eſſet æternus. ibid.
Veſtales ædem Veſtæ nudis pedibus adibant 428 ſq. ſacrificantes laciniam togam geſtabant in humerum rejectam 432. Veſtalium delicta eorumque pœna 59, 60. luſtrationibus expianda. ibid.
Veſpaſianus, cui cypreſſus imperium portendit 222. ſputo cæcum quendam ſanavit. 317
Veſtes ſacræ: candidæ, 422. lineæ 423. purpureæ 424. quare? ibid. nigræ in magicis 425. viriles, muliebres 427 ſq. Deorum 450. recinctæ 430. ſuccinctæ 431. veſtium forma in ſacris Iſidis 433, 434
Veſtiaria lex Deuter. XXII. in omni vita locum habet 434. ratio legis ibid. alia. 435
Veſtimenta initiatorum 432. v: Initiandi. Sacerdotum. 422
Vicari qui vel ſe ipſos devovebant 267. tum privatim 268. tum publice 269. pro ſalute Principis ibid. Populi 269, 270. vel ab aliis devovebantur, multi ſimul 272-274. vel unus pro multis 275. quæ

res in ludum tandem ac voluptatem abiit. 277 ſq.
Vicorum luſtratio Athenienſibus oraculo mandata 363. quomodo maxime à tribulibus celebrata. 363, 364
Victimæ pro noxa dubia 8. pro noxa certa ibid. luſtratæ 223. aſſimilatæ 231. ſacrificiis idoneæ: integræ 283 ſq. lectæ, eximiæ, puræ atque incorruptæ 284. fœminei generis optimæ 285. inter victimas taurus præſtabat 287. piaculares quare extra urbes ejectæ? 459. victimarum purificatio 336. coronatio 283. & probatio. 283, 284
Victoria ſine alis 38. in militarium ordinum amicitia ſita eſt. 383
Vinum in ſanguinem converſum 173 ſq. in luſtrationibus adhibitum 173. l. purum 311. vel unguento temperatum 312. inferium h. e. Diis conſecratum, unde appellatum? 311
Vir bonus ſine Deo nemo 179. magnus nemo ſine aliquo afflatu didivino fuit ibid. ſanctus quo ſenſu Juvenali monſtrum dictus? 127. ex virgine factus. 133
Virgilii natalis celebrata. 373
Virgines luſtratoriis ſacris adhibitæ 152 ſq. devotæ. 275
Virginitas Junoni quotannis reſtituta. 318
Virgo Cœleſtis 321. quænam fuerit 222 ejus luſtratio. ibid.
Virginia qua occaſione Pudicitiæ Plebejæ aram dedicaverit? 368, 369
Virtus an doceri poſſit? 178. ejus ſimulachrum aqua marina luſtratum. 324
Viſcum in luſtrationibus adhibitum. 301
Vita contemplativa, mors pretioſa. 185
Vitex quare ἄγνος dicta? 397
Vitiis quomodo illecebra ſit adimenda? 194
Vota Hebræis ſæpes ſanctimoniæ dicta 52. voti reus, damnatus quis? ibid. Vota ordinaria: Caſtrenſia. 53. Urbana. vel Magiſtratuum pro populo, abſoluta & conditionata 53, 54. Populi pro Magiſtratibus 54. quæ publice fiebant 53. anni principio 54. ipſis Kalendis Jan: 55, 56. Ruſtica. Nautica 56. extraordinarie vovebantur: templa. 56 ſq. pecunia certa & incerta, ver, ſacrum 57 ſq. decimæ & capilli. 59
Vulcanus eſt Tubal-kain. 12
Vulnera v: ſanguis.
Vultus averſio 454, 455 ſq. v: purgamenta.
Ulyſſes ex conſilio Minervæ ſomnum captat 205. poſt procos Penelopes interfectos domum luſtrat. 381
Ululatus in ſacris Gentilium. 405
Ungues in ſacris reſecti. 428
Urania cui Pœni & Perſæ ſacrificarunt, quænam fuerit? 322
Urina vaccæ in luſtrationibus adhibita. 295
Urbium devotio 272. urbes intra & extra Italiam devotæ 274. urbium luſtrationes Amburbialia dicta 358 vel ordinariæ erant 359-379. vel extra ordinem inſtitutæ 379 ſq. Urbium partes luſtratæ. 362
Utenſilia luſtrata. 343
Uxores ad ſacra privata admiſſæ. 368

W.

Weſtphaliæ nomen unde? 187
Wilhelmo Haſſiæ Landgravio cum ſociis boni ominis fulgur apparet. 88

Xeno-

Digitized by Google

I N D E X.

X.

Xenocratis inſignis ſuperſtitio & caſtimonia. 397

Xenophon ſomnium Chiroſopho narrat 75. augurio ex ſternutatione facto dux militiæ creatur 132. magno animo fert mortem filii 220, 221. ejus hortatu Græci exercitum luſtrarunt. 383

Xerophagia Montaniſtarum. 393

Xerxes dum inter cœnam conſilia belli agitat ter vinum in ſanguinem convertitur 143, 144. exercitum in Græciam ducendum humano ſanguine luſtrat. 382

Y.

Ὑβριστικὸν apud Argivos feſtum in quo mulieres inſolentius in maritos agebant. 434

Ὑδρανοὶ in ſacris Eleuſiniis miniſtri. 158

Ὑστερόποτμοι qui? 330. Romani eos per oſtium in domum non admittebant ibid. Græci profanos habebant 331. quomodo expiati? 330, 331

Z.

Zaleuci oculus oculi filii λύτρον. 3

Zoroaſter roſæ in luſtrationibus uſum docuit. 299

F I N I S.

ZUTPHANIÆ,

Ex officina JOHANNIS vander SPYK, Ordinum & Civitatis Typographi. 1700.

Digitized by Google

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google

Google

G-1.D.17

by Google

Digitized by Google